EX LIBRIS
HENRICI VANDEN BLOCK,
Pbtri & insignis Collegiatæ
Ecclesiæ DD. Michaelis &
Gudilæ Bruxellis Capellani.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[redacted]
Gerhardt
ZH CB

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Goog

Digitized by Google

MONVMENTA
VETERIS
LITVRGIAE
ALEMANNICAE.

PARS I.

COMPLECTITVR EA,

QVAE AD CELEBRATIONEM MISSAE PERTINENT.

EX ANTIQVIS MANUSCRIPTIS CODICIBVS COLLEGIT
ET DIGESSIT

MARTINVS GERBERTVS

MONASTERII ET CONGREG. S. BLASII IN SILVA NIGRA ABBAS
S. Q. R. I. P.



PERMISSV SVPERIORVM.

TYPIS SAN-BLASIANIS MDCCLXXVII.

In omnibus oblationibus laudamus Creatorem omnium per Filium eius IESUM Christum, & per Spiritum sanctum. S. IUSTINUS Martyr Apol. I. n. 67.

Digitized by Google

IOSEPHO. II.

IMPERATORI. INVICTO

EX. GALLIIS. REDVCI

DVM. BRISGOIAM. RAVRICIAM. QVE. OBIT

MAXIMILIANVM. I.

SEQVVTVS

QVI. ANNO. DOM. MCCCCXCVIII.

COMITIA. FRIBVRGI. BRISGOIAE. CELEBRAVIT

CAROLVM. V.

SEQVENTIS. SAECVLI. ANNO. XXXII.
TRACTVM. HERCYNIAE. AD ABNOBAM
ETIAM. MONTEM. TERENTEM

FERDINANDVM. I.

EIVS. FRATREM. ANNO. MDLXII. FRANCOFORDO
AB. ELECTIONE. FILII
IN. ROMANORVM. REGEM. REVERSVM
DIE XXIII. DECEMBRIS. FRIBVRGI. ITEM
MOENIA. INGRESSVM. SEPTIMA. IANVARII
ANNI. SEQVENTIS. EGRESSVM
QVVM
PROVINCIA. ORDINATA
EADEM. VIA. PER. BASILEAM
CONSTANTIAM. OENIPONTVM. REDIIT
QVA. AVGVSTVS. ANNO. HOC. MDCCLXXVII.
MENSE. IVLIO
CENTVM. FERE. POST. ANNIS
POSTEA. QVAM. ABAVVS. PATERNVS

CAROLVS. VI.

LOTHARINGIAE. DVX
INACCESSOS. PRIVS. SILVAE. NIGRAE. MONTES
TRADVCTO. EXERCITV. CAESAREO
SVPERAVIT. ANNO. MDCLXXVIII.
MENSE. ITIDEM. IVLIO

QVOD.

Digitized by Google

QVOD. TESTATVM. FACIT. MONVMENTVM
SVPERSTES. IN. SACRARIO. DIVI. BLASII
HOC. VERO. PRAESENS. PONIT
QVI. A. SACRIS. EST. AVGVSTAE. GENTI
IN. HIS. TERRIS
SVO. HOC. PERFVNCTVS. MVNERE
MENSIS. IVLII. ELAPSI. DIE. XX.
IN. BASILICA. FRIBVRGENSI
CAESARE
VIRTVTE. ET. EXEMPLO. SINGVLARI
NVDVM. IN. PAVIMENTVM. GENIBVS. PROVOLVTO
AD. SACRAM. LITVRGIAM
ANTE. SEPTENNIVM. VERO

MARIA. ANTONIA

NOVA. GALLIARVM. SPE
VTRVM. QVE. RHENI. LITVS. PACIFICANTE
IVNCTA. CONIVGII. FOEDERE

LVDOVICO. XVI.

EODEM. ANNO. MDCCLXX. QVO. VERGENTE
HABSBVRGO. AVSTRIACAE. STIRPIS. PROAVOS
RELIGIOSAE. SEPVLTVRAE. REDDIDIT
IDEM. DEVOTISSIMVS. SACELLANVS

MARTINVS. GERBERTVS.

PRÆFATIO.



oſt *Francos*, quam inter *Saxones* & *Alemannos* notat gentem S. HIERONYMUS in vita S. HILARIONIS, *Germanicis* proximi ex nationibus fuerunt *Alemanni*, apud quos chriſtiana conſtabilita fuit religio. *Francis* ea obtigit ſub CLODOVEO beata ſors, poſtquam iam in unam cum *Gallis* coaluerunt gentem.

Eo pertinent monumenta liturgica *Francico-Gallicana* a Ven. THOMASIO, MABILLONIO, MARTENIO in lucem primum protracta. Prima liturgiæ *Gallicanæ* forma convenit cum *Gothico-Hiſpanica*, ut tamen paullatim quædam ex ritu *Romano* adoptarentur, antequam, vergente ſæculo VIII. ad finem, CAROLUS M. ab HADRIANO P. purum & integrum acciperet ſacramentarium *Romanum*.

Etſi vero dudum antea *Alemanni* colla ſubderent imperio *Francico*, atque adeo etiam aſſueſcerent iugo Chriſti, nullum tamen ſupereſt monumentum liturgiæ *Alemannicæ* ad formam veteris *Francico-Gallicanæ* exactum. Forte huc revocari poſſet Miſſale vetus *Gallicanum*, quod tertio loco editum eſt apud THOMASIUM, & MABILLONIUM ex codice *Palatino* bibliothecæ *Vaticanæ* e noſtris illuc delato plagis. In *Alemanniam* etiam per diœceſin *Baſileenſem* protenditur provincia eccleſiaſtica *Veſontina*, ex qua, monaſterioque *Luxovienſi* ſacramentarium *Gallicanum*, in *Bobienſe* mona-

Digitized by Google

monaſterium per S. COLUMBANUM veriſimillime transportatum putat MABILLONIUS, qui illud edidit T. I. Muſ. *Ital.*

Quodſi enim vero altius aſſurgere lubeat ad prima chriſtianæ fidei ſemina in *Alemannia* ante regnum *Francicum* ſparſa, vocabula non pauca eccleſiaſtica, ut in diſquiſit. liturg. animadvertimus, *Græcæ* equidem originis *Alemannis* communia ſunt cum cæteris *Teutonicis* nationibus. Oſtendimus porro, quomodo ſæc. II. in occidentalem *Alemanniæ* plagam lux quædam fidei illuceſcere potuerit ex eccleſia *Lugdunenſi*, a *Græcis* præconibus POTHINO & ſociis, ſucceſſoreque IRENÆO, qui eccleſiarum in *Germaniis* Ἐν γερμανίαις mentionem facit, a *Gallia Lugdunenſi* haud procul remota provincia *Germaniarum Romana:* quare etiam coniicere licet colonos *Romanos* ad ſacrorum ritum *Romanum* tunc eſſe aſſuefactos.

Pervagata illa opinio, traditioque, S. PETRUM eiusque diſcipulos hac illac per *Alemanniam* diſcurriſſe ad iacienda, ſpargendaque fidei ſemina, in PETRI certe Sede *Romana*, atque ab ea miſſis Apoſtolis non fallit. Sic, miſſis, quæ de SS. EUCHARIO, VALERIO, & MATERNO præſertim, narrant acta apogrypha, S. MATERNUM reperimus ſæculo iam tertio in *Germaniis*, a *Germania* cis-*rhenana* diſtinctis provinciis *Romanis*, ut diximus, *Germania* nimirum prima & ſecunda, ſeu ſuperiore & inferiore trans *Rhenum*, quarum illa *Alſatiam* complectitur *Alemanniæ* partem a ſæculo uſque quinto, iam diu poſtquam *Alemanni Romanos* trans *Rhenum* infe-

infeſtaſſent, aliquando potiti terra cum fidei chriſtianæ detrimento, quam cum *Romanis* repuliſſe dici poſſunt *Alemanni* utriusque impatientes iugi. Sed cum ſtabiles non haberent ſedes *Alemanni* identidem repulſi, iterum refloreſcendi locus fuit ſementi fidei, conſtituendique aut reſtaurandi eccleſias; ut circa medium ſæculum quartum Concilium cogi potuerit contra EUPHRATAM *Arianum*, partim ex *Gallicanis* partim etiam ex *Germanis* Epiſcopis: quorum quidem ſedes veluti etiam acta Concilii *Agripenſis* etſi extra dubium non ſint poſita, ut diſquiſitione I. notavimus, inſcriptio tamen epiſtolæ ſeu libri de ſynodis S. HILARII *fratribus & Coepiſcopis provinciæ Germaniæ primæ &c.* manifeſtat, religionem chriſtianam tunc in eam *Alemanniæ* ſaltem trans-*rhenanæ* partem ſe protendiſſe, quæ *Germaniæ* primæ, cuius aliquando caput etiam *Argentoratum* fuit, accenſetur.

Sed cito iterum turbata fuit iſta beata ſors irruptione barbarorum, quos inter *Alemannos* recenſet S. HIERONYMUS in epiſt. ad AGERRUCHIAM T. IV. opp. P. II. p. 748. ubi inter alios *Nemetes*, & *Argentoratum* translatos in *Germaniam* dicit, *Alemanniæ* nimirum cis-*rhenanæ* adiunctos. Accidit hoc an. 409. dum poſtea medio eodem ſæculo quinto ipſa *Alemannia* quaquaverſum ATTILAM, *Vandalos*, *Hunnos*que infeſtos habuit direptores, vaſtatoresque urbium, inter alias *Auguſtæ Rauracorum* & *Vindoniſſæ*, qua ex urbe, ſecundo poſtea diruta, ſedes epiſcopalis *Conſtantiam* translata, magnam *Alemanniæ* partem complectitur cis-*rhenanæ* præſertim, velut *Argentoratum* trans-*rhenanæ*, ut tamen utraque diœceſis in alterum etiam *Rheni* litus ſe extendat.

Socii

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Socii academiæ litterariæ *Palatinæ* in Præfatione T. II. *Alſatiæ* diplomaticæ *Io. Dan.* SCHOEPFLINI arctiores limites *Alſatiæ* borealis conſtituunt, quam SCHOEPFLINUS in *Alſat. illuſtr.* T. I. p. 632. 636. & 675. Is *Oſam* ad noſtrum *Rheni* litus non ſolum *Ortenaviæ*, ſed etiam *Alemanniæ* limitem ſtatuit, trans *Rhenum* vero *Luterim* ſeu *Luteram* amnem, qua a *Spirigovia* disterminetur. Auctor autem præfationis RHENANUM ſecutus, ad *Saletionem* (*Selz*) oppidum & rivum ibi decurrentem in *Rhenum*, ubi limites ſunt diœceſis *Argentoratenſis* & *Spirenſis*, terminum ponit *Alſatiæ Alemanniæque*, ac ſi de ampliandis finibus ageretur *Alemanniæ* & *Franciæ Rhenenſis* ad utrumque *Rheni* litus verſus Auſtrum & Septentrionem, ubi *Argentoratenſis*, & *Conſtantienſis* diœceſis a *Spirenſi* ſeparantur, *Spirigovia* limite eodem politico & eccleſiaſtico. Quod auctor veluti pro regula aſſumit, quæ mihi tamen paſſim fallere videtur in finibus *Alemanniæ* quaquaverſum conſtituendis: ut nihil dicam de iisdem finibus præſertim circa *Franciam* orientalem olim paſſim mutatis, & *Thuringiam* a Septentrione conterminam, donec accitis *Francis Suevos* abigunt *Thuringi*, *Franci*que medios ſe ſiſtunt orientales, ut tamen dimidio adhuc ſæc. VI. IORNANDE teſte de rebus *Geticis* cap. 55. regio illa *Suevorum* ſeu *Alemannorum* habuerit *ab Oriente Baioboros*, *ab Occidente Francos*, *a Meridie Burgundiones*, *a Septentrione Thuringos*. Qua nos in rebus liturgicis *Alemanniæ* merito utimur cynoſura ab eius temporis epocha, qua religio chriſtiana conſtabiliri cœpit in *Alemannia*, & dominari.

Digitized

Alemanniæ nunc latius nunc arctius extenſæ ſtatum, ac diverſos eius pro diverſitate temporum limites curate examinat, ipſe *Alemannus*, SCHOEPFLINUS in *Alſatiæ illuſtratæ* periodo *Francica* lib. III. c. 2. *Io. Dav.* KOELERUS *Francus* ſingulari diſquiſitione *fata ducatus Alemanniæ & Sueviæ* ex antiquis hiſtoriæ *Germanicæ* monumentis proſecutus amplos ſtatuit veteris *Alemanniæ* fines, Orientales *Nabam*, *Regam*, & *Licum*, amnes *Danubium* influentes: ab Occidente *Ararim Dubim*que fluvios uſque ad *Rhodanum:* ad Auſtrum ultra lacum *Lemanum* ad Alpes *Rhæticas*, fontesque *Rheni:* ad Septentrionem *Francos* atque *Thuringos*. *Ita*, addit, *terra Alamannorum vetus, ſecundum noſtri ævi Geographiam, comprehendit pagos Helveticos, Rhætiam, Sueviam hodiernam, Alſatiam, tractum Spirenſem, Wormatienſem, Metenſem, magnam partem Lotharingiæ, Burgundici comitatus, & Franconiæ noſtræ.* Nec diffiteri potuit *Georg. Chriſt.* CROLLIUS, *de ducatu Franciæ Rhenenſis* inter Acta Acad. *Palat.* T. III. p. 335. 338. aliquando *Alemannici* iuris fuiſſe agros, quos *Spirenſis*, *Wormatienſis* & *Moguntinæ* ſacrarum diœceſium fines ab utraque *Rheni* ripa continent, etſi nemo neget, pagos ac urbes illas *Franciam Rhenanam* a *Franconia* hodierna per diœceſim *Herlipolenſem* diſtinctam conſtituere, quod rationem geographicam politicamque attinet; nihilominus quoad ſtatum eccleſiaſticum cum *Alemanniæ* caput ſit *Moguntia* (quippe cuius metropoliticum ius *Franciam* orientalem longe excedens *Alemanniam* fere complectitur) eius, cum cæteris *Germaniæ* primæ diœceſibus,

Digitized by Google

bus, in rebus liturgicis *Alemanniæ* noſtræ habenda fuit ratio, non obſtantibus mutationibus in ſtatu politico a fine ſæc. V. quo quidem, *Francis* obnoxia facta, libera eſſe deſiit, hoc ipſo autem in libertatem chriſtianam vindicata, *Alemannia* noſtra.

Idem de veteri *Baioaria* dici poteſt, quæ verſus *Alemanniam* noſtram cum certum ac definitum ſemper *Licum* amnem tenuerit limitem, alibi vero ad utrumque *Danubii* litus in *Vindelicia* & *Norico Pannoniam* uſque, quo protendebatur, varias experta eſt mutationes: neque religio chriſtiana ante imperium *Francicum*, quod *Baioarii* poſt *Alemannos* ſubiere, dominans dici potuit, etſi non, uti *Alemannica*, ſeſe oppoſuiſſe natio hæc primum illuceſcenti fidei luci videatur, protuleritque celebrem iam ſæc. VI. epiſtolis S. GREGORII THEODELINDAM *Longobardorum* reginam, GARIBALDI ducis *Baioariæ* filiam ex vidua CLOTHARII regis *Francorum*; poſtquam iam antea THEODERICUS rex *Francorum* CLODOVÆI M. filius iuſſiſſet *conſcribere* legem *Francorum*, *& Alemannorum & Baiuvariorum*, ut habet prologus legum *Baioariorum*, *& quæ erant ſecundum conſuetudinem paganorum*, *mutavit ſecundum legem chriſtianorum*; *& quidquid* THEODERICUS *rex propter vetuſtiſſimam paganorum conſuetudinem emendare non potuit*, *poſt hæc* CHILDEBERTUS *rex inchoavit*, *ſed* CLOTHARIUS *perfecit*. *Hæc omnia* DAGOBERTUS *rex glorioſiſſimus per viros illuſtres* CLAUDIUM, CHADUM, INDOMAGUM, *&* AGILULFUM *renovavit &c.* Acta hæc ſunt intra ſæculum VI. & VII. adoleſcens,

Digitized by Google

leſcens, ut tamen magnus adhuc campus hoc & ſequenti ſæc. VIII. relictus ſit in *Bavaria* viris apoſtolicis EUSTASIO, RUPERTO, VIRGILIO, CORBINIANO, BONIFACIO, qui ex merito quidem totius, cum ſociis, *Germaniæ*, potiſſimum vero eorum populorum dicitur apoſtolus, qui ad diviſionem illam *Thuringiæ* pertinent ſæculo VI. factam inter *Francos* & *Saxones*.

Hi, quos cum *Francis* & *Alemannis* inter *Germaniæ* populos recenſet laudatus S. HIERONYMUS, omnium poſtremi iugum *Francicum* ſub CAROLO M. demum ſubierunt, ad chriſtianam religionem manſuefacti ultimi ex recenſitis hactenus maioribus veteris *Germaniæ* provinciis, *Francica* inquam, *Alemannica*, *Bavarica*, *Saxonica:* de quorum ſtatu veteri veſtigia hodieque mihi deprehendere videor in idiotiſmo ſermonis, ſeu diverſo modo pronunciandi linguam vernaculam, cum cæteroquin omnia ſint inter ſe diviſa & confuſa quoad utramque rempublicam politicam & ſacram, ſeu religionem, quæ potiori ex parte illis in regionibus ab avitis ſacris collapſa eſt, in quibus poſtremo illuxit. Qui ſi monumenta vetera ſacrorum avitorum colligant, de maioribus ſuis quid ſtatuere debent, quos a primordiis ſuſceptæ religionis cernunt cultum religioſum ſecutos fuiſſe, quem ipſi damnant, & abiecerunt ceu ſuperſtitioſum, imo idololatricum in ea ſanctiſſima liturgiæ parte, cuius hic monumenta damus?

Quid deinde? ſi miram illam ſecum reputent conſenſionem liturgiarum omnium veterum ſive Orientales cum Occiden-

Digitized by Google

cidentalibus conferantur, contendanturque, ſive Occidentales ſeſe inter mutuo, *Romana* imprimis, quæ ubique fere nunc obtinet ſibi ſemper ſimillima, ac unius modi conſtanter a prima origine, ex qua litteris aliquid mandatum in rebus liturgicis habetur: cum primum, diſciplina arcani metuque dominatus paganici ceſſante, ſacris chriſtianis palam ac libere operam dare licuit. Ea Eccleſiæ felicitas ab ineunte ſæculo quarto repetenda eſt CONSTANTINI M. imperio, ſedem PETRI poſt MARCELLUM SILVESTRO tenente; ad eius vero tempora monumenta, quæ ſuperſunt, aſſurgunt liturgiæ *Romanæ;* & cum his etiam ſacramentaria veteris noſtræ liturgiæ *Alemannicæ*, quæ hoc volumine in lucem primum proferimus.

Equidem vetuſtiſſimus Mſc. codex, qui in monaſterio *Rhenaugienſi* ſervatur, vix aſſurgit ad mille annos, eique quam ſimillimus *San-Gallenſis* aliquot adhuc annorum decadibus recentior eſt. Characteres *Rhenaugienſis* ſacramentarii ad *Merovingicos* accedunt, *San-Gallenſis* vero plus de ornatu litterarum *Carolingico* participat; nihilominus cum *Rhenaugienſi* ad apicem uſque ita convenit in corrupto etiam dicendi ſcribendique genere, erroribus grammaticalibus ac ſphalmatis ævo *Merovingico* propriis, ut nullus dubio locus relinquatur, quin uterque codex ex uno eodemque vetuſtiori autographo exſcriptus ſit, tantum quod *San-Gallenſe* ſacramentarium feſtis quibusdam, ſeu officiis, ut fieri ſolet, auctum ſit, quæ illo temporis intervallo acceſſerunt. Acceſſit item huic codici *San-Gallenſi* lima paullo recentioris manus,

Digitized by Google

nus, qua errores grammaticales ac ſphalmata correcta ſunt, rectusque verbis ac ſententiis, inſcitia ævi *Merovingici* depravatis, eſt reſtitutus ſenſus.

Ipſiſſimo hoc Mſc. codice uſus eſt ſcriptor itidem *San-Gallenſis* ſæc. X. circiter, qui ſacramentarium ſimul *Gelaſianum*, *Gregorianum*, & *Ambroſianum* in uno volumine conſcribendum ſuſcepit: ita quidem, ut ad *Gelaſianum* ritum retulerit, quidquid in eo codice vetuſtiori *San-Gallenſi* continebatur. Cum vero, ut diximus, ex uno eodemque vetuſtiori codice exſcriptus ſit antiquiſſimus *Rhenaugienſis* & *San-Gallenſis* vetuſtior, atque adeo *Rhenaugienſis* ad verbum ſeu litteram contineatur in *San-Gallenſi* aucto & correcto, quem exſcripſit compilator triplicis ritus ſæc. X. conſultum omnino fuit, ut hoc ita correcto auctoque codice uterer in his veteris liturgiæ *Alemannicæ* monumentis, quo ſimul antiquiſſimum *Rhenaugienſem*, eique geminum ac ſupparem *San-Gallenſem* complecterer, uno typo utrumque exprimendo, uncinis nihilominus concludendo, quæ *San-Gallenſis Rhenaugienſi* ſuperaddit. Id quod tamen per incuriam fieri neglectum eſt p. 15. ubi integra *miſſa de prohibendo ab idolis* qui in *Rhenaugienſi* cod. deſideratur, uncinis includenda fuiſſet, uti p. 28. IIII. Id. *Febr.*

Eodem die natale ſanctorum Zotici, Hirenei, & Iacinthi &c.

Miſſa eadem *de prohibendo ab idolis* legitur in ſacramentario *Gelaſiano* vulgato, atque in noſtro p. 15. ad formam miſſæ *Gregorianæ* tribus conſtans orationibus ſine peculiari

Præ-

Digitized by Google

Præfatione, quæ plerumque ritu *Gelaſiano* additur, uti etiam poſt primam orationem *alia*, poſt communionem item alia *ſuper populum.* Quæ ſingula cum deſint in miſſa *de prohibendo ab idolis*, nihilominus in noſtro codice præmiſſa littera G. *Gelaſiana* deſignatur, ut paſſim per decurſum Sacramentarii ſingulis fere paginis animadvertere licet, præmitti integris miſſis vel etiam ſingulis orationibus litteram G. ſimplicem, quæ *Gelaſianas* orationes, vel geminatam GG. quæ *Gregorianas* denotat. Quod nos exemplum ſecuti ad finem orationum easdem litteras minuſculas *g. gg.* appoſuimus ad diſtinctionem orationum *Gelaſianarum* vel *Gregorianarum*, prout habentur in editis a THOMASIO & MURATORIO: quorum ille *Gelaſianum* primus in lucem protulit, hic poſt alios quidem *Gregorianum* ſacramentarium imprimis authenticum ex duobus *Romanis* codicibus *Vaticano* & *Ottoboniano* vulgaſſe cenſendus eſt: quorum ille, ineunte ſaltem ſæculo nono exaratus, arbitro MURATORIO diſſertatione prævia in Liturgiam *Romanam* veterem c. 6. p. 77. (perinde ac noſtri *Gregoriani Alemannici* ſæculi noni, *Augienſis*, qui ſervatur in bibliotheca Cæſ. *Vindob. San-Blaſianus*, *Rhenaugienſis* & *Petershuſanus*) inſcribitur *Liber Sacramentorum de circulo anni expoſitum a ſancto* GREGORIO *Papa Romano*, *editum ex authentico libro bibliothecæ cubiculi.*

Cum Mſc. *San-Blaſiano*, quod in promtu ad manus eſſet pro lubitu, contulimus ſacramentarium, quod hic edimus ritus triplicis *Gelaſiani*, *Gregoriani* & *Ambroſiani*, in iis, quæ pertinent ad ritum ſeu ſacramentarium *Gregorianum*:

ea,

Digitized by Google

ea, quæ ei ſingularia ſunt, id eſt, quæ non habentur in antiquiſſimo MS. *Rhenaugienſi* eique gemino *San-Gallenſi* ritus *Gelaſiani*, typis diſtinximus, quos vocant *curſivos:* quando vero id facere non licuit, eoquod eædem orationes, quæ leguntur in ſacramentario *San-Blaſiano*, *Gregoriano*, etiam occurrant in *Gelaſiano Rhenaugienſi* & *San-Gallenſi*, ſervata, quam his codicibus deſtinavimus, typorum forma, quæ typographis *antiqua* dicitur, litteram geminatam *gg.* addidimus, tunc etiam quando orationes illæ in *Gregoriano* Sacramentario MURATORII reperiuntur, cuius ſacramentarii convenientiam cum MS. *Gregoriano San-Blaſiano* litteris *curſivis* in ſacramentario triplicis ritus, quod hic edimus, diſtincto, eadem indicamus geminata lit. gg. quæ proinde nonnunquam deſideratur in miſſis, quæ *Gregorianæ* inſcribuntur, & ceu tales hodierno adhuc uſu dignoſcuntur, veluti p. 22. & ſeqq. Quoniam vero codex ſacramentarii *Eligianus*, quo poſt MENARDUM uſi ſunt *San-Maurenſes* in editione operum S. GREGORII M. in forma ſacramentarii *Gregoriani* pluſculum de *Gelaſiano* participat, additis plerumque peculiaribus Præfationibus, aliisque orationibus, præſertim ad finem paſſim etiam *ſuper populum*, hæc litteris initialibus *El.* denotanda exiſtimavimus, littera vero *l.* ea, quæ cum vulgato *Leonino* congruunt; cum Scriptore demum noſtro ſacramentarii triplicis ritus orationes *Ambroſianas* littera a. Vix ullam miſſam in ſacramentario noſtro ritus triplicis cernas, in qua pleræque omnes orationes *Romanæ* liturgiæ nunc ſacramentarii *Leonini*, nunc ac potiſſimum quidem *Gelaſiani* aut *Gregoriani* legantur,

nec

Digitized by Google

nec deſunt etiam *Gothico* - & *Francico-Gallicanæ*; de *Gothico-Hiſpanicis*, utpote ab inſtituto liturgiæ *Alemannicæ* remotioribus, ſuperſedimus.

Plura in receſſu habet mutua hæc veterum liturgicarum formularum collatio, ac comparatio, quam videri queat levi intuitu. Præterquam enim, quod mira catholici orbis conſenſio in cultu divino rituque ſacrificandi palam hinc eluceſcat; *Romana* imprimis ſemper eadem commonſtratur ab eo uſque tempore, quo e ſtatu preſſo eluctatæ Eccleſiæ chriſtianæ ſacris publicis perfungi licuit.

Dolendum eſt, ſacramentarium, quod inter ea, quæ edita proſtant, primum occupat locum, *Leoninum* a ſuis editoribus appellatum, a capite mancum eſſe, ea ſcilicet parte, qua ſuas origines prodere potuiſſet, ac fontes, quos varios fuiſſe ex tanta tamque diverſa copia officiorum pro una plerumque die ac feſto manifeſtatur. Quare recte viſum eſt fratribus BALLERINIS T. II. opp. S. LEONIS Præfat. III. ſacramentarium *Leoninum* non eſſe compactum ab ullo *Romano* Pontifice, publica ſaltem auctoritate, in uſum *Romanæ* eccleſiæ, ſed privati alicuius hominis fœtum eſſe, qui Præfationes a *Romanis* Pontificibus, ac præſertim a S. LEONE, diverſo tempore ſcriptas, ordine non ſatis idoneo collegit, & retulit. Id quod ex dictis eluceſcit, tum vero inde adhuc fit apertius, quod in uno eodemque officio, eoque manco quoad ſolemnes in ſacrificio miſſæ precum formulas, diſparati ſeſe exerant fontes.

Digitized

PRÆFATIO.

Sic menſe *Octobri*, in quo cumulantur orationes miſſales *ſuper defunctos*, tandem ſingularis titulus occurrit *ſancti Silveſtri*; ex tribus vero orationibus, quibus abſolvitur, duæ priores tantum ad S. SILVESTRUM ſpectant, tertia autem SIMPLICII epiſcopi nomen præfert, ut tamen omnes tres orationes æque reſpondeant primo generali, qui præceſſerat, titulo *ſuper defunctos*; ita quidem, ut in prima collecta oratio ad diem depoſitionis SILVESTRI P. compoſita ſit his verbis: *Deus confitentium te portio defunctorum, quas in famuli tui Silveſtri epiſcopi depoſitione deferimus &c.* Sequens oratio ſuper oblationem fortaſſis ex alio etiam eſt fonte *in ſancti Silveſtri Confeſſoris & Epiſcopi tui commemoratione*; ut tamen oblatio ſeu immolatio fiat pro ſancto hoc Pontifice: *ut & nobis proficiat huius pietatis affectus, & illum beatitudo ſempiterna glorificet.* Accedit tertia oratio originis multo recentioris pro SIMPLICIO P. (qui poſt duo demum ſæcula S. SILVESTRI ſucceſſor fuit in Sede PETRI) quoad ſenſum ſeu ſubſtantiam eadem cum prioribus, *ut anima famuli tui Simplicii epiſcopi ab omnibus, quæ humanitus attraxit, exuta, in tuorum cenſeatur ſorte Sanctorum.* Sic in vetuſtioribus codicibus diu ſervata eſt oratio ſuper oblata *annue nobis, ut animæ famuli tui Gregorii, vel Leonis, proſit oblatio*, ut etiam in Mſc. *San-Blaſiano* legitur in feſto S. LEONIS, in *Rhenaugienſi* vero Mſc. & *Vaticano* MURATORII in feſto S. GREGORII, iam vero immutata habetur in codice triplicis ritus, quem edimus p. 143. *ut interceſſione beati Leonis nobis hæc proſit oblatio.* Vid. cap. *Marthæ* de celebr.

Digitized by Google

lebr. miſſæ §. finali. Procul dubio autem prior formula poſt mortem illorum Pontificum, cum pro illis ſacrificium miſſæ oblatum fuit, adhibita eſt: id quod omnium manifeſſime patet in prima oratione *Leonini* ſacramentarii *in famuli tui Silveſtri depoſitione.*

Unde liquido demonſtratur, eſſe in ſacramentario, quod *Leoninum* appellatur, formulas iis ex fontibus hauſtas, quæ ad ætatem S. SILVESTRI P. aſſurgant, cum hæc, quam notamus, ad diem depoſitionis pertineat, quæ accidit trigeſima prima *Dec.* anni 335. poſtquam rexiſſet eccleſiam annis viginti uno & quod excedit, ſub CONSTANTINO M. primo chriſtiano Imperatore. Igitur ſcriptori, ſeu compilatori ſacramentarii, quod *Leoninum* dicimus, præ oculis manibusque fuit inter alios liber liturgicus, qui tunc temporis adoleſcente nimirum ſæc. IV. anno certe mortis S. SILVESTRI in uſu eccleſiæ *Romanæ* fuit, ex quo hanc cum aliis orationibus in ſuam penum ſumpſit: quas quidem alias (quarum quam plurimæ eædem ſunt in noſtro ſacramentario *Alemannico* triplici ritus, ut ſuis locis lit. *l.* indicavimus) licet non perinde ad ſuam epocham revocare liceat, de potioribus tamen feſtis, præſertim *Romanis* aſſeri poteſt, eſſe otationes, quæ ad eam venerandam antiquitatem accedant; dum eædem habentur in noſtris ſacramentariis *Alemannicis*, quæ in *Leonino* leguntur, e. g. in feſto SS. PETRI, PAULI, LAURENTII: ubi ſimul ſe ſe, ut paſſim alias, conſenſio inter ipſa tria *Romanæ* eccleſiæ vetuſtiora, quæ extant ſacramentaria, *Leoninum*, *Gelaſianum*, & *Gregorianum* manifeſtat, inſigni profecto ac incomparabili rei catholicæ orthodoxæque fidei

Digitized

ac theologiæ commodo, in conſtanti conſenſu non ſolum publici cultus religioſi ſacrorumque chriſtianorum ſeu liturgiæ ſacræ, verum etiam aliis plerisque catholicæ religionis capitibus, ac dogmatibus recens poſt tot elapſa ſæcula in controverſiam adductis ab iis, qui proxima ætate nihil penſi habuere, totam eccleſiæ, avitæ doctrinæ & obſervantiæ religioſæ immutare faciem ac pervertere.

Spacio unius propemodum ſæculi quinti & ſexti finientium confectæ ſunt antiquiores illæ liturgiæ *Romanæ* collectiones. Siquidem eam, quæ *Leonina* dicitur, poſt mortem demum S. SIMPLICII factam eſſe conſtat ex oratione pro SIMPLICIO mortuo: unde MURATORIUS ad ætatem S. FELICIS, qui fuit proximus S. SIMPLICII ſucceſſor, & *Gelaſii* anteceſſor, refert, perinde ac fratres BALLERINII; ut tamen ex horum ſententia fieri potuerit collectio initio pontificatus *Gelaſii* P. a quo *Gelaſianum* nomen habet, a Ven. THOMASIO inditum ſacramentario, quod in antiquiſſimo codice inſcribitur *liber ſacramentorum Romanæ eccleſiæ*, perinde ac antiquior noſter *Alemannico-San-Gallenſis*, ex eodem quo vetuſtiſſimus *Rhenaugienſis* hauſtus fonte. Reſpondet hic titulus ſingulari formæ liturgicæ, quæ eadem eſt in omnibus tribus codicibus *Thomaſiano*, & noſtris duobus *Alemannicis:* dum nempe priori collectæ una adhuc additur oratio; una item, etiam extra Quadrageſimam, ultimæ *poſt communionem*, inſcripta *ad populum* ſeu *ſuper populum*: quibus, ac copia inſuper Præfationum diſcernuntur miſſæ *Gelaſianæ* a *Gregorianis*, ut palam fit conferenti ſacramentaria *Gregoriana* recentiora edita ac vetera Mſſ. quæ paſſim

Digitized by Google

ſim in bibliothecis obvia ſunt, nomine S. GREGORII inſcripta; ad oculum autem iam demonſtratum exhibetur *Gelaſiani* & *Gregoriani* ſacramentarii diſcrimen in ſacramentario noſtro triplicis ritus, quod hic edimus, ibi imprimis, quando ad unum eundemque diem una notatur *Gelaſiana*, *Gregoriana* altera, quod felici quidem coniectura aſſecutus eſt Ven. THOMASIUS aliis, quas in præfatione affert, rationibus. Neque vero magis obeſt varietas orationum, ſeu etiam integrarum miſſarum diverſitas in vulgato *Gelaſiano* THOMASII, ac noſtro *Alemannico*, quam in ſacramentariis, quæ S. GREGORII nomen præferunt, diverſas vero habent orationes paſſim etiam *Gelaſianas*; ſingula quippe ad unum revocantur fontem, teſteque IOANNE Diacono S. GREGORIUS *Gelaſianum codicem de miſſarum ſolemniis multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla adiiciens, in unius libri volumine coarctavit.* Hæc, probe expenſis mox a nobis dictis, luculentius manifeſtantur.

Optandum foret, ut ſacramentarium vetus *Rivipullenſis* monaſterii a P. ZACHARIA in Bibl. liturg. lib. I. c. 3. pag. 45. notatum, propius innoteſceret, quod hunc titulum præfixum habet: *Incipit liber Sacramentorum editus a S. Gelaſio Papa Romano, emendatus & breviatus a B. Gregorio Papa ſedis apoſtolicæ*; aut codex, qui in bibl. monaſterii *Centulenſis* extabat an. 831. inſcriptus: *Miſſalis Gregorianus & Gelaſianus modernis temporibus ab Albino ordinatus*, tandem aliquando in lucem proferretur, quod DACHERIUS animo propoſuerat, poſtea vero D. VOISIN indulſit, inde tractatum ſuum de

Digitized by Google

miſſa locupletare; a quo tempore, ubi deliteſcat liber, ignorari ex auctore de *l'hiſtoire literaire de la France* T. IV. p. 438. n. 6. annotavit illuſt. FROBENIUS S. R. I. P. & Abbas *S. Emerami* p. 3. moniti prævii ad ALCUINI Opp. T. II. Vol. I. quo liturgica continentur, ac primo quidem miſſæ quædam, quas in epiſtolis duabus ALCUINUS meminit ſe de miſſali tuliſſe *ad quotidiana & eccleſiaſticæ conſuetudinis officia.* Miſſæ eiuscemodi paſſim antiquis ſacramentariis *Gregorianis* annectuntur nonnunquam ſub nomine ALCUINI; ſed nec eodem ſemper ordine, nec etiam eædem, uti nec ipſe ALCUINUS in citatis epiſtolis apud illuſt. FROBENIUM in prævio monito, ſuoque ordine T. I. Opp. p. 59. & 355. easdem recenſet. In noſtro *Gregoriano*, ut edimus p. 260. ſeqq. nulla ALCUINI facta mentione eædem per decurſum hebdomadæ leguntur, quas ALCUINO tribuit Micrologus c. 60. ordine tantum & inſcriptione paullulum immutatas; aliæ vero immiſcentur ſubdunturque partim votivæ, partim de Communi Sanctorum (ut vocare ſolemus) in editione operum ALCUINI ex *Iac.* PAMELII T. II. Liturgicon. Ut vero annotavit laudatus FROBENIUS ex epiſtola ipſa ALCUINI, non de novo compoſuit ALCUINUS, ſed ex miſſali monaſterii ſui depromſit.

Nos, ut iam monuimus, in noſtra editione fontem ac originem *Romanam* quantum in editis *Leonino*, *Gelaſiano*, ac *Gregoriano* potiſſimum deprehendere licuit, indicavimus, ut uno velut obtutu conſpicua ſit mutua per omnem liturgiam convenientia, ac mirus quidam conſenſus præſertim in ſacramentarii

Digitized by Google

mentarii *Gregoriani* vetuſtioribus codicibus *Alemannicis*, ut unum eundemque fontem ac originem aperte prodant, *San-Gallenſis* imprimis, nunc *Turicenſis* codex triplicis ritus, quem edimus, ac *San-Blaſianus* nitidiſſimus perinde ac *Augienſis*, *Petershuſanus* & *Solodorenſis*, qui duo poſteriores etiam eodem omnino cum *San-Blaſiano* litterarum ornatu, initialium præſertim auro, argento variisque coloribus pictarum, ſplendent, adde characterum ac totius ſcripturæ eum habitum & conformitatem, & ſi dicere fas ſit identitatem, ut ſi non omnes unum eundemque ſcriptorem habuiſſe dicendi forent, ex una ſchola calygraphorum prodiiſſe pro certo habendi ſint, poſteaquam iam opera CAROLI M. litterarum nitor reſtitutus fuit.

Epocham nobis fixam aſſereret codex *Solodorenſis*, ſiquidem exploratum eſſet, quisnam ADALBERTUS ille fuiſſet, cui Abbati ſuo monachus codicem hunc a ſe exaratum inſcripſit in ipſa libri fronte, qua Abbas caput redimitus circulo crinium in pictura exhibetur, viridi amictus tunica, nigra ſubamictus toga. Siniſtra tenet baculum paſtoralem, cuius pars ſuperior inſtar litui eſt, aureis ornati clavibus, dextra accipit librum, quem tonſuratus itidem offert monachus indutus dalmatica, albis, rubrisque diſtincta coloribus, *Leoninis* ſequenti pagina deſcriptis:

Paſtor Adalberte ſumma date cœlitus arte
Qui meritis conſtas vitæ venerabilis abbas.
Præbeo quod dulus gratanter ſuſcipe munus. &c.

Sequi-

Digitized

Sequitur iterum pictura, apparetque monachus tonſuratus, cuius caput aureo nimbo circumdatur, qui alteri ſupereminet circulo, cæruleo argenteisque diſtinctis punctis, veſtis monachi eſt dalmatica, ſubveſtis alba. Tenet ſiniſtra aureum manipulum, dextra accipit librum e manibus monachi itidem tonſurati, amicti tunica cærulea, ſubveſti alba. Picturam iterum verſus explicatam reddunt ſequenti pagina hoc exordio:

Præſul Pirmini fulgens lux aurea mundi,
Incola clare Dei ſuccenſus amore fidei
Iſtud Adalberti munus non deſpice ſervi &c.

Sic tertia tabula S. PETRUS ſiſtitur, cui S. PIRMINIUS offert librum; quarta demum S. PETRUS Chriſto, conſimili identidem carmine: unde quidem palam fit, codicem ſcriptum eſſe a monacho ſub ADALBERTO abbate in monaſterio a S. PIRMINIO in honorem D. PETRI extructo. In monaſterio *Fabarienſi* fuit ab ipſo S. PIRMINIO abbas ADALBERTUS ſubſtitutus. Subſcripſit conc. Attiniacenſi *Athalbertus abbas de Fabarias* an. 765. poſt decennium & quod excedit a morte S. PIRMINII: an vero hoc temporis brevi intervallo iam cultus publicus huic Sancto obtigerit, ut feſtum ei in ſacramentario tribueretur, quale in *Solodorenſi* cum miſſa propria habetur, dubito, citiusque ADALBERTO ſecundo, qui poſt CRIBBAM, & ANASTASIUM ADALBERTI I. ſucceſſores in monaſteri *Fabarienſis* annalibus habetur, rem totam adſcriberem, cuius forte ævum magis conciliari

Digitized by Google

ri poſſet cum ætate codicis; ne quid dicam de ADALBERTO ſeu ERCHAMBERTO *Campidonenſi* an. 840. electo abbate, ad quod monaſterium an. 774. corpora ſanctorum GORDIANI & EPIMACHI *Roma* fuere translata, qui Sancti in Canone ſacramentarii *Solodorenſis* inſerti ac iterum deleti ſunt. Sed monaſterium *Campidonenſe* nec a S. PIRMINIO eſt, nec S. PETRO dicatum, uti eſt monaſterium *Hornbacenſe* ſeu *Gamundienſe* in diœceſi *Metenſi*, quousque aliquando etiam ſeſe *Alemannia* noſtra protenderat. Sepultus eo in monaſterio S. PIRMINIUS epiſcopus, iam ante mortem ſucceſſorem habuit IACOBUM, qui in charta HEDDONIS epiſcopi *Argentinenſis* pro monaſterio *Arnulphi Augiæ* ſive *Schwarzach* inter alios ſubſcripſit an. 748. in charta vero donationis pro monaſterio *Hornbacenſi* an. 754. *abbas & epiſcopus monaſterii Gamundis*; ſicque ſequenti anno in Conc. *Attiniacenſi* ſubſcripſit: *Iacob epiſcopus de monaſterio Gamundias*, uſu olim haud infrequenti, ut abbates ſimul epiſcopi eſſent. In necrologio *Augienſi* Mſc. ineunte ſæc. IX. AMALHARTUS & WIRUNDUS abbates monaſterii *Gamundias* occurrunt, columna item quarta *Heribr. abb.* notatur; nuspiam vero ADALBERTUS abbas comparet, nec quidem inter nomina fratrum, qui in citato necrologio magno numero recenſentur, quæ ſtudioſe legi relegique, hæcque tantum viciniora appellationi vocabula aliquoties notata inveni *Aaluccardus*, *Adalhart*. Spectaſſe autem codicem hunc ad monaſterium *Hornbacenſe* ex Calendario manifeſtum fit, ut ſuis locis infra annotavi, congruuntque pictu-

Digitized by Google

ræ ſupra memoratæ & earum inſcriptiones S. PIRMINIO, & S. PETRO, cui ſacrum fuit hoc monaſterium, turbis proteſtanticis dirutum, corpore S. PIRMINII *Oenipontum* translato, unde pars reliquiarum hoc ipſo anno munificentia Auguſtæ M. THERESIÆ monaſterio meo *D. Blaſii* ſunt illatæ. Ignoratur vero, qua occaſione ſacramentarium, de quo agimus, ex monaſterio *Hornbacenſi Solodorum* ſit translatum, ubi religioſe admodum a Canonicis aſſervatur, quos aliquando inſtituti *Benedictini* fuiſſe coniectura fit ex diviſione inter fratres LUDOVICUM *Germanicum* & CAROLUM *Calvum* poſt mortem nepotis regis LOTHARII: *Sancti Urſi in Solodoro.*

Omine quodam in Sabbato S. poſt lectiones conſuetas & benedictiones in eo ſacramentario *alius incipit ordo eiusdem diei orat. apud Canonicos celebrandus.* Lectiones autem tantum quatuor notantur I. *In principio creavit.* II. *Factum eſt in vigilia matutina.* III. *Apprehendent ſeptem mulieres.* IV. *Hæc eſt hæreditas.* Et poſt orationem ſequitur: *Sicut cervus.* Huc pertinet in appendice X. Kal. *Octob. Nat.* S. *Mauricii & commilitonum eius*, quos inter S. URSUS. Inter votivas vero miſſa pro Congregatione S. PETRI apoſtoli monaſterium *Hornbacenſe* ſpectat, quæ eadem fere in noſtro *San-Blaſiano* habetur, inſcripta *miſſa ſpecialis pro omni congregatione ſanctæ Mariæ*, cui beatiſſimæ Virgini dicatum eſt monaſterium *Rhenaugienſe*, cui ad ſtabiliendum inibi cultum B. V. *Cella alba* (nunc *D. Blaſii* monaſterium) donata fuerat, eodem, quo ſcriptus eſt codex, ſæculo

nono

Digitized by Google

nono uterque *Solodorenſis* & *San-Blaſianus*, hic quidem *Romæ* ex authentico bibliothecæ cubiculi deſcriptus, ut *Augienſis*, & *Petershuſanus* & *Rhenaugienſis* alter præfert in titulo; *Solodorenſis* autem inſcribitur *liber Sacramentorum de circulo anni compoſitus a ſancto Gregorio papa Romano*. Habet tamen ex *Gelaſiano* ordine id reliquum, veluti etiam *Vaticanus* & *Ottobonianus* codex ſacramentarii *Gregoriani* apud MURATORIUM, quod in Sabbato S. ante XII. lectiones præcedat Oratio *Deus qui divitias miſericordiæ tuæ in hac præcipue nocte largiris &c.* quæ in noſtris *Gregorianis* deſideratur. Poſt lectionem ultimam omiſſa oratione: *Omnipotens ſempiterne Deus ſpes unica mundi &c.* ſtatim ſequitur canticum *Sicut cervus*, quod pertinet ad fontis baptiſmalis benedictionem. Singularis eſt in ſacramentario noſtro triplicis ritus *Miſſa vel dedicatio baptiſterii:* ubi nempe ſeorſim ſunt ædes ad baptiſmi Sacramentum conferendum, more antiquiſſimo, uti etiamnum *Romæ* & alibi præſertim in *Italia* obſervare licet.

Memoratur S. AMBROSIO epiſt. 14. ad MARCELLINAM *baptiſterii baſilica Mediolani*, ubi etiamnum ritu *Ambroſiano* miſſa ſingularis celebratur *in eccleſia hiemali pro baptizatis* Sabbato S. Paſchæ & per octavam, etiam Pentecoſtes, ubi deficit noſter codex, uti etiam in Dominicis poſt Pentecoſten quoad officium *Ambroſianum*, quod in his Dominicis haud raro cum *Romano* ſacramentario convenit, orationesque identidem easdem repetit, ut iuxta *Pamelianum* etiam ſacramentarium *Ambroſianum* fieri oportuit. Anti-

quiſſimum miſſale ritus *Ambroſiani*, *Bergami* ſervatum, ſcriptum ad finem ſæc. IX. (quo nullum ſe copioſius vidiſſe unquam, nec habere *Ambroſianam* bibliothecam, litteris ad me datis teſtatur *Io. Bapt.* de CASTILIONE Canonicus ad S. *Stephanum Mediolani*) continet quidem viginti duas Dominicas poſt Pentecoſten, ſed poſt quartam Dominicam & tres miſſas quotidianas reliquæ ſunt ſine orationibus & præfationibus in ſacramentario illo, quod in duas partes diviſum, in altera ſimul lectiones epiſtolarum & evangelii complectitur.

Cæterum orationes miſſales, facta collatione per duos Presbyteros *Bergamenſes* cum noſtro impreſſo, plerumque conformes ſunt inventæ; quod idem obſervavi conferendo noſtrum cum noviſſimo *Ambroſiano Mediolani* an. 1768. impreſſo: in quo tamen deſidero feſtum S. IACOBI apoſtoli IIII. Kal. *Ianuarii* perinde ac miſſas de nativitate Domini Feria II. & III. poſt feſtum Natalis, quæ in noſtro impreſſo ſimiliter ac in Mſc. *Bergamenſi* leguntur; in impreſſo autem noviſſimo veluti etiam in miſſali *Gaſparis Vicecomitis* Archiep. *Mediol.* ed. 1584. orationes ſaltem propriæ miſſis S. STEPHANI & IOANNIS Evangeliſtæ ſunt inſertæ. Viciſſim vero in noſtro ſacramentario triplicis ritus p. 189. neutiquam vero in Mſc. *Bergamenſi*, in miſſa vigiliæ Apoſtolorum SIMONIS & IUDÆ, *Comenſis* Martyr S. FIDELIS ſtatim poſt nomina Apoſtolorum legitur, cuius commemoratio ad eundem diem in edito miſſali habetur, cum in martyrologio *Romano* ad diem ſequentem reponatur. Præpoſtere autem ſecundum uſum noſtrum ex *Gallicano* ritu pro die-

bus

Digitized by Google

bus Rogationum ponuntur p. 116. &c. *orationes quæ dicendæ ſunt in letaniis, vel in vigiliis quotidianis dierum*, quæ in *Bergamenſi* codice poſtponuntur, iuxta uſum *Mediolanenſem*, officio Dominicæ poſt Aſcenſionem Domini cum miſſa per triduum: ubi ſe ordo *Ambroſianus* prodit inſcriptione *orat. ſuper populum*, qua oratione apud nos deſinit, hic incipit ſynaxis.

Compilator autem noſter ſacramentarii triplicis ritus *Ambroſianum* alias *Romanis* accommodavit uſibus in monaſterio *S. Galli* vicino provinciæ *Mediolanenſi*, quæ ſe olim late per utramque etiam *Rhætiam* protenderat; ut mirum adeo non ſit, ritu *Ambroſiano* officium divinum ampliandi votum ſuſceptum eſſe ac ſtudium, dum circa eadem tempora adoleſcente ſæculo XI. eodem deſiderio eccleſiam *Ratisbonenſem* flagraſſe, palam fit ex epiſtolis *Pauli ſacerdotis & Gebehardi religioſorum virorum ſanctæ eccleſiæ Ratisbonenſis* a MABILLONIO T. I. Muſ. *Ital.* p. 95. editis, quarum prima transſcribi ſibi rogant ſacramentarium S. AMBROSII cum antiphonario, diurno videlicet & nocturno pro horis canonicis, ut epiſtola V. explicant, mox altera autem rationem facti reddentes, *quoniam*, aiunt, *princeps in divinis laudationibus apud Latinos præfulſiſſe cognoſcitur mellifluus doctor Ambroſius, idcirco ne ingrati ſimus tam ſanctis primordiis, habere delectamur notitiam tantæ auctoritatis. Hoc dicimus, quoniam probitatem tuam admirari comperimus, cur nos, qui habemus ordinem Romanum, ſimul habere geſtiamus Ambroſianum. Fuit olim tanta Mediolanenſis eccleſiæ gra-*

Digitized

tia & excellentia, ut AURELIO *&* AUGUSTINO, *cæterisque Africanis præſulibus non ſufficeret in dubiis rebus Romanum conſulere Pontificem, niſi pariter conſulerent & Mediolanenſem. Deſine ergo admirari imitatrices ſanctorum Patrum inquiſitiones noſtras, & adhibe opportunas opitulationes tuas: ut ordo Ambroſii, dulciſſimi ſancti Spiritus organi, quem diſcipulus eius doctor eximius* AUGUSTINUS *traduxit in Africam, nobis transferatur in Germaniam, ad excitandam boni odoris fragrantiam.* Sequenti epiſtola poſtulanti MARTINO theſaurorum S. AMBROSII cuſtodi ambiguitatem removent ab appellatione ſacramentarii. *Nos*, ſcribunt, *nullum appellamus ſacramentarium, niſi librum miſſalium orationum absque lectionibus evangelicis, apoſtolicis, & propheticis, quarum fines & principia ſecundum Ambroſianam exceptionem petentibus nobis annotare pollicitus es.* Quale hic petunt, tale eſt noſtrum quod edimus ſacramentarium *Ambroſianum* perinde, ac *Gelaſianum*, *Gregorianum*que uſu antiquo, quo cætera, quæ ad celebrationem S. liturgiæ pertinent, diſtinctis habebantur libris. Veluti & nos hic ex variis antiquis monumentis omnia illa, quæ ad S. Liturgiam miſſæ quoquo modo referri valent, in lucem ſingillatim proferimus, de quibus nihil hic opus eſt diſſerere, cum ſingulis ea, quæ monenda viſa ſunt, præmiſerimus.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS
MONUMENTORUM
IN HOC PRIMO TOMO CONTENTORUM.

In Vigilia Nat. Dni. p. 1. Ambroſ. p. 2.
In S. Nocte. p. 3. & Ambroſ. p. 4.
In S. Nocte ſeu 2da Miſſa. p. 4. Ambr. p. 5.
De S. Anaſtaſia. *ib.*

In Natal. Dni. *ib.*
Aliæ orationes de octava. p. 6.
Feria II. De Nativ. Dni. A. p. 7.
VII. Kal. Ian. De S. Stephano. p. 8.
Aliæ orationes. *ib.*
Ambroſianæ. *ib.*
Feria III. Miſſa A. p. 9.
VI. Kal. Ian. In Nat. S. Iohann. Evang. *ib.*
Aliæ orationes. p. 10.
Ad fontes. *ib.*
Miſſa Ambroſiana. *ib.*
V. Kal. Ian. In Nat. Innocentum. p. 11.
Alia Ambroſ. p. 12.
IV. Kl. Ian. De S. Iacobo Aplo. Ambroſ. *ib.*
Dom. I. Poſt Nat. Dni. p. 12.
Ambroſiana. p. 13.
II. Kal. Ian. In Nat. S. Silveſtri. *ib.*
Kal. Ianuarii. In octava Dni. p. 14.
Ambroſiana. *ib.*
Miſſa De prohibendo ab Idolis. G. p. 15.
Alia Dominica. *ib.*
Nonis Ian. In vigil. Theophaniæ. *ib.*
Ambroſiana. p. 16.
VIII. Id. Ian. In Epiphania. *ib.*
Ambroſiana. p. 17.
Aliæ orationes. *ib.*
Dom. I. Poſt Theophaniam. p. 18.
Ambroſiana. *ib.*
In Octavis Theophaniæ. *ib.*
XVIII. Kal. Febr. De S. Felice C. p. 19.
Dom. II. Poſt Theophaniam. p. 19.
XVII. Kal. Febr. In Nat. S. Marcelli Papæ. p. 20.
XV. Kal. Febr. In Nat. S. Priſcæ M. *ib.*
XIV. Kal. Febr. In Nat. Marii & Marthæ. *ib.*
XIII. Kal. Febr. In Nat. S. Fabiani M. *ib.*
S. Sebaſtiani M. p. 21.
Ambroſiana. *ib.*
XII. Kal. Febr. In Nat. S. Agnæ Virg. *ib.*
Gregoriana. p. 22. Ambroſiana. *ib.*
XI. Kal. Febr. In Nat. S. Vincentii M. *ib.*
Gregor. p. 23. Ambroſ. *ib.*
Dom. III. Poſt Theophaniam. *ib.*
X. Kl. Febr. In Nat. SS. Emerentianæ & Machabæi. p. 24.
IX. Kl. Febr. In Nat. SS. Babilæ & 3. parvulorum. *ib.*
VIII. Kal. Febr. In Nat. S. Præiecti M. *ib.*
In converſione S. Pauli. *ib.*
V. Kl. Febr. In Nat. S. Agnes de Nativitate. p. 251
Dom. IV. Poſt Theophaniam. *ib.*
IV. Non. Febr. De Hypapante. p. 26.
Nonis Febr. In Nat. S. Agathæ M. *ib.*
Gregoriana. p. 27. Ambroſiana. *ib.*
Dom. V. Poſt Theophaniam. *ib.*
IV. Id. Febr. In Nat. S. Sotheris. p. 28.
SS. Zotici, Irenæi, & Hyacinthi. *ib.*
Dom. VI. Poſt Theophaniam. p. 28.
XVI. Kl. Mart. In Nat. SS. Valentini, Vitalis, Feliculæ, & Zenonis. p. 29.
Gregoriana. *ib.*
XIII. Kal. Mart. In Nat S. Iulianæ. Gelaſ. *ib.*
VIII. Kal. Mart. In Cathedra S. Petri. Greg. p. 30.
Non. Mart. In Nat. SS. Perpet. & Felicit. Gel. *ib.*
IV. Id. Mart. In Nat. S. Gregorii P. Gelaſ. *ib.*
VIII. Kl. Apr. In Adnunt. S. Mariæ. Gel. p. 31.
Gregoriana. p. 32.
Aliæ orationes. *ib.*
Dom. in LXXma. Gelaſiana. *ib.*
Ambroſ. & GG. p. 33.
Dom. in LXma. Gelaſiana *ib.*
Gregoriana. *ib.*
Ambroſiana. p. 34.
Dom. in L.ma Gelaſiana. *ib.*
Greg. & Ambr. *ib.*
Feria IV. Gelaſiana. p. 35.
Feria V. Gelaſiana. *ib.*
Gregoriana. *ib.*
Feria VI. Gelaſiana. p. 36.
Gregoriana. *ib.* Sabbato.

Digitized by Google

Sabbato. Gelaſiana. *ib.*
Dom. in XL.ma Gelaſiana. p. 37.
Gregoriana. *ib.*
Dom. in capite XL. Ambroſiana. p. 38.
Feria II. Gelaſiana. *ib.*
Gregoriana. *ib.*
Ambroſiana. *ib.*
Feria III. Gelaſ. Gregor. & Ambroſ. p. 39.
Feria IV. Gelaſ. Gregor. & Ambroſ. *ib. ſeq.*
Feria V. Gelaſ. Gregor. & Ambroſ. p. 40.
Feria VI. Gelaſ. & Gregoriana. p. 41.
Sabbato in XII. lect. Gelaſ. Greg. & Ambr. p. 42.
Dom. vac. Gelaſ. & Gregor. p. 43.
Litaniæ Dom. I. in Quadrag. A. p. 44.
Feria II. Gelaſ. Greg. & Ambroſ. *ib.*
Feria III. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 45.
Feria IV. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 46.
Feria V. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 47.
Feria VI. Gelaſiana. Gregor. *ib.*
Sabbato. Gelaſ. & Gregor. p. 48.
Benedictio S. Ambroſii ad cinerem & cilicium, de ieiunio, vel ad competentes. *ib.*
Dom. III. Gelaſ. & Gregor. p. 49.
Letania cum Miſſa Ambroſ. *ib.*
Feria II. Gelaſ. Greg. & Ambroſ. p. 50.
Feria III. Gelaſ. Greg. Ambroſ. *ib.*
Feria IV. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 51.
Feria V. Gelaſ. Greg. Ambroſ. *ib.*
Feria VI. Gelaſ. & Gregor. p. 52.
Sabbato. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 53.
Dom. IV. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 54.
Feria II. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 55.
Feria III. Gelaſ. Greg. Ambroſ. *ib.*
Feria IV. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 56.
Feria V. Gelaſiana. p. 57.
Feria VI. Gelaſ. Ambroſ. *ib.*
item Gelaſ. & Gregor. *ib.*
Sabbato. Gelaſ. Gregor. Ambroſ. p. 58.
Dom. de Paſſione Dni. Gel. Greg. Ambr. p. 59.
Feria II. Gelaſ. Gregor. Ambroſ. p. 60.
Feria III. Gelaſ. Greg. Ambroſ. *ib.*
Feria IV. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 61.
Feria V. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 62.
Feria VI. Gelaſ. Gregor. p. 63.
Sabb vacat. Gelaſ. Greg. Ambroſ. *ib.*
Dom. in ramis olivarum. Ambroſiana. p. 64.
Exorciſmus floris vel frondium Dom. in Palmis. *ib.*
Benedictio ſuper olivas Ambroſiana. *ib.*
Dom. ad Palmas Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 65.
Feria II. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 66.
Feria III. Gelaſ. Greg. Ambroſ. p. 67.
Feria IV. Gelaſ. Greg. Ambroſ. *ib.*
Benedictio Incenſi. p. 68.
Feria V. Cœnæ Dni. Miſſa pro Pœnitentibus reconciliandis. Item aliæ preces. *ib. ſeq.* p. 71.
Chriſmalis. p. 72.
Benedictio olei pro Infirmis. p. 74.
Ambroſiana. p. 75.
Præfatio chriſmæ Ambroſiana. *ib.*
Benedictio chriſmæ Principalis. *ib.*
Exorciſmus olei ad omnem languorem quocumque tempore. p. 76.
Feria VI. In Paraſceve. p. 78.
Mane die Sabbati ad Lect. p. 80.
Benedictio cerei Ambroſ. p. 81.
Benedictio ſalis. p. 82.
Ad catechumenum faciendum. *ib.*
Or. ſuper infantes in XL.ma ad IV. Evang. *ib.*
Ad eosdem Cathechizandos. *ib.*
Orationes in Sabb. S. ad ſingulas lectiones. p. 83.
Miſſa vel Dedicatio Baptiſterii. p. 85.
Benedictio fontis. *ib.*
Ordo quomodo baptizati confirmentur. p. 87.
Benedictio fontis Ambroſiana. p. 88.
Miſſa in Sabbato S. Paſchæ Nocte. p. 89.
Benedictio ſuper Agnum in Paſcha. p. 90.
Miſſa Gregoriana. *ib.*
Ambroſianæ duæ. p. 91.
Miſſa In Paſcha. *ib.*
duæ Ambroſianæ pro Baptizatis. p. 92.
Feria II. Gelaſ. & Gregor. p. 93.
Ambroſiana pro baptizatis.
Feria III. Gelaſ. & Gregor. p. 94.
Ambroſ. pro Baptizatis. p. 95.
Feria IV. Gelaſ. & Gregor. p. 96.
Ambroſ. pro bapt. *ib.*
Feria V. Gelaſ. & Gregoriana. p. 97.
Ambr. pro bapt. *ib.*
Die V. Menſis April. In Depoſit. S. Ambroſii Epi. p. 98.
Feria VI. Gelaſ. & Gregor. *ib.*
Ambroſianæ duæ. p. 99.
Sabbato. Gelaſ. & Gregor. *ib.*
Ambroſianæ duæ. p. 100.
Dom. Poſt Albas. Gelaſ. & Greg. *ib.*
Ambroſ. albis depoſitis. p. 101.
Aliæ orationes paſchales. *ib.*
Ad comm. diebus feſtis. p. 102.
Miſſa de paſcha Annotino. *ib.*
Dom. I. Poſt octavas Paſchæ. Gel. p. 103.
Ambroſiana. p. 104.
XII. Kal. April. In Nat. S. Benedicti Abb. *ib.*
III. Id. April. In Nat. S. Leonis P. p. 105.
Id. April. In Nat. S. Euſemiæ. Gel. *ib.*

Digitized by Google

XVIII. Kal. Maii. In Nat. SS. Tyburtii, Valeriani, & Maximi. Gelaſ. *ib.*
Dom. II. Poſt octavam Paſchæ. Gel. p. 106.
Ambroſiana. *ib.*
VIII. Kal. Maii. In Nat. S. Georgii M. p. 107.
Ambroſiana. ib.
VII. Kal. Maii. Letania maior. p. 108.
Orat. ad Miſſam. *ib.*
De S. Marco. *ib.* not.
Feria III. Præfatio. item Feria IV. præf. p. 109.
IV. Kal. Maii. In Nat. S. Vitalis. *ib.*
Dom. III. Poſt octav. Paſchæ. p. 110.
Kal. Maii. In Nat. Aplorum Philippi & Iacobi. p. 110.
Ambroſiana. p. 111.
De S. Walpurga. *ib.* not.
V. Non. Maii. In Nat. S. Iuvenalis. & SS. Alexandri, Eventii & Theoduli. *ib.*
In Inventione Scæ Crucis. p. 112.
Ambroſiana. *ib.*
Dom. IV. poſt Octavam Paſchæ. p. 113.
Ambroſiana. *ib.*
II. Non. Maii. In Nat. S. Iohannis Apli ante Portam latinam. *ib.*
VIII. Id. Maii. In Nat. S. Victoris M. p. 114.
VI. Id. Maii. In Nat. S. Gordiani. *ib.*
alia de Gordiano & Epimacho. *ib.*
IIII. Id. Maii. In Nat. SS. Nerei, Achillei, & Pancratii. p. 115.
alia De S. Pancratio. *ib.*
VI. Id. Maii. In Translatione S. Nazarii. *ib.*
III. Id. Maii. In Dedic. Eccl. B. Mariæ ad Mart. p. 116.
II. Id. Maii. In Translat. S. Victoris. Et Nat. SS. Felicis & Fortunati. *ib.*
Orationes, dicendæ in Letaniis, vel in vigil. cottidian. dierum. *ib. ſeq.*
Ad Miſſam orat. p. 117.
Orationes in Die ſecundo. p. 118.
Ad Miſſam orat. *ib.*
Orationes de Die tertio. p. 119.
Ad Miſſam orat. *ib.*
In Vigilia Aſcenſæ Dni. p. 120.
Ambroſiana. p. 121.
In Aſcenſa Dni. p. 121.
Ambroſiana. p. 122.
Dom. poſt Aſcenſam Dni. *ib.*
Ambroſiana. p. 123.
VIII. Kal. Iunii. In Nat. S. Urbani P. & M. *ib.*
In Depoſitione S. Dionyſii. Ambr. *ib.*
In Sabbato S. Pentecoſtes orat. ante Lectiones.
Miſſa poſt Aſcenſum fontis. p. 125. (p. 124.
alia infra hebdomadem. *ib.*
Ambroſiana. p. 126.
Dom. S. Pentecoſtes. *ib.*
Duæ Ambroſianæ. p. 127.
Feria II. Gelaſ. & Gregor. p. 128.
Feria III. Gelaſ. & Greg. *ib.*
Feria IV. Gel. & Greg. *ib.*
Feria V. Præfatio. p. 129.
Feria VI. Gel. & Greg. *ib.*
Sabbato in XII. Lectiones Menſis IV. Gelaſ. & Greg. *ib.*
Dominica vacante. Gregoriana. p. 130.
Dom. octav. Pentecoſtes. Gelaſ. *ib.*
Ambroſiana. p. 131.
IV. Kal. Iunii. In Nat. S. Siſinnii, Martyrii, & Alexandri, Ambroſiana. *ib.*
Kal. Iunii. In Dedicatione Baſilicæ S. Nicomedis. *ib.*
IV. Non. Iunii. In Nat. SS. Marcellini & Petri. Gelaſ. p. 132.
Gregoriana. *ib.*
Dom. II. poſt Pentecoſten. *ib.*
V. Id. Iunii. In Nat. SS. Primi & Feliciani. Gelaſ. p. 133.
II. Id. Iun. In Nat. SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii. Gelaſ. *ib.*
Dom. III. poſt Pentecoſten. Gelaſ. *ib.*
Denuntiatio ieiuniorum primi, quarti, ſeptimi, & decimi menſis. Gel. p. 134.
Menſis quarti. Feria IV. Gel. *ib.*
Feria VI. Gelaſ. p. 135.
Sabbato in XII. lect. Gelaſ. *ib.*
Dom. IV. poſt Pentecoſten. Gel. p. 136.
XVII. Kal. Iul. In Nat. S. Viti M. *ib.*
XIV. Kal. Iul. In Nat. SS. Marci & Marcelliani. p. 137. Gregoriana. *ib.*
In Vigil. Gervaſii & Protaſii. *ib.*
XIII. Kal. Iul. In Nat. SS. Gervaſii & Protaſii. *ib.*
Gregoriana. p. 138. Ambroſiana. *ib.*
XI. Kal. Iul. Albani & Seneſii. p. 139. not.
X. Kal. Iul. In Nat. S. Iuliani M. *ib.*
Dom. V. poſt Pentecoſten. Gel. *ib.*
IX. Kal. Iul. In Vig. S. Iohannis Baptiſtæ. *ib.*
Ambroſiana in Concept. eiusd. p. 140.
VIII. Kal. Iul. In Nat. S. Ioh. Bapt. Prima Miſſa. *ib.*
Ambroſiana. p. 141.
VII. Kal. Iul. In Vig. SS. Iohannis & Pauli. Gel. p. 142.
VI. Kal. Iul. In Nat. SS. Ioh. & Pauli. *ib.*
IV. Kal. Iul. In Nat. S. Leonis P. Greg. p. 143.
In Vig. S. Petri. *ib.*
Ambroſiana. p. 144.
III. Kal. Iul. In Nat. SS. Petri & Pauli. p. 144.
Ambroſiana. p. 145.
II. Kal. Iul. In Feſtivitate S. Pauli. p. 146.
Dom. VI. poſt Pentecoſten. *ib.*
VI. Non. Iul. In Nat. SS. Proceſſi & Martiniani. p. 147.

Digitized by Google

V. Non. Iul. In translatione S. Thomæ Ap. *ib.*
Pridie Non. Iul. In octava Aplorum. *ib.*
Dom VII. poſt Pentecoſten. p. 148.
VIII. Id. Iul. SS. Chiliani & Sociorum. *ib.* in not.
VI. Id. Iul. In Nat. VII. Fratrum. p. 149.
Dom. VIII. poſt Pentecoſten. *ib.*
V. Id. Iul. In Nat. S. Benedicti. *ib.*
Dom. IX. poſt Pentecoſten. p. 150.
IV. Id. Iul. In Nat. SS. Naboris & Felicis. A. *ib.*
Dom. X. poſt Pentecoſten. p. 151.
XVI. Kal. Aug In Nat. S. Quirici. *ib.*
X. Kal. Aug. In Nat. S. Apollinaris. *ib.* conf. in not.
IX. Kal. Aug S. Chriſtinæ V. p. 152. in notis.
VIII. Kal. Aug In Nat. S. Iacobi Ap. *ib.* conf. in not.
S. Chriſtophori. *ib.* in notis.
VI. Kal. Aug. S. Pantaleonis. p. 153.
IV. Kal. Aug. In Nat. SS. Simplicii, Fauſtini & Beatricis. Item SS. Celſi & Nazarii *ib.*
Mane ad miſſam Ambroſ. 154.
In Nat. S. Felicis. *ib.*
III. Kal. Aug. In Nat. SS. Abdon & Sennen. p. 155.
Dom. XI. poſt Pentecoſten. *ib.*
Kal. Aug. Statio ad S. Petrum ad Vincula. p. 156.
In Nat. SS. Macchabæorum. Gel. *ib.*
Et S. Euſebii. Ambroſiana. *ib.*
IV. Non. Aug. In Nat. S. Stephani Epi. p. 157.
VIII. Id. Aug. In Nat. S. Sixti P. *ib.*
Gregoriana. p. 158. Benedictio uvæ. *ib.*
Duæ M. Ambroſianæ. *ib.*
In Nat. SS. Feliciſſimi & Agapiti. *ib.*
VII. Id. Aug. In Nat. S. Donati Epi. p. 159.
SS. Donati & Carpophori. *ib.*
Dom. XII. poſt Pentecoſten. Gelaſ. *ib.*
VI. Id. Aug. In Nat S. Cyriaci M. p. 160.
V. Id. Aug. In Vigil. S. Laurentii. *ib.*
Ambroſiana. p. 161.
S. Afræ Mart. *ib.* in notis.
IV. Id. Aug. In Nat. S. Laurentii. *ib.*
Gregoriana. p. 162. Ambroſiana. *ib.*
Item aliæ orationes. *ib.*
III. Id. Aug. In Nat. S. Tyburtii M. p. 163.
Id. Aug. In Nat. S. Hippolyti M. *ib.*
De SS. Hippolyto & Caſſiano. Ambr. p. 164.
Dom. XIII. poſt Pentecoſten. Gelaſ. *ib.*
XIX. Kal. Sept. In Nat. S. Euſebii Presb. *ib.*
In Vig. Aſſumptionis S. Mariæ. p. 165.
XVIII. Kal. Sept. In Aſſumptione S. Mariæ. *ib.*
In Nat. S. Simpliciani Epi, & translatione SS. Siſinnii, Martyrii, & Alexandri. Ambroſ. p. 166.
XVI. Kal. Sept. In Octav. S. Laurentii. Gel. *ib.*
XV. Kal. Sept. In Nat. S. Agapiti M. Gel. p. 167.
XIV. Kal. Sept. In Nat. S. Magni. Gel. *ib.*
XI. Kal. Sept. In Nat. S. Timothei M. p. 168.
Dom. XIV. poſt Pentecoſten. Gelaſiana. *ib.*
IX. Kal. Sept. In Nat. S. Bartholomæi. Gel. *ib.*
VIII. Kal. Sept. In Nat. S. Geneſii M. Ambr. p. 169.
VI. Kal. Sept. In Nat. S. Rufi. Gelaſ. *ib.*
V. Kal. Sept. In Nat. S. Hermetis M. p. 170.
In Depoſitione S. Auguſtini Epi. Ambroſ. *ib.*
Dom. XV. poſt Pentecoſten. Gel. *ib.*
IV. Kal. Sept. In Nat. S. Sabinæ. p. 171.
In Paſſione S. Ioh. Bapt. Gelaſ. *ib.*
Ambroſiana. p. 172.
III. Kal. Sept. In Nat. SS. Felicis & Adaucti. *ib.*
Kal. Sept. In Nat. S. Priſci. Gel. *ib.*
Dom. XVI. poſt Pentecoſten. p. 173.
VI. Id. Sept. In Nativitate S. Mariæ. *ib.*
S. Adriani M. Gel. p. 174.
V. Id. Sept. In Nat. S. Gorgonii. Gel. *ib.*
III. Id. Sept. In Nat. SS. Prothi & Hyacinthi. *ib.*
Dom. XVII. poſt Pentecoſten. Gel. 175.
XVIII. Kal. Oct. In Exaltatione S. Crucis. *ib.*
In Nat. SS. Cornelii & Cypriani. *ib.*
Propria de S. Cypriano Ep. & M. p. 176.
XVII. Kal. Oct. In Nat. S. Nicomedis. p. 177.
XVI. Kal. Oct. In Nat. S. Euphemiæ. 2. Miſſæ. *ib.*
SS. Luciæ & Geminiani. *ib.*
Dom. XVIII. poſt Pentecoſten. p. 178.
Fer. IV. ad S. Mariam. *ib.*
Feria VI. ad Apoſtolos. p. 179.
Sabbato in XII. Lect. *ib.*
Dom. XIX. poſt Pentecoſten vacat. p. 180.
XIV. Kal. Oct. In Depoſ. S. Euſtorgii. Ambroſ. p. 180.
XII. Kal. Oct. In Vig. S. Matthæi Apli. Gel. p. 181.
XI. Kal. Oct. In Nat. S. Matthæi. Gelaſ. *ib.*
X. Kal. Oct. In Nat. S. Mauricii &c. Ambroſiana. p. 182.
VIII. Kal. Oct. In Nat. S. Teclæ. Ambroſ. *ib.*
V. Kal. Oct. In Nat. SS. Coſmæ & Damiani. *ib.*
III. Kal. Oct. In Dedicat. Baſilicæ S. Michaelis. p. 183.
Ambroſiana. *ib.*
Dom. XX. poſt Pentecoſten. Gelaſ. p. 184.
VI. Non. Oct. S. Leodegarii. pag. 184. in notis.
Non. Oct. In Nat. S. Marci Papæ. p. 185.
In Nat. SS. Marcelli & Apulei. Gel. *ib.*
Dom. XXI. poſt Pentecoſten. *ib.*
II. Id. Oct. In Nat. S. Caliſti Papæ. *ib.*
Dom. XXII. poſt Pentecoſten. p. 186.
Id. Oct. In Vig. S. Galli conf. *ib.*
XVII. Kal. Nov. In Depoſ. B. Galli C. *ib.*
XI. Kal. Nov. In Nat. S. Lucæ Evang. p. 187.
SS. Coſmæ & Damiani. Ambroſ. *ib.*

Digitized by Google

ELENCHUS MONUMENTORUM.

X. Kal. Nov. In Octava S. Galli. p. 188.
Dom. XXIII. poſt Pentecoſten. Gelaſ. *ib.*
VI. Kal. Nov. In Vigil. Apoſtol. Simonis & Iudæ. Gel. *ib.*
Ambroſiana. p. 189.
V. Kal. Nov. In Nat. SS. Ap. Simonis & Iudæ. Gel. *ib.*
Dom. XXIV. poſt Pentecoſten. Gel. p. 190.
Prid. Kal. Nov. Vig. omn. SS. p. 190. in notis.
Kal. Nov. In Nat. S. Cæſarii. *ib.*
Omnium SS. *ib.*
Dom. XXV. poſt Pentecoſten. Gelaſ. p. 191.
VI. Id. Nov. In Nat. SS. IV. Coronatorum. *ib.*
V. Id. Nov. In Nat. S. Theodori M. p. 192.
III. Id. Nov. In Nat. S. Mennæ M. *ib.*
In Nat. S. Martini Epi. *ib.*
De S. Martino Ambroſiana. p. 193.
Dom. XXVI. poſt Pentecoſten. Gelaſ. p. 194.
XVI. Kal. Dec. In Nat. S. Othmari C. *ib.*
XV. Kal. Dec. In Translatione S. Auguſtini. p. 195.
XIV. Kal. Dec. In Nat. S. Romani. Ambroſ. *ib.*
Dom. XXVII. poſt Pentecoſten. Gelaſ. p. 196.
XI. Kal. Dec. In Vig. S Cæciliæ. *ib.*
X. Kal. Dec. In Nat. S. Cæciliæ. *ib.*
Ambroſiana. p. 197.
IX. Kal. Dec. In Nat. S. Clementis. *ib.*
Ambroſiana. p. 198.
S. Felicitatis. *ib.*
VIII. Kal. Dec. In Nat. S. Chryſogoni. p. 199.
Dom. XXVIII. poſt Pentecoſten. *ib.*
Dom. V. ante Nat. Dni. *ib.*
III. Kal. Dec. SS. Saturnini &c. p. 200.
S. Saturnini M. *ib.* in not.
Vigilia S. Andreæ Ap. *ib.*
II. Kal. Dec. Nat. S. Andreæ Ap. p. 201.
Dom. IV. ante Nat. Dni. p. 202.
Orationes de Adventu. *ib.*
VII. Id. Dec. Oct. S. Andreæ Ap. p. 203.
III. Id. Dec. Nat. S. Damaſi P. *ib.*
Dom. III. ante Nat. D. p. 204.
Id. Dec. Nat. S. Luciæ. *ib.* p. 205. in notis.
Dom. II. ante Nat. Dni. p. 205.
Feria IV. menſis decimi. *ib.*
Feria VI. p. 206.
Sabb. in XII. lect. *ib.*
Die Dominico vacat. p. 207.
Ambroſ. p. 208.
XII. Kal. Ian. Nat. S. Thomæ Ap. *ib.*
Dominica V. de Adventu Ambroſ. *ib.*
Aliæ orationes de Adventu. p. 209.
Ambroſianæ. p. 210.
Domin. VI. de Adventu. Ambroſ. *ib.*
Commune Sanctorum. p. 211.
In Vigil. unius Apoſtoli. p. 212.
In Nat. unius Apoſtoli. *ib.*
alia Ambroſ. p. 213.
In Vigil. plurium Apoſtolorum. *ib.*
In Nat. plurium Apoſtolorum. *ib.*
alia Ambroſ. p. 214.
Denuntiatio natalis unius Martyris. *ib.*
In Vigil. unius Sancti. *ib.*
In Vigil. unius Mart. Greg. p. 215.
In Natali unius Martyris. *ib.*
aliæ. p. 216.
In Vigilia plurimorum Martyrum. p. 217.
In Nat. plurimorum Martyrum. *ib.*
Gregor. p. 218. Ambroſ. p. 219.
In baſilicis Martyrum. p. 220.
In eccleſia cuiuslibet Sancti. *ib.*
In Vigil. unius Confeſſoris. *ib.*
In Nat. unius Confeſſoris. p. 221.
Gregor. *ib.*
Ambroſ. p. 222.
In Nat. plurimorum Confeſſorum. p. 223.
In Nat. Virginum. *ib.*
Ambroſ. p. 224.
In Nat. plurimorum Sanctorum. p. 225.
In dedicatione templi. p. 226.
Ambroſ. p. 227.
In anniverſario dedicationis. p. 228.
Ambroſ. p. 229.
Orationes quotidianis diebus ad Miſſam. p. 230.
Canon Miſſæ. p. 232.
Orationes poſt Communionem. p. 238.
Miſſæ Ambroſianæ quotidianis diebus. p. 240.
Orationes matutinales & veſpertinales. p. 241.
ad horas. p. 243.
pro peccatis. p. 244.
quotidianæ. p. 246.
Ordo baptiſterii. p. 248.
Miſſa pro ſcrutinio. *ib.*
Denuntiatio ſcrutiniorum. p. 249.
Orationes ſuper electos. *ib.*
Ad Clericum faciendum. p. 256.
Pro his, qui primo barbam tondent. p. 257.
Miſſa in Conſecratione presbyteri. *ib.*
Actio nuptialis. p. 258.
Miſſæ votivæ. p. 259.
De SS. Trinitate. p. 260.
De ſapientia. p. 261.
De dono Spiritus S. poſtulando. *ib.*
Ad Angelorum ſuffragia poſtulanda. *ib.*
In commemoratione SS. Angelorum. p. 262.
De caritate. *ib.* De Cruce. p. 263.
De S. Maria. *ib.*

Digitized by Google

In quotidiana Sanctorum. p. 264.
Ad poſcenda Sanctorum ſuffragia. p. 265.
Miſſa ſpecialis pro omni Congregatione S. Mariæ. *ib.*
In Natali Sanctorum pro ſalute vivorum. p. 266.
Variæ pro ſalute vivorum. p. 268.
Miſſa communis S. Auguſtini. p. 270.
Pro omni gradu eccleſiaſtico. p. 271.
Miſſæ pro peccatis. p. 272.
Miſſæ pro tribulationibus. p. 273.
Pro pace. p. 276. Pro regibus. *ib.*
Tempore belli. p. 277.
Miſſa in monaſterio. p. 278.
Pro his, qui ſe Deo devoverint. p. 279.
Miſſa votiva. *ib.* Pro ſalute unius vivi. p. 280.
Miſſa votiva in Sanctorum feriis. p. 281.
Miſſa pro eis, qui Miſſam cantare rogant. p. 282.
Alia Miſſa votiva. *ib.*
Miſſæ pro amico. *ib.* in notis.
Miſſa votiva cum oblatione. p. 283.
pro Agapen faciente. *ib.* in notis.
pro amicis viventibus. p. 284. in notis.
Miſſa pro devoto. p. 285.
pro remedio animæ. p. 286.
alia votiva. p. 287.
Miſſæ pro iter agentibus. *ib.*
pro navigantibus. p. 290.
Miſſa Sacerdotis pro ſemetipſo. p. 291.
Aliæ. p. 292.
Miſſa pro ſe & omnibus quibus debitor eſt. p. 296.
Pro cogitationibus immundis. p. 297.
Contra ſuperbientes animi motus. *ib.*
Pro tentatione carnis. p. 298.
Miſſæ pro petitione lacrymarum. p. 298.
Miſſa pro caritate. p. 299.
Pro inimicis. p. 300.
Pro ſterilitate terræ. *ib.*
Ad pluviam poſtulandam. p. 301.
Ad poſcendam ſerenitatem. p. 302.
Orationes & Miſſa pro fulgure. p. 303.
Benedictio aquæ & ſalis ad fulgura. *ib.*
Miſſa tempore mortalitatis. p. 304.
Pro peſte animalium. p. 305. not.
Benedictio ſalis & aquæ ad ſpargendum in domum. (p. 306.
Benedictio domus novæ. p. 307.
Miſſa in domo nova. *ib.*
Ad fruges novas benedicendas. *ib.*
Benedictio uvæ ſive fabæ, pomorum, arboris, panis, vini, ſalis, aliarumque rerum. pag. 308.
Orationes in domo infirmorum. p. 309.
Miſſæ pro infirmis. *ib.* in notis. & p. 310.
pro infirmo, qui proximus morti putatur. p. 311. not.
pro infirmo, de cuius ſalute deſperatur. *ib.*
Reconciliatio pœnitentis ad mortem. p. 312.
Ordo ad commendationem animæ. *ib.*
Orationes ſuper defunctis. p. 313.
Ad lavandum corpus. *ib.*
Ordo ſepeliendi defunctum. p. 314.
Miſſæ pro defuncto Sacerdote. p. 315.
pro Epiſcopo defuncto. p. 317.
pro Sacerdote ſive Abbate. p. 318.
In agenda mortuorum. p. 319.
Pro defuncto nuper baptizato. *ib.*
Pro defunctis deſiderantibus pœnitentiam, & non conſecutis. p. 320.
Miſſa pro defuncto laico. *ib.*
Miſſa pro defuncta femina. p. 322.
In agenda plurimorum. *ib.*
Miſſæ pro defunctis. p. 323.
pro his, qui ob defenſionem Eccleſiæ occubuerunt. p. 324. not.
pro defunctis fratribus. p. 325.
Miſſæ in cœmeteriis. p. 326.
In depoſitione, tertio, ſeptimo & trigeſimo. p. 327.
In anniverſario. p. 328.
Miſſa, de cuius anima deſperatur. p. 329.
Benedictiones Epiſcoporum in Miſſa. p. 331.
Præparatio Epiſcopi ad miſſam ſolemnem. p. 345.
Ritus ad miſſam ſolemnem Epiſcopi. p. 347.
Alia præparatio. *ib.*
Graduale, ex *Rhenaug.* & *San-Blaſ.* p. 351.
Supplementum feſtivale ad Graduale. p. 401.
Lectionarium ſeu tabula antiquarum lectionum B. Pauli Apoſt. ad Miſſas. p. 409.
Capitulare Evangeliorum de anni circulo. p. 417.
Breviarium Apoſtolorum. p. 453.
Martyrologium ex Cod. *Rhenaug.* p. 455.
Kalendarium Eccleſiaſticum, ex Cod. *Petershuſano.* p. 469.
Kalendarium Dyptichum ex *Augienſi.* p. 482.
Kalendarium monaſtico-necrologicum ex *Murenſi.* p. 492.

MONU-

Digitized by Google

MONUMENTA
VETERIS LITURGIÆ ALEMANNICÆ.

LIBER SACRAMENTORUM. (1)

IN VIGILIA NATALIS DNI.

Ad Nonam Statio ad S. Mariam.

Deus qui nos redemptionis noſtræ annua expectatione lætificas, præſta, ut unigenitum tuum, quem redemptorem læti ſuſcepimus, venientem quoque iudicem ſecuri videamus, eundem. *Gregor.* *Alia.* (2)

Da nobis omnipotens Deus, ut ſicut adoranda filii tui natalicia prævenimus, ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudentes, per eundem Dnm. *g. gg.* (3)

Alia.

Præſta miſericors Deus, ut ad ſuſcipiendum

(1) Antiquior cod. *Sun-Gallenſis* habet hunc titulum: *In nomine ſanctæ Trinitatis incipit liber ſacramentorum anni circuli Romanæ Eccleſiæ*, quo caret vetuſtiſſimus *Rhenaugienſis*, atque etiam *Sun-Gallenſis* olim, nunc *Turicenſis*, ex triplici ritu *Gelaſiano*, *Gregoriano*, & *Ambroſiano* compoſitus, prout hic edimus.

(2) Oratio hæc (*Alia*) in *Gregoriano* inſcribitur *Secreta*, ſequens deeſt: prior *Secreta* eſt in *Gregoriano Poſtcommun.* Quæ inſcribitur *alia Secreta*, eum locum tenet in *Gelaſiano* vulgato. Deinceps quando *alia Secreta* ponitur, ea plerumque *Gregoriana* eſt, prior autem *Gelaſiana.*

(3) Littera minuſcula g. *Gelaſianas*, prout in vulgato Ven. THOMASII leguntur; geminata vero *gg. Gregorianas* orationes deſignamus, uti vel in editis, vel Mſſ. *Alemannicis* ſacramentariis *Gregorianis* invenimus.

endum filii tui ſingulare nativitatis myſterium, & mentes credentium præparentur, & non credentium corda ſubdantur, per eundem. *g. El.* (1)

Secreta.

Da nobis, ut nativitatis Dni nri Ihu Xpri ſolemnia, quæ præſentibus ſacrificiis prævenimus, ſic nova ſint nobis, ut continuata permaneant, ſic perpetua perſeverent, ut pro ſui miraculo nova ſemper exiſtant, per eundem. *l.* (2) *g.*

Alia Secreta.

Tanto nos Dne quæſumus promptiore ſervitio huius ſacrificii præcurrere concede ſolemnia, quanto in hoc conſtare principium noſtræ redemptionis oſtendis. per eund. *l. g. Præfatio.* (3)

VD. Per Xpm Dnum nrm, cuius hodie faciem in confeſſione prævenimus, & voce ſupplici exoramus, ut ſuperventuræ noctis officiis nos ita pervigiles reddat, ut ſinceris mentibus eius percipere mereamur natalem venturum, in quo inviſibilis ex ſubſtantia tua, viſibilis per carnem apparuit in noſtra; tecumque unus, non tempore genitus, non natura inferior, ad nos venit ex tempore natus Ih9 Xr9 Dn9 noſter per quem maieſt. *g g.*

Poſtcom.

Da nobis Dne quæſumus unigeniti filii tui recenſita nativitate reſpirare, cuius cœleſti myſterio paſcimur, & potamur. per eundem. *Vel*, qui tecum. *l. gg.*

Alia Ambroſiana. (4)

Deus qui hunc diem ſacratiſſimum per incarnationem Verbi tui, & partum Mariæ virginis conſecraſti, da populis tuis in hac celebritate conſortium, ut qui tua gratia ſunt redempti, tua ſint protectione ſecuri. per eundem.

Alia.

Deus qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabilius reformaſti, da quæſumus nobis Ihu Xpi filii tui dignitatis eſſe conſortes, qui humanitatis noſtræ dignatus eſt fieri particeps, qui tecum vivit. *l. g. gg.*

Secreta.

Præ cæteris ſolemnitatibus gloriantes, hodie tibi Dne vota perſolvimus, quia ipſe, cuius imaginem immolamus, immaculat9 agnus eſt editus, Ih9 Xp9 Dn9 noſter, qui tecum.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm, cuius hodie faciem in confeſſione &c. *Poſtcom.*

Sacroſancti corporis & ſanguinis Dni nri Ihu Xpi refectione vegetati, ſupplices te rogamus omnipotens Deus, ut hoc remedium ſingulare ab omnium peccatorum nos contagione purificet, per eundem. *Oratio ad Veſperum.*

Tribue nobis quæſumus omnipotens Deus, ut qui unigenitum tuum manentem in tua gloria Deum in carne noſtri corporis natum, per ſacroſanctam Mariam virginem confitentur, nulla poſſint adverſa ſchiſmaticorum opinione perverti. per eundem. *Alia.*

---

(1) His litteris *El.* deinceps indigitabimus ſacrament. codicem S. ELIGII a MENARDO primum editum, deinde inter opera S. GREGORII T. III. recuſum, qui paſſim cum *Gelaſiano* convenit.

(2) Littera *l. Leonini* ſacramentarii a BLANCHINIO & MURATORIO editi orationes deſignat.

(3) In *Rhenaugienſi* ſacramentario uſu antiquiſſimo ſemper *Conteſtatio* vocatur. Hæc autem Præfatio in eo codice ſic incipit *In confeſſione hodie eius faciem prævenire, & cum voce ſupplici exorare &c.* prout etiam prima manus in vetuſtiore *San-Gallenſi* ſcripſerat; altera vero, antiqua tamen correxit ſicuti hic deſcripſimus ex alio codice *San-Gallenſi*, cuius ſcriptura ſæculi circ. X. ad litteram uſque, quemadmodum hic, ita deinceps ſequitur correctionem illam, cuius meminimus, ſatis frequentem. Id quod nullum dubio relinquit locum, ſcriptorem huius, quem edimus codicis, uſum eſſe eodem ipſo, quem autographum præ oculis habemus.

(4) Hac minutiori ſcriptura ea exprimemus, quæ neque in antiquiſſimis codd. *Alemannicis Rhenaug. & San-Gall. Gelaſianis, neque in S. Blaſiano Gregoriano Romæ* ex authentico libro bibliothecæ cubiculi deſcripto, continentur. Ritu *Ambroſiano* prima oratio dicitur *ſuper populum*, altera poſt apoſtoli & Evangelii lectionem *ſuper ſindonem*, quam mox ſequitur oratio *ſuper oblatam* ſeu Secreta, tum Præfatio, demum Poſtcommun. Quod vero in hac miſſa *Ambroſiana* vides, idem etiam paſſim alibi animadvertere licet, orationum, conteſtationumque formulas haud raro easdem eſſe cum *Romanis*, aut integras, aut ex parte aliqua.

Digitized by Google

Alia.

Deus qui ſalutem generis humani in Verbi tui incarnatione fundaſti, da populis tuis miſericordiam quam depoſcit, ut ſciant omnes nationes, nec eſſe aliud ſanctum, quam nomen unigeniti tui ſub cœlo, quod debeant invocare, qui tecum.

Alia.

Deus qui nos redemptionis noſtræ annua expectatione lætificas, præſta, ut unigenitum tuum, quem redemptorem læti ſuſcipimus, venientem quoque iudicem ſecuri videamus, qui tecum vivit. *gg.*

Ad Matutinum In Cantemus.

Præſta miſericors Deus, ut natus hodie Salvator mundi, ſicut divinæ nobis generationis eſt auctor, ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. qui tecum. *l. gg.*

In Benedicite.

Inſonuit Dne benedictio Trinitatis, de camino ignis pſallentes de nativitate tua. Et ideo petimus miſericordiam tuam, ut ſicut illos eripuiſti de camino ignis ardentis, ita & nos eripias ab incendio peccatorum, qui vivis.

In Laudes.

Deus cui cœli & terra non ſufficiunt, virginis viſcera ingreſſus, templum tibi habitationis dedicare dignatus es: oramus ſupplices pietatem tuam, ut huius ſacramenti myſterio populum tuum pervigili protectione cuſtodias, qui vivis.

Ad Compl.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut unigeniti tui diem puro corde & mentibus celebremus illæſis. per eundem.

In Vigilia Domini in Nocte.

Ad Sanctam Mariam Maiorem. (1)

Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere, da quæſumus, ut cuius lucis myſteria in terra cognovimus, eius quoque gaudiis in cœlo perfruamur, qui tecum. *g. El. gg.*

Alia.

Reſpice nos miſericors Deus, & mentibus clementer humanis naſcente Xpo ſummæ veritatis lumen oſtende, per eundem. *gg. El. ad Matut.*

Secreta.

Accepta tibi ſit Dne quæſumus hodiernæ feſtivitatis oblatio, ut tua gratia largiente per hæc ſacroſancta commercia in illius inveniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia, per eundem. *El. gg.*

Alia Secreta.

Munera noſtra quæſumus Dne nativitatis hodiernæ myſteriis apta proveniant, & pacem nobis ſemper infundant, ut ſicut homo genitus, idem refulſit & Deus; ſic nobis hæc terrena ſubſtantia conferat quod divinum eſt, per Dnum. *g.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm. Cuius divinæ nativitatis potentiam ingenita virtutis tuæ genuit magnitudo, quem ſemper filium, & ante tempora æterna genitum, quia tibi pleno atque perfecto æterni patris nomen non defuit, prædicamus; verum etiam honore & maieſtate atque virtute æqualem, tibi cum ſancto Spiritu confitemur, dum in trino vocabulo unicam credimus maieſtatem, quam laudant angeli. *vel.* Et ideo cum angelis. *melius. g. El.*

Infra

(1) Orationes hic, ut paſſim alias partim *Gelaſianæ*, partim *Gregorianæ* ſunt, partim utrinque communes, uti deinceps haud raro a collectore huius ſacramentarii annotatum deprehendes, etſi non convenienter adeo ſecundum *Gelaſianum* vulgatum. Quod nemini mirum videbitur, qui in *Leonino* complures plerumque miſſas ad unum diem conſcriptas leget. Paſſim tamen, quas collector hic noſter GELASIO attribuit, in antiquiſſimo *Rhenaugienſi*, eique gemino *San-Gallenſi*, nec non edito S. ELIGII reperias; quas vero *Gregorianas* indigitat, ad unam vix non omnes *San-Blaſiano* eique ſimilibus *Alemannicis* deſcriptis *Romæ* ex authentico bibliothecæ cubiculi congruunt. Hique cum *Vaticano* per MURATORIUM edito conveniunt.

Digitized by Google

Infra Actionem.

Communicantes & noctem ſacratiſſimam celebrantes, in qua incontaminata beatæ Mariæ virginitas huic mundo edidit Salvatorem Ihm Xpm Dnm nrm; ſed & memoriam, *gg.*

Alia Præfatio.

VD. (1) *Æquum & ſalutare, quia per incarnati Verbi myſterium nova mentis noſtræ oculis lux tuæ claritatis infulſit; ut dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inviſibilium amorem rapiamur; Et ideo.* gg. Infra Actionem.

Communicantes & noctem ſacratiſſimam celebrantes qua beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mundo edidit ſalvatorem, ſed & memoriam venerantes eiusdem glorioſæ ſemper virginis Mariæ genitricis Dei & Dni nri Ihu Xpi, ſed & beatorum. gg. Poſtcomm.

Da nobis quæſumus Dne Deus noſter, ut qui nativitatem Dni nri Ihu Xpi myſteriis nos frequentare gaudemus, dignis converſationibus ad eius mereamur pertinere conſortium, per eundem. l. gg. El. (2)

Miſſa Ambroſiana.

Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere, de quæſumus, ut cuius lucis myſteria in terra cognovimus, eius quoque gaudiis in cœlo perfruamur, qui tecum vivit. *gg.* *Alia.*

Concede quæſumus omnipotens Deus, ut quos ſub peccati iugo vetuſta ſervitus tenet, eos unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet, per eundem. *gg.* *Secreta.*

Accepta tibi ſit Dne quæſumus hodiernæ feſtivitatis oblatio, ut tua gratia largiente per hæc ſacroſancta commercia in illius inveniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia, qui tecum. *l. g.* *Præfatio.*

VD. *Uſque* æterne Deus. quia noſtri ſalvatoris hodie lux vera proceſſit, quæ clara nobis omnia & intellectu manifeſtavit & viſu; & ideo cum angelis. *Infra Actionem.*

Communicantes, & noctem ſacratiſſimam. *ut ſupra.* *Ad Comm.*

Da nobis quæſumus Dne Deus noſter, ut qui nativitatem. *ut ſupra.*

De Nocte ad ſanctam Anaſtaſiam.

Da quæſumus omnipotens Deus, ut qui nova incarnati Verbi tui luce perfundimur, hoc in noſtro reſplendeat opere, quod per fidem fulget in mente, per. *gg.* *Secreta.* (3)

Cuncta Dne quæſumus his muneribus

a

(1) Hac ſcriptura (quam *curſivam* vocant) diſtinguimus orationes, quæ deſiderantur in codd. antiquiſſimis *Rhenaugienſi* & *San-Gallenſi Gelaſianis*, habentur vero in *San-Blaſiano Gregoriano Romæ* ex authentico bibliothecæ cubiculi deſcripto.

(2) Ex hac miſſa totam œconomiam ſacramentarii S. ELIGII a MENARDO editi animadvertere licet, ad ritum *Gregorianum* ita compoſitam, ut tamen paſſim orationibus præfationibusque *Gelaſianis* utatur. Orationem quæ ritu *Gelaſiano* primæ additur, ut potiſſimum omittit, hicque *ad Matutinum* inſcribit ad finem miſſæ reiectam. Præfationem *Gelaſianam* retinet cum cæteris orationibus *Gregorianis*, ut adeo ſacramentarium illud ex liturgia *Gelaſiana* & *Gregoriana* compoſitum recte dicatur, quod deinceps ſemper magis eluceſcet; ita tamen, ut e *Gregoriano* miſſali plura participet; dum econtra antiquiſſima noſtra liturgia *Alem. Gelaſiana* potius ſit habenda.

(3) Hæc & oratio ſequens *ſuper populum* habetur in vulgato *Gelaſiano* n. III. *Item in vigilia Domini mane prima*, quæ miſſa rectius in antiquiſſimo *Rhenaugienſi* inſcribitur *Mane prima*. Præmittitur officium *In natali S. Anaſtaſiæ*, de quo nihil in *Gelaſiano* vulgato, orationesque omnes ſunt *Gregorianæ*, iuxta ſacramentarium *San-Blaſianum* iam citatum ex authentico libro bibliothecæ cubiculi ſcriptum, cum quo ſemper fere conveniunt tum miſſæ integræ cum orationes ſingulares, quas geminata littera *GG. Gregorianas* indigitat collector huius, quod edimus, ſacramentarii; uti quas viciſſim ſimplici littera *G.* denotat eædem ſolent eſſe miſſæ, aut orationes ſingulares, quæ habentur in antiquiſſimo *Rhenaugienſi* eique gemino *San-Gallenſi*, quod inſcribitur *liber Sacramentorum anni circuli Romanæ eccleſiæ*; ita ut dici poſſit hoc ipſo codice, quem indulgentia ſuaviſſimorum ſodalium *San-Gallenſium* præ oculis manibusque habeo, uſum fuiſſe collectorem noſtrum monachum haud dubie *San-Gallenſem*.

Digitized by Google

a nobis ſemper diabolica figmenta ſeclude, ut noſtri redemptoris exordia purificatis mentibus celebremus, per eundem.*g.*

Alia Secreta.

Munera noſtra quæſumus Dne nativitatis bodiernæ myſteriis apta proveniant, ut ſicut homo genitus idem refulſit Deus, ſic nobis hæc terrena ſubſtantia conferat quod divinum eſt, per eundem. gg.

Præfatio.

VD. *Uſque* æterne Deus, quia noſtri Salvatoris hodie. *ut ſupra.*

Poſtcom.

Huius nos Dne Sacramenti ſemper novitas natalis inſtauret, cuius nobilitas ſingularis humanam repulit vetuſtatem. per eund. *gg.* *Super populum.*

Populum tuum Dne quæſumus tueantur, ſanctificent, & gubernent, æternumque perficiant tam devotionibus apta ſolemnibus, quam nataliciis agenda divinis lhu Xpi Dni nri, qui tecum vivit. *g.*

Eodem die Natale Sctæ Anaſtaſiæ.

Da quæſumus omnipotens Deus, ut qui beatæ Anaſtaſiæ Martyris tuæ ſolemnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Accipe quæſumus Dne munera dignanter oblata, & beatæ Anaſtaſiæ ſuffragantibus meritis ad nræ ſalutis auxilium provenire concede. per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus! qui ut de hoſte generis humani maior victoria duceretur, non ſolum per viros virtute martyrii, ſed de eo etiam per feminas triumphaſti. Et ideo. *gg.* *Poſtcom.*

Satiaſti Dne familiam tuam muneribus ſacris, eius quæſumus ſemper interventione nos refove, cuius ſolemnia celebramus, per Dnm. *gg.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus qui es mundi creator & rector, da nobis in hac die incarnationis Verbi tui, & partus ſacræ Mariæ virginis pium celebrare conſortium, ut qui per tuam gratiam ſunt redempti, tua ſint protectione ſecuri, per eundem.

Alia.

Deus qui humanæ ſubſtantiæ dignitatis tuæ gratiam contuliſti, da nobis Ihu Xpi filii tui divinitatis eſſe conſortes, qui fragilitatis noſtræ dignatus eſt fieri particeps, qui tecum.

Secreta.

Grata ſit tibi quæſumus Dne hodiernæ nativitatis Dni nri Ihu Xpi hæc oblatio, ut tua gratia largiente per hæc ſacroſancta commercia in ipſius inveniamur forma, in quo & noſtram credendo ſperamus eſſe ſubſtantiam, qui tecum vivit. *l.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus, quia per incarnati Verbi tui myſterium novæ mentis nræ oculis lux tuæ claritatis infulſit; ut dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc ad inviſibilium amorem rapiamur. Et ideo cum angelis & archangelis. *gg.*

Poſtcom.

Reple quæſumus Dne famulos tuos tua ſacra benedictione, & qui te factorem & conditorem ad eos renovandos Dnm nrm Ihm Xpm adveniſſe confidunt, te auctore iugiter operante ſalventur, per eundem.

In Natal. Domini ad ſanctum Petrum. G. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus! qui hunc diem per incarnationem Verbi tui, & partum beatæ Mariæ virginis conſecraſti! da populis tuis in hac celebritate lætitiam, ut qui tua gratia ſunt redempti, tua ſint adoptione ſecuri, per eundem Dnm. *g.* *Alia*

(1) Incipit hic collector ſacramentarii huius ſuis auctoribus i. e. GELASIO & GREGORIO PP. adſcribere littera *G.* ſimplici aut dupplicata *GG.* maioribus, quibus utitur, nos vero pro diſcrimine conſimili in editis ac Mſſ. noſtris paullo ante indicato litteras minuſculas adhibemus.

Digitized by Google

Alia. G G.

Concede quæſumus omnipotens Deus, ut nos unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet! quos ſub peccati iugo vetuſta ſervitus tenet, per eundem Dnm. *g. g g.*

Secreta. G.

Oblatio tibi ſit Dne quæſumus hodiernæ feſtivitatis accepta, qua & noſtræ reconciliationis proceſſit perfecta placatio, & divini cultus nobis eſt *indita* plenitudo, per Dnm. *g.*

Alia Secreta. G G.

Oblata Dne munera nova unigeniti tui nativitate ſanctifica, nosque a peccatorum noſtrorum, maculis emunda, per eundem. g g.

Præfatio.

VD. Æterne Deus! tuæ laudis hoſtiam iugiter immolantes, cuius figuram Abel iuſtus inſtituit, agnus quoque legalis oſtendit, celebravit Abraham, Melchiſedech ſacerdos exhibuit; ſed verus agnus & æternus pontifex hodie natus, Xpus implevit. Et ideo cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus, cumque omni militia cœleſtis exercitus, ymnum gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes: Scs, Scs, Scs. *l. g. g g.*

Infra Actionem.

Communicantes & diem ſacratiſſimum celebrantes, in quo beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mundo edidit ſalvatorem, ſed & memoriam venerantes eiusdem glorioſæ ſemper virginis Mariæ genitricis Dei & Dni nri Ihu Xpi, ſed & g g.

Alia.

Quia per incarnati. ut ſupra.

Ad Comm.

Læti Dne frequentamus ſalutis humanæ principia, quia trina celebratio beatæ competit myſterio Trinitatis, per Dnm. *g.*

Alia.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut natus hodie ſalvator mundi, ſicut divinæ nobis generationis eſt auctor, ita & immortalitatis ſit ipſe largitor, qui tecum. *l. g. g g.*

Aliæ orationes. (1)

Adeſto Dne ſupplicationibus noſtris, ut populus tuus, qui te factore eſt conditus, teque eſt reparatus auctore, te etiam iugiter operante ſalvetur, per Dnm. *g.*

Alia.

Largire quæſumus Dne famulis tuis fidei & ſecuritatis (2) augmentum, ut qui nativitate Dni nri Ihu Xpi gloriantur, & adverſa mundi te gubernante non ſentiant, & quæ temporaliter celebrare deſiderant, ſine fine percipiant, per eundem. *l. g. g g.*

Alia.

Deus qui populo tuo plenæ præſtitiſti redemptionis effectum, ut non ſolum unigeniti tui nativitate corporea, ſed etiam crucis eius patibulo ſalvaretur: huius quæſumus fidei famulis tuis tribue firmitatem, ut uſque ad promiſſum gloriæ tuæ præmium, ipſo quoque gubernante perveniant, per eundem.

Alia.

Deus qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem & mirabiliter condidiſti, & mirabilius reformaſti! da nobis quæſumus eius divinitatis eſſe conſortes, qui humanitatis noſtræ

(1) In vulgato *Gelaſiano* inſcribuntur orationes ſequentes *ad veſp. ſive matut.*

(2) Vid. VEZZOSIUS n. 4. p. 6. in T. VI. opp. V. THOMASII.

Digitized by Google

noſtræ fieri dignatus eſt particeps, Ihꝰ Xrꝰ filius tuus, qui tecum. *g. g g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, creator humanæ reformatorque naturæ, quam unigenitus tuus in utero perpetuæ virginitatis aſſumpſit, reſpice nos propitius, ut filii tui incarnatione ſuſcepta, inter ipſius mereamur membra numerari. per eundem. *g.*

Alia.

Deus qui nativitatis tuæ exordium pro noſtra neceſſarium ſalvatione duxiſti: reſpice nos propitius, & quos ſimiles ad imaginem tuam feciſti, ſimiliores obſervatione perfice mandatorum, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas. *g.*

Alia. (1)

Deus qui per beatæ virginis partum, ſine humana concupiſcentia procreatum, in filii tui membra venientes paternis feciſti præiudiciis non teneri, præſta quæſumus, ut huius creaturæ novitate ſuſcepta, vetuſtatis antiquæ contagiis exuamur. per eundem. *El. l. g g.*

Alia.

Concede nobis omnipotens Deus, ut ſalutare tuum nova cœlorum luce mirabile, quod ad ſalutem mundi hodierna feſtivitate proceſſit, noſtris ſemper innovandis cordibus oriatur. qui tecum. *g g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in filii tui Dni nri nativitate tribuiſti totius religionis initium perfectionemque conſtare, da nobis quæſumus in eius portione cenſeri, in quo totius ſalutis humanæ ſumma conſiſtit, per. *l. g g.*

Alia.

Da quæſumus Dne populo tuo inviolabilem fidei firmitatem, ut qui unigenitum tuum in tua tecum gloria ſempiternum, in veritate noſtri corporis natum de matre virgine confitentur, & a præſentibus liberentur adverſis, & manſuris gaudiis inſerantur. per eundem. *l. g g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui hunc diem per incarnationem. *ut ſupra.*

Alia.

Reſpice nos miſericors Deus, & mentibus clementer humanis. *ut ſupra.*

Unde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Deus qui es mundi creator & rector. *Require retro in tertio folio.* (2)

Aliæ orationes Eiusdem.

Natum nobis Dne hodie filium tuum annua feſtivitate celebrantes, præſta quæſumus, ut cuius in terris gaudemus adventu, in ſempiterna eius exultemus gloria, qui tecum vivit.

Alia.

Præſta quæſumus omnipotens Deus; ut redemptionis noſtræ veneranda ſolemnitas, & vitæ nobis conferat præſentis auxilia, & remedia ſempiterna procuret, per Dnum.

Alia.

Te deprecamur omnipotens Deus, ut cuius nativitatem hodie celebramus in terris, ipſius miſericordia conſervemur in cœlis, qui tecum.

FERIA II. MISSA

De Nativitate Domini.

Adeſto Dne ſupplicationibus noſtris, ut populus tuus, qui te factore eſt conditus, teque eſt reparatus auctore, te etiam iugiter operante ſalvetur, per Dnm.

Alia.

Deus qui unigenitum tuum per uterum virginis Mariæ intactum, in hunc mundum manifeſtare dignatus es, non deſit famulis tuis pietatis tuæ invictiſſima ſalus, per eundem.

Secreta.

Deus qui nativitatis tuæ exordium pro nra neceſſarium ſalvatione duxiſti! reſpice propitius ad munus totius eccleſiæ, & quos ſimiles ad imaginem tuam feciſti, ſimiliores obſervatione perfice mandatorum, qui vivis. *Pra-*

(1) Sequentes deſunt in vulgato *Gelaſ.*

(2) Pag. 5. col. 2.

Digitized by Google

Præfatio.

VD. Æterne Deus! Et te in omnibus prædicare myſteriis, hodie quia noſtri ſalvatoris lux vera proceſſit, quæ clauſam nobis omnibus vitam reddidit, ut non ſolum præſentem ſuo ſplendore dirigeret, ſed ad ipſam nos maieſtatis immenſæ gloriam perduceret intuendam, per eundem Dnm.

Ad Comm.

Plebs tua Dne eius participatione ſemper gaudeat ſacramenti, quod in Xpi Dni ſui incarnatione cognovit, qui tecum.

VII. Kl. Ian. SCI STEPHANI.

Da nobis quæſumus Dne imitari quod colimus! ut diſcamus & inimicos diligere, quia eius natalicia celebramus, qui novit etiam pro perſecutoribus exorare. *g g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui primitias Martyrum in beati Levitæ Stephani ſanguine dedicaſti! tribue quæſumus, ut pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis etiam perſecutoribus exoravit, per Dnm. *l. g. g g.*

Secreta.

Grata tibi ſint Dne munera quæſumus devotionis hodiernæ, quæ beati Stephani martyris tui commemoratio glorioſa depromit, per Dnm. *l. g.*

Alia Secreta. GG.

Suſcipe Dne munera pro tuorum commemoratione Sanctorum, ut quod illos paſſio glorioſos, nos devotio reddat innocuos, per Dnm. El. g g.

Præfatio.

VD. Æterne Deus! beati Stephani levitæ ſimul & martyris natalitia recolentes, qui fidei, qui ſacræ militiæ, qui diſpenſationis & caſtitatis egregiæ, qui prædicationis mirabilisque conſtantiæ, qui confeſſionis ac patientiæ nobis exempla veneranda propoſuit; & ideo nativitatem filii tui merito præ cæteris paſſionis ſuæ feſtivitate proſequitur, cuius gloriæ ſempiternæ primus martyr occurrit, per eundem. vel *& ideo.* l. El. g g.

Ad Comm.

Auxilientur nobis Dne ſumpta myſteria, & intercedente beato Stephano martyre tuo ſempiterna protectione confirment, per Dnm. *g g.*

Super Populum. (1)

Beatus martyr Stephanus Dne quæſumus pro fidelibus tuis ſuffragator accedat, qui dum beneplacitus tibi ſit, pro his etiam poſſit audiri, per Dnm. *g.*

Alia Orationes.

Gratias agimus Dne multiplicatis circa nos miſerationibus tuis, qui & filii tui nativitate nos ſalvas, & beati martyris Stephani deprecatione ſuſtentas, per eundem. *l. g g.*

Alia.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut beatus Stephanus levita magnificus, ſicut ante alios imitator dominicæ paſſionis & pietatis enituit, ita ſit fragilitatis nræ promptus adiutor, per eundem. *l. g.*

Alia.

Deus qui nos unigeniti tui clementer incarnatione redemiſti, da nobis patrocinia tuorum continuata Sanctorum, quibus capere valeamus ſalutaris myſterii portionem per eundem. *l. g g.*

Unde ſupra alia orationes Ambroſiana.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui primitias Martyrum. *ut ſupra.*

Alia.

Deus qui beato levitæ Stephano lapidantibus veniam poſcere tribuiſti! quæſumus, ut bona pro malis reddere tuo poſſimus auxilio, quod primi martyris docemur exemplo. per Dnm.

Alia.

Miniſtrantium tibi Deus eruditor & rector, qui eccleſiæ tuæ primordia beati levitæ Stephani miniſterio, & pretioſo martyrii ſanguine decoraſti, da quæſumus, ut in exceſſu noſtro veniam conſequentes, mereamur exemplis eius imbui, & interceſſionibus adiuvari, per Dnm.

Alia.

(1) Oratio ſic inſcripta extra Quadrageſimam eſt ritus *Gelaſiani*, ut ex vulgato etiam palam fit *Gelaſiano* Vid. diſquiſit. IV. p. 399. &c.

Digitized by Google

Alia.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut eccleſia tua competenter poſt nativitatem Dni nri Ihu Xpi ſolemnitate beati Stephani gratuletur, quem primum cognovit confeſſum ſui potentiam ſalvatoris, qui tecum vivit.

Alia Miſſa.

Da nobis Dne quæſumus imitari quod colimus. ut *ſupra.*

Alia.

Da quæſumus omnipotens Deus, ut beati protomartyris tui Stephani, poſt nativitatem Dni nri Ihu Xri ſolemnia recenſentes, & meritis ipſius protegamur, & precibus adiuvemur, per eundem.

Secreta.

Hoc munus populi tui Dne levitæ & protomartyris tui Stephani deprecatione ſit gratum, ut eccleſia tua eius ſemper interceſſionibus adiuvetur, cuius ſine ceſſatione inſtruitur diſciplinis, per Dnm.

Præfatio.

VD. Æterne Deus, qui levitarum præconem vocaſti Stephanum. Hic tibi primus dedicavit martyrii nomen; hic tibi inchoavit primus effundere ſanguinem; hic meruit videre apertos cœlos, filium ſtantem ad dexteram Patris. In terris hominem adorabat, & in cœlo filium Patris eſſe clamabat; hic magiſtri verba referebat; quod Xpus dixit in cruce, hoc Stephanus docuit in ſanguinis ſui morte; Xpus in cruce indulgentiam ſeminabat, & Stephanus pro ſuis lapidatoribus Dnum ſupplicabat. Propterea cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus.

FERIA III. AD MISSAM.

Or. ſuper Populum.

Deus qui reſtaurationem conditionis humanæ mirabiliter operaris, tribue quæſumus, ut ſimul perficiatur in nobis, quod Verbi tui creavit dignatio, & quod eius hominis facti glorioſa nativitas reformavit, per eundem Dnm.

Alia.

Deus qui humanum genus principaliter ſauciatum Xpi tui nativitate ſalvare dignatus es! præſta quæſumus, ut non hæreamus perditionis auctori, ſed ad redemptoris noſtri conſortia transferamur, per eundem.

Secreta.

Oblatio tibi ſit Dne quæſumus hodiernæ feſtivitatis accepta! quia & noſtræ reconciliationis proceſſit perfecta placatio, & divini cultus nobis eſt indita plenitudo, per Dnm.

Præfatio.

VD. Æterne Deus! Tuæ laudis hoſtiam iugiter immolantes, cuius figuram Abel iuſtus inſtituit, agnus quoque legalis oſtendit, celebravit Abraham, Melchiſedech ſacerdos exhibuit; ſed verus agnus & æternus pontifex hodie natus Xpus implevit. Et ideo cum angelis.

Ad Comm.

His Dne ſacramentis tuus nos ſemper natalis inſtauret, cuius nobilitas ſingularis humanam reppulit vetuſtatem, qui vivis & regnas.

VI. Kl. Ian.

NAT. SCI IOHANNIS EVANGL.

Deus qui per os beati apoſtoli tui & evangeliſtæ Iohannis Verbi tui nobis arcana reſeraſti! præſta quæſumus, ut quod ille noſtris auribus excellenter infudit, intelligentiæ competentis eruditione capiamus, per eundem Dnm. *l. g.*

Alia.

Eccleſiam tuam Dne benignus illuſtra, ut beati Iohannis Evangeliſtæ illuminata doctrinis ad dona perveniat ſempiterna, per Dnm. *l. g g.*

Secreta.

Suſcipe Dne munera, quæ in eius tibi ſolemnitate deferimus, cuius nos ſcimus patrocinio liberari, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus! Beati apoſtoli tui & evangeliſtæ Iohannis veneranda natalicia recenſentes, qui Dni nri Ihu Xpi filii tui vocatione ſuſcepta, terrenum reſpuit patrem, ut poſſet invenire cœleſtem, adeptus in regno cœlorum ſedem apoſtolici culminis, qui tantum retia carnalia contempſerat genitoris; quique ab unigenito tuo ſic familiariter eſt dilectus, & immenſæ gratiæ muneribus approbatus, ut

Digitized by Google

ut eum idem Dnus in cruce iam positus vicarium suæ matri virgini filium subrogaret, quatenus beatæ genitricis integritati, probata dilecti discipuli virginitas deserviret. Nam & in cœnæ mysticæ sacrosancto convivio super ipsum vitæ fontem æternum pectus scilicet recubuerat Salvatoris, de quo perenniter manantia cœlestis hauriens fluenta doctrinæ, tam profundis ac mysticis est revelationibus inspiratus, ut omnem transgrediens creaturam excelsa mente conspiceret, & evangelica voce proferret, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Per quem. *vel* Et ideo. *l. El.*

Ad Comm.

Refecti cibo potuque cœlesti Deus noster, te supplices exoramus, ut in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. per Dnm. *l. gg.*

Alia.

Assit ecclesiæ tuæ Dne quæsumus beatus evangelista Iohannes, ut cuius perpetuus doctor existit, semper esse non desinat suffragator, per Dnm. *g.*

Aliæ Orationes.

Deus qui beati Iohannis evangelistæ præconiis principii sempiterni secreta reseraſti, da quæsumus, ut ad intelligentiam Verbi tui eius, per quem nobis resplendet, suffragiis accedamus, per Dnm. *g.*

Alia.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut excellentiam Verbi tui, quam beatus evangelista Iohannes asseruit, & convenienter intelligere valeamus, & veraciter profiteri, per Dnm. *g. El.*

Alia. (1)

Beati Iohannis Evangelistæ quæsumus Dne supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia sempiterna concede, per Dnm.

Ad fontes.

Beati Iohannis Evangelistæ Dne precibus adiuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur, per Dnm. g g.

Alia. (2)

Sit Dne beatus Iohannes Evangelista nræ fragilitatis adiutor, ut pro nobis tibi supplicans copiosius audiatur, per Dnm. g g.

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui huius diei venerandam sanctamque lætitiam beati apostoli tui Iohannis evangelistæ festivitate tribuisti &c. l. g g.

Alia Missa Ambros.

Deus qui per os beati apostoli tui. *ut supra.*

Alia.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut excellentiam Verbi tui, quam evangelista Iohannes asseruit, & convenienter intelligere valeamus, & veraciter profiteri, per eundem. *g. El.*

Alia.

Ecclesiam tuam quæsumus Dne benignus illustra, ut apostoli tui Iohannis evangelistæ illuminata doctrinis &c. *l. g g.* *Alia.*

Assit ecclesiæ tuæ quæsumus Dne beatus evangelista Iohannes, ut cuius perpetuus doctor existitit, semper esse non desinat suffragator, per Dnm. *g.* *Alia.*

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut Verbum caro factum, quod beatus Iohannes evangelista prædicavit, per hoc sui mysterium habitet semper in nobis, qui tecum vivit.

Secreta.

Supplicationibus apostolicis beati Iohannis evangelistæ quæsumus Dne ecclesiæ tuæ commendetur oblatio, cuius magnificis prædicationibus eruditur, per Dnm. *l.*

Pra-

(1) In *Rhenaugiensi* inscribitur collecta; in *Gregoriano San-Blasiano* ad *Vesperum.*

(2) In *San-Blasiano* inscribitur *ad S. Andream.*

Digitized by Google

Præfatio.

VD. Æterne Deus, beati Iohannis evangeliſtæ merita recolentes, quem Dn9 Ih9 Xp9 non ſolum peculiari ſemper decore ornavit, ſed & in cruce poſitus tamquam hæreditario munere proſecutus, vicarium pro ſe matri filium clementer attribuit, quem in tantum benignitas indulta præfecit, ut & factus ex piſcatore diſcipulus, & humanæ diſpenſationis modum excedens, ipſam Verbi tui ſine initio deitatem præ cæteris & mente conſpiceret, & voce proferret. Propterea cum angelis & archangelis. *ut ſupra.*

Ad Comm.

Apoſtolica beati Iohannis evangeliſtæ quæſumus Dne interceſſione nos adiuva, pro cuius ſolemnitate percepimus tua ſancta lætantes, per Dnm.

V. Kl. Ian.

NATL. INNOCENTUM.

Deus, cuius hodierna die præconium Innocentes Martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt! omnia in nobis vitiorum mala mortifica, ut fidem tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur, per Dnm. *g.gg.*

Alia.

Deus qui bonis tuis infantium quoque neſcia Sacramenti corda præcedis! tribue quæſumus, ut & noſtræ conſcientiæ fiduciam non habentes, indulgentia nos ſemper copioſa præveniat, per Dnm. *l.g.*

Secreta.

Adeſto Dne muneribus Innocentum feſtivitate ſacrandis, & præſta quæſumus, ut eorum ſinceritatem poſſimus imitari, quorum tibi dicatam veneramur infantiam. per Dnum. *l. g. El.*

Alia.

Sanctorum tuorum nobis Dne pia non deſit oratio, quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per Dnum. g g.

Præfat.

VD. Æterne Deus, & in precioſis mortibus parvulorum, quos propter noſtri ſalvatoris infantiam beſtiali ſævitia Herodes funeſtus occidit, immenſæ clementiæ tuæ dona prædicare. In quibus fulget ſola magis gratia quam voluntas, & clara eſt prius confeſſio quam loquela, ante paſſio quam membra idonea paſſioni. Exſtiterunt enim Chriſti teſtes, qui eius nondum fuerant agnitores. O infinita benignitas! o ineffabilis miſericordia, quæ pro ſuo nomine trucidatis meritum gloriæ perire non patitur, ſed proprio cruore perfuſis, & ſalutem regenerationis exhibet, & imputat coronam martyrii. Per eundem Chriſtum. *vel* Et ideo. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Votiva Dne dona percepimus, quæ Sanctorum nobis precibus & præſentis quæſumus vitæ pariter & æternæ tribue conferre ſubſidium. Per Dnum. *g g.*

Super populum.

Diſcat eccleſia tua Deus infantum, quos hodie veneramur, exemplo ſinceram tenere pietatem, quæ prius vitam præſtitit ſempiternam, quam poſſent noſſe præſentem. Per Dnum. *g.*

Al. Orat.

Deus qui licet ſis magnus in magnis, mirabilia tamen glorioſus operaris in minimis, da nobis quæſumus in eorum celebritate gaudere, qui filio tuo Dno nro teſtimonium præbuerunt etiam non loquentes. Per eundem Dnum. *El. gg.*

Alia.

Ipſi nobis Dne quæſumus poſtulent mentium puritatem, quorum innocentiam hodie ſolemniter celebramus. Per D. *g. El.*

Alia.

Adiuva nos Dne quæſumus eorum deprecatione Sanctorum, qui filium tuum humana necdum voce profitentes, cœleſti ſunt pro eius nativitate gratia coronati. Per eundem. *g. El.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus qui donis tuis infantum tui neſcia ſacramenti corda. *ut ſupra.*

Alia.

Annue quæſumus omnipotens Deus, ut ſicut eos, quorum natalicia recenſemus, per tuam gratiam beneplacitos acta fecerunt innoxia, ſic nos tuæ pietati ſalvatoris humilitas præſtet acceptos. qui tecum vivit. *l.*

Alia.

Deus cuius hodierna die præconium. *ut ſupra.*

Alia.

Lætetur quæſumus Dne eccleſia tua de tuorum celebritate infantum, & miſericordiæ tuæ iugiter experiatur effectum, quo & fragilitas humana ſubſiſtat, & Divina ſupplicantibus redemptio non negetur, per Dnm. *l. g g.*

Alia.

Tribue quæſumus omnipotens Deus, ut Innocentum ſinceritatem poſſimus imitari, quorum tibi dicatam veneramur infantiam, per Dnm.

Secreta.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut & hi martyres tui pro nobis interveniant, quorum clara prior eſt confeſſio, quam loquela, per Dnm.

Præfatio.

VD. Æquum & ſalutare: Nos in pretioſa &c.

Poſtcommunio.

Hodiernæ ſolemnitatis effectu ſumpſimus Dne gaudia magna de parvis ſuppliciter exorantes, ut hanc abundantiam in nra quoque ſalvatione defendas, per Dnm. *l. g g.*

IIII. Kl. Ianuar.
FEST. SCI IACOBI APOSTOLI.

Miſſa Ambroſiana.

Deus qui huius diei venerandam ſanctamque lætitiam beati Apoſtoli tui Iacobi feſtivitate tribuiſti! da eccleſiæ tuæ & amare quod credidit, & prædicare quod docuit, per Dnm.

Alia.

Præſta nobis Dne quæſumus apoſtoli tui Iacobi doctrinis & precibus adiuvari, ut quod præſentibus celebramus officiis, perpetuæ ſalvationis gaudiis aſſequamur, per Dnm.

Alia.

Præſta quæſumus Dne eccleſiæ tuæ ſub tantis gaudere principibus, ut intellectu capere valeat, quod devotione ſectatur, per Dnm.

Alia.

Tribue quæſumus omnipotens Deus, ut cuius doctrina populus tuus ad confeſſionem deitatis tuæ eſt inſtitutus, eius ſuffragantibus meritis divinæ ſerviat unitati, per Dnm.

Secreta.

Supplicationibus beati apoſtoli tui Iacobi eccleſiæ tuæ quæſumus Dne commendetur oblatio, cuius magnificis prædicationibus eruditur, per.

Præfatio.

VD. Æterne Deus, Maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes, ut digneris nos beati Iacobi apoſtoli dignis precibus confovere, ut cuius victoriis ſine ceſſatione gaudemus, protectione perpetua muniamur, per Xpm.

Ad Comm.

Pignus vitæ æternæ capientes, humiliter te Dne imploramus, ut apoſtoliçis fulti patrociniis, quod in imagine contigimus ſacramenti, manifeſta perceptione ſumamus, per Dnm.

Dom. I. poſt Natale Dni. (1)

Deus qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti! tribue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, eundem Dnm nrm. *g g.*

Alia.

Da nobis quæſumus omnipotens Deus, ut per nativitatem Dni nri Ihu Xpi, cuius ſolemnia veneramur, eius ſemper muniamur auxilio, qui tecum.

Secreta.

Muneribus noſtris quæſumus Dne precibusque ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda

(1) Orationes, quas ſignamus *Gregorianas* in *San-Blaſiano* Mſc. editisque *Vaticano* a MURATORIO & S. ELIGII a MENARDO, in octava nativitatis D. leguntur: alias vero miſſas Dominicarum per annum (exceptis a Septuageſima uſque ad octavas Pentecoſtes) non habet in ordine ſuo vulgatum *Gelaſianum.*

Digitized by Google

da myſteriis, & clementer exaudi: per D. *l. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! & ſurſum cordibus erectis divinum adorare myſterium, quod humana conditio, veteri terrenaque lege ceſſante, nova cœleſtique ſubſtantia, mirabiliter reſtaurata profertur, ut quod magno Dei munere geritur, magnis eccleſiæ gaudiis celebretur, per Xpm. *g.*

Ad Comm.

Da nobis quæſumus Dne Deus noſter, ut qui nativitatem Dni nri Ihu Xpi obſequiis nos frequentare gaudemus, dignis converſationibus ad eius mereamur pertinere conſortium, per eundem. *l.*

Alia.

Hæc nos communio Dne purget a crimine, & cœleſtis remedii faciat eſſe conſortes, per D. *gg.*

Super populum.

Benedictionem tuam Dne populus fidelis accipiat, qua corpore ſalvatus ac mente, & gratam tibi ſemper exhibeat ſervitutem, & propitiationis tuæ beneficia ſemper inveniat, per Dnm. *g g.*

Miſſa Ambroſiana.

Reſpice Dne quæſumus populum ſupplicantem miſericordiam tuam, ac diſpone præſidiis, ut te in omnibus rectore gratuletur, quia non habet, niſi in tua tantum pietate fiduciam, per Dnm.

Alia.

Pateant aures miſericordiæ tuæ Dne precibus ſupplicantum, & ut petentibus deſiderata concedas, fac tibi eos, quæſumus, placita poſtulare, per Dnm. *g. gg.*

Secreta.

Reſpice Dne quæſumus noſtram propitius ſervitutem, ut quod offerimus, ſit tibi munus acceptum, ſit noſtræ fragilitati ſubſidium, per Dnm. *l. g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus, ſuppliciter implorantes, ut filius tuus Ihs Xps, qui ſe uſque in finem ſæculi ſuis promiſit fidelibus affuturum, & præſentiæ corporalis myſteriis non deſerat quos redemit, & maieſtatis ſuæ beneficiis non derelinquat. Quem laudant.

Ad Comm.

Repleti ſumus Dne muneribus tuis, tribue quæſumus, ut eorum & mundemur effectu, & muniamur auxilio, per Dnm. *l. g.*

II. Kal. Ianuar.

NATL. SCI SILVESTRI. (1)

Da quæſumus omnipotens Deus, ut beati Silveſtri confeſſoris tui atque pontificis veneranda ſolemnitas, & devotionem nobis augeat & ſalutem, per Dnm *gg.*

Secreta.

Sancti tui nos, quæſumus Dne, ubique lætificent, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus, per. *g g.*

Poſtcomm.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora ſumamus, per Dnm. *g g.*

Kl.

(1) In ſacramentario *Leonino* ſub tit. ſancti SILVESTRI, ſequentes leguntur orationes: *Deus confitentium ut portio defunctorum, preces noſtras, quas in famuli tui Silveſtri epiſcopi depoſitione deferimus, propitiatus aſſume; ut qui nomini tuo miniſterium fidele dependit, perpetua Sanctorum tuorum ſocietate lætetur. Per.*

Hanc igitur oblationem, quæſumus Domine, placatus intende, quam in ſancti Silveſtri confeſſoris & epiſcopi tui commemoratione ſuppliciter immolamus; ut & nobis proficiat huius pietatis affectus, & illum beatitudo ſempiterna glorificet. Per.

Maieſtatem tuam, Domine, ſuppliciter exoramus, ut anima famuli tui Simplicii epiſcopi ab omnibus, quæ humanitus attraxit, exuta, in Sanctorum cenſeatur ſorte paſtorum. Per.

SIMPLICIUS, poſt SS. LEONEM & HILARIUM pontifex, pro quo mortuo an. 483. hic oratur, uti etiam pro ipſo S. SILVESTRO in prioribus orationibus. Alia exempla deinceps, aliisque antiquis ſacramentariis occurrunt, uti in diſquiſitionibus noſtris T. II. p. 888. 899. notavimus. Argumento illud eſt, eſſe in *Leonino* ſacramentario, quæ prope ætatem S. SILVESTRI accedant.

Digitized by Google

Kl. Ianuar. Octava Domini ad SCAM MARIAM.

Deus, qui nobis nati ſalvatoris diem celebrare concedis octavum; fac, quæſumus, nos eius perpetua divinitate muniri, cuius ſumus carnali commercio reparati, per eundem. *g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in unigenito tuo novam creaturam nos tibi eſſe feciſti, cuſtodi opera miſericordiæ tuæ, & ab omnibus nos maculis vetuſtatis emunda, ut per auxilium gratiæ tuæ in illius inveniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia, per eundem. *g. El.* (1) *Secreta.*

Præſta quæſumus Dne, ut per hæc munera, quæ Dni nri Ihu Xpi arcanæ nativitatis myſterio gerimus, purificatæ mentis intelligentiam conſequamur, per eundem. *g. El.* *Præfatio.*

VD. Per Xpm Dnm nrm. cuius hódie circumciſionis (2) diem & nativitatis octavum celebrantes, tua Dne mirabilia veneramur, quia quæ peperit, & mater & virgo eſt; qui natus eſt, & infans & Deus eſt. Merito ergo cœli locuti ſunt, angeli gratulati, paſtores lætati, Magi mutati, reges turbati, parvuli glorioſa paſſione coronati. Et ideo cum angelis. *El.*

Poſtcomm.

Præſta quæſumus Dne, ut quod ſalvatoris nri iterata ſolemnitate percipimus, perpetuæ nobis redemptionis conferat medicinam, per. *g. El.*

Super Populum.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui tuæ menſæ participes a diabolico iubes abſtinere convivio, da quæſumus plebi tuæ, ut guſtu mortiferæ profanitatis abiecto, puris mentibus ad epulas æternæ ſalutis accedant, per. *l. g.*

Miſſa Ambroſ.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui tuæ menſæ participes a diabolico. *ut ſupra.*

Alia.

Deus qui nobis nati ſalvatoris. *req. in priori pagina.* *Alia.*

Deus qui ſalutis æternæ beatæ. *req. retro in ſecundo folio.* *Secreta.*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in unigenito tuo. *req. in priori pagina.*

Alia.

Muneribus noſtris quæſumus Dne precibusque ſuſceptis. *req. retro in ſecundo folio.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm, qui ut nos a gravi ſervitute legis redimeret, circumciſionis legalis purgationem accepit, in qua & obſervationis antiquæ probator exiſteret, & humanam in ſe naturam, vetuſtatem expolians innovaret, præteriti ſacramentorum conſummator myſterii, idem legislator & cuſtos præcipiens & obediens, dives in ſuo, pauper in noſtro. Par turturum vel duos pullos columbarum ſacrificio vix ſufficit cœli terræque poſſeſſori; grandævi Symeonis invalidis geſtatur mani-

(1) Apud MENARDUM in ſacrament. S. ELIGII oratio hæc ad finem miſſæ poſita inſcribitur *ſuper populum*, quod paſſim etiam deinceps fit in eodem ſacramentario.

(2) Verba *Circumciſionis diem* deſunt in *Rhenaugienſi* & in vulg. *Gelaſiano*; memoratur tamen poſtea circumciſio, in eadem Præfatione, quæ noſtra hac eſt amplior in *Gelaſiano Rhenaugienſi*, & vetuſtiore *San-Gallenſi*; ita vero in hoc poſteriori, ut alia manus, antiqua tamen, ita immutaverit hanc præfationem, prout eam hic deſcribimus ex altero Mſc. *San-Gallenſi*, quod deſcriptum eſſe ex ipſo illo vetuſtiori *San-Gallenſi* codice, quem autographum præ manibus habemus, ex his aliisque immutationibus, quæ ſemper ad apicem cum altero Mſc. *San-Gallenſi* conveniunt, omnino demonſtratur: manifeſtiſſimum autem ex hac ipſa præfatione fit, in qua poſt verba *coronati* altera illa manus textum interrumpendo ſuperſcribens, ut hic legitur, *Et ideo cum angelis*, in margine addit: *Si volueris totum ſcribe & lege*, nempe quæ ſequuntur in *Gelaſiano* vulgato & *Rhenaugienſi* antiquiſſimo *lacte mater cibum noſtrum &c.*

manibus, a quo mundi ſalvator & Dnꝰ prædicatur; accedit etiam teſtificantis oraculum viduæ, quoniam decebat, ut ab utroque adnuntiaretur ſexu, utriuſque ſalvator. quem laudant.

Poſtcomm.

Fac nos Dne quæſumus multiplicatis ſolemnitatibus iterare, quod nobis cauſam perpetuæ ſalvationis operatur, per Dnm.

Miſſa de prohibendo ab Idolis. c. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis voluntatem tuam & fideli mente retinere, & pia converſatione depromere, ut eccleſia tua a profanis vanitatibus expiata, non aliud profiteatur verbis, aliud exerceat actione, per Dnm. *g.*

Secreta.

Ut tibi grata ſint Dne munera populi tui, ab omni quæſumus eum contagione perverſitatis emunda, nec falſis gaudiis inhærere patiaris, quos ad veritatis tuæ præmia venire promittis, per. *g.*

Poſtcomm.

Myſteriis tuis veneranter aſſumptis, quæſumus Dne, ut & contra noſtræ conditionis errorem, & contra diabolicas armemur inſidias, per Dnm. *l. g.*

Item Alia Dominica.

Omnipotens ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare, per eundem. *g g.*

Alia.

Propitiare miſericors Deus ſupplicationibus noſtris, & populum tuum pervigili protectione cuſtodi, ut qui unigenitum tuum in carne noſtri corporis Deum natum eſſe fatetur, nulla poſſit diaboli falſitate corrumpi, per eund. *El. ſuper pop.*

Secreta.

Concede quæſumus Dne, ut oculis tuæ maieſtatis munus oblatum & gratiam nobis devotionis obtineat, & effectum perennitatis acquirat, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus, qui pro peccato primi parentis hominem a ſalutis finibus exulantem pietatis indulgentia ad veniam vitamque revocaſti, mittendo nobis unigenitum filium tuum Deum & ſalvatorem noſtrum, per quem maieſtatem tuam. *g g. El.*

Poſtcomm.

Per huius Dne operationem myſterii & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur, per Dnm. *g g.*

Super Populum.

Reſpice propitius Dne ad debitam tibi populi ſervitutem, ut inter humanæ fragilitatis incerta, nullis adverſitatibus opprimatur, qui de tua protectione confidit, per. *l. g.*

Non. Ian.

VIGL. THEOPHANIÆ. (2)

Corda noſtra quæſumus Dne venturæ feſtivitatis ſplendor illuſtret, quo mundi huius tenebris carere, & pervenire valeamus ad patriam claritatis æternæ, per. *g. g g.*

Secreta.

Tribue quæſumus Dne, ut eum præſentibus immolemus ſacrificiis & ſumamus, quem venturæ ſolemnitatis pia munera præloquuntur, Dnum nrm. *g. g g.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus, & te laudare mirabilem in omnibus operibus tuis, quibus

(1) Vid. nota Vezzosii ad hanc miſſam in *Gelaſ.* p. 10.

(2) Deeſt officium hoc in *Vatic. Gregor.* Muratorii.

Digitized by Google

bus ſacratiſſima regni tui myſteria revelaſti. Hanc etenim feſtivitatem dominicæ apparitionis, index puerperii virginalis ſtella præceſſit, quæ natum in terra cœli Dominum Magis ſtupentibus nuntiaret, ut manifeſtandus mundo Deus, & cœleſti denuntiaretur indicio, & temporaliter procreatus, ſignorum temporalium miniſterio panderetur; & ideo cum angelis. *g. El. g g.*

Poſtcomm.

Illumina quæſumus Dne populum tuum, & ſplendore gratiæ tuæ cor eius ſemper accende, ut ſalvatoris mundi ſtella famulante manifeſtata nativitas mentibus eorum reveletur ſemper & creſcat, per eundem. *g. g g.*

Unde ſupra. *Alia Miſſa Ambroſ.*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Verbi tui incarnationem præclari teſtimonio ſideris indicaſti, quod videntes Magi, oblatis maieſtatem tuam muneribus adoraverunt, concede, ut ſemper in mentibus noſtris tuæ appareat ſtella iuſtitiæ, & noſter in tua ſit confeſſione theſaurus, per eundem. *g.*

Alia.

Adeſto Dne ſupplicationibus noſtris, & populo tuo, quem tibi ex omnibus gentibus elegiſti, veritatis tuæ lumen oſtende, per.

Secreta.

Eccleſiæ tuæ Dne dona propitiꝯ intuere, quibus non iam aurum, tus, aut myrra proferatur, ſed quod isdem muneribus declaretur, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm, quia puerperio cœleſti intulit mundo ſuæ miracula maieſtatis, ut adorandam Magis oſtenderet ſtellam, & transacto temporis intervallo aquam mutaret in vinum, & ſuo quoque baptiſmate ſanctificaret fluenta Iordanis, quem una tecum omnipotens Pater.

Poſtcomm.

Largire quæſumus omnipotens Deus ſupplicibus tuis, ut quem natum in terris fatemur hominem, hunc Deum aſtris quoque fatentibus adoremus, qui tecum vivit.

Orat. Ad Veſp. vel ad Matutinum.

Annue nobis quæſumus omnipotens Deus, ut ſicut ſcrutantibus Magis hodie latenter eſt cognitus Dnꝯ nr Ihꝯ Xpus, & adoratus a cunctis gentibus, ita & noſtris ſenſibus manifeſtus adveniat, & omni homini innoteſcat, qui tecum vivit.

VIII. Id Ian. EPIPHANIA ad Scm Petrum.

Deus qui hodierna die unigenitum tuum gentibus ſtella duce revelaſti! concede propitius, ut qui iam te ex fide cognovimus, uſque ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur, per eundem. *El. g g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Verbi tui incarnationem. *ut ſupra. g. a.*

Secreta.

Eccleſiæ tuæ quæſumus Dne dona propitius intuere! quibus non iam aurum, tus, & myrra profertur, ſed isdem muneribus declaratur, immolatur, & ſumitur, qui tecum. *g g.*

Præfatio.

VD. Uſque ſalutare; Nos te laudare omnipotens æterne Deus, qui notam feciſti in populis miſericordiam tuam, & ſalutare tuum cunctis gentibus declaraſti; hodiernum eligens diem, in quo ad adorandam veri regis infantiam *excitatos* de remotis partibus Magos, clarior cæteris ſideribus ſtella perduceret, & cœli ac terræ Dominum corporaliter natum radio ſuæ lucis oſtenderet; Et ideo.

Infra actionem.

Communicantes & diem ſacratiſſimum celebrantes, in quo unigenitus tuus in tua tecum gloria coæternus, in veritate noſtræ carnis natus, Magis de longinquo venientibus, viſibilis & corporalis apparuit, ſed & mem. *g.*

Alia

Digitized by Google

Alia Præfatio.

VD. uſque ſalutare. *Quia cum unigenitus tuus in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparuit, nova nos immortalitatis ſuæ luce reparavit; Et ideo.* g. gg.

Infra Act.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo unigenitus tuus in tua tecum gloria coæternus in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit. Sed & mem. gg.

Poſtcomm.

Præſta quæſumus Dne Deus noſter, ut quæ ſolenni celebramus officio, purificatæ mentis intelligentia conſequamur, per. *gg.*

Super populum.

Deus qui per huius celebritatis myſterium æternitatis tuæ lumen cunctis gentibus ſuſcitaſti, da plebi tuæ redemptoris ſui plenum agnoſcere fulgorem, ut ad perpetuam claritatem per eius incrementa perveniat, per quem eiusdem fulgoris ſcilicet ſive claritatis ſumpſit exordia, per eundem. *g.*

Alia Miſſa, Ambroſiana. (1)

Deus qui hunc diem electionis gentium primitiis conſecraſti, & per luminis tui ſtellam manifeſtum te nobis oſtendiſti, tribue quæſumus, ut nova cœlorum mirabilis claritas in noſtris ſemper cordibus oriatur, qui vivis & regnas.

Alia.

Tribue quæſumus omnipotens Deus, ut ſicut omnes nationes veniunt gaudentes adorare Xpm regem Dnm natum, ita & hæc præclara lux habitet ſemper in nobis. Per eundem.

Secreta.

Pietatis tuæ Dne ſacramentum hodierna ſolemnitate recolentes, pro apparitione Dni nri Ihu Xpi, & pro noſtræ vocationis exordiis, ſacrificium tibi laudis offerimus, quod propitiatus ſuſcipias deprecamur, per eundem.

Præfatio.

VD. Æterne Deus! qui te nobis ſuper Iordanis alveum de cœlis in voce tonitrui præbuiſti, ut ſalvatorem cœli demonſtrares, ut te patrem luminis æterni oſtenderes, cœlos aperuiſti, aerem benedixiſti, fontem purificaſti, & tecum unicum filium per ſpeciem columbæ ſancto Spiritu declaraſti. Suſceperunt hodie fontes benedictionem tuam, & abſtulerunt maledictionem noſtram, ita ut credentibus purificationem omnium delictorum exhibeant, & Deo filios generando adoptive faciant ad vitam æternam. Nam quos ad temporalem vitam carnalis nativitas fuderat, quos mors per prævaricationem cœperat, hos vita æterna recipiens ad regni cœlorum gloriam revocavit, per eundem Xpm Dnm nrm.

Infra Actionem.

Communicantes & diem ſacratiſſimum celebrantes, in quo unigenitus tuus in tua tecum gloria coæternus, in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit, ſed & mem. *gg.*

Poſtcom.

Cœleſti lumine quæſumus Dne ſemper & ubique nos præveni, ut myſterium, cuius nos participes eſſe voluiſti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus effectu, per Dnm. *g.*

Aliæ Orationes.

Deus illuminator omnium gentium! da populis tuis perpetua pace gaudere, & illud lumen ſplendidum infunde cordibus noſtris, quod trium Magorum mentibus aſpiraſti, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, fidelium ſplendor animarum, qui hanc ſolemnitatem electionis gentium primitiis conſecraſti; imple mundum gloria tua, & ſubditis tibi populis per luminis tui appare claritatem, per. *gg.*

Alia.

Da nobis quæſumus Dne digne celebrare myſterium, quod in noſtri ſalvatoris infantia miraculis coruſcantibus declaratur, & corporalibus incrementis manifeſta deſignatur humanitas, per eundem. *gg.* *Alia*

(1) Poſt miſſam Epiphaniæ in vulgato *Gelaſiano* ſequitur immediate officium de Septuageſima.

Digitized by Google

Alia.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut ſalvatoris mundi ſtella duce manifeſtata nativitas mentibus noſtris reveletur ſemper & creſcat, per eundem. *gg.*

Alia.

Deus, cuius unigenitus in ſubſtantia noſtræ carnis apparuit, præſta quæſumus, ut per eum, quem ſimilem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur, qui tecum. g. gg.

Alia.

Concede nobis omnipotens Deus, ut ſalutare tuum nova cælorum luce mirabile, quod ad ſalutem mundi hodierna feſtivitate proceſſit, noſtris ſemper innovandis cordibus oriatur, per eundem. g g.

Alia.

Illumina Dne quæſumus populum tuum, & ſplendore gloriæ tuæ cor eius ſemper accende, ut ſalvatorem ſuum & inceſſanter agnoſcat, & veraciter apprehendat, Dnm nrm. g. gg.

Dominica I.
poſt THEOPHANIAM.

Vota, quæſumus Dne, ſupplicantis populi tui cœleſti pietate proſequere, ut & quæ agenda ſunt, videat, & ad implenda quæ viderit, convaleſcat, per Dnm. *gg.*

Alia.

Fac nos Dne Deus noſter tuis obedire mandatis, quia tunc nobis proſpera cuncta provenient, ſi te totius vitæ ſequamur auctorem, per Dnm. *g.*

Secreta.

Oblatum tibi Dne ſacrificium vivificet nos ſemper & muniat, per. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus, quia cum unigenitus tuus in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparuit, nova nos immortalitatis ſuæ luce reparavit. Et ideo cum. *gg.*

Poſtcomm.

Supplices te rogamus omnipotens Deus, ut quos tuis reficis Sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſervire concedas, per Dnm. *gg.*

Super Populum.

Conſerva, quæſumus Dne, familiam tuam, & benedictionum tuarum propitius ubertate purifica, ut eruditionibus tuis ſemper multiplicetur & donis, per. *El.*

Alia Miſſa Ambroſ.

Benedictio, quæſumus Dne, in tuos fideles copioſa deſcendat, & quam ſubiectis cordibus expetunt, largiter conſequantur, quoniam ſicut ſuperbis reſiſtis, ſic humilibus tuis gratiam benignus impendis, per Dnm.

Alia.

Vota quæſumus Dne ſupplicantis populi. *Ut ſupra.*

Secreta.

Quæſumus Dne Deus noſter, ut noxiis deſideriis expeditos, devotionem nos tibi liberam, atque oblationem offerre concedas, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus, ut qui te auctore ſubſiſtimus, te diſpenſante dirigamur. Non noſtris ſenſibus relinquamur, ſed tuæ reducti ſemper tramite veritatis, hæc ſtudeamus exercere, quæ præcipis, ut poſſimus dona percipere, quæ promittis, per Xpm.

Poſtcomm.

Quæſumus Dne Deus noſter, ut quos divinis reparare non deſinis Sacramentis, tuis non deſtituas benignus auxiliis, per Dnm. *gg.*

In Octavis Theophaniæ.

Deus cuius unigenitus in ſubſtantia. *Rq. retro in II.da pagina. El.*

Secreta.

Hoſtias tibi Dne pro nati filii tui apparitione deferimus, ſuppliciter exorantes, ut ſicut ipſe noſtrorum auctor eſt munerum, ita ipſe ſit miſericors & ſuſceptor Ih9 Xp9 Dn9 noſter. *El. g.*

Poſtcom.

Digitized by Google

Poſtcom.

Cœleſti lumine quæſumus Dne ſemper & ubique nos præveni, ut myſterium, cuius nos participes eſſe voluiſti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus effectu, per. *g. El.*

Super Populum

Illumina Dne quæſumus populum tuum, & ſplendore. *Ut ſupra.*

XVIII. Kl. Febr.
Sci FELICIS Confeſſoris.

Concede quæſumus, omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent, quatenus quorum ſolemnia agimus, etiam actus imitemur, per Dnm. *gg. El.*

Alia.

Da quæſumus omnipotens Deus, ut quia beatus Felix donis tuis extitit glorioſus, apud te noſtris exiſtat nominibus idoneus interventor. Per Dnm. *g.*

Secreta.

Hoſtias tibi Dne pro commemoratione ſancti Felicis tui confeſſoris offerimus, ſuppliciter deprecantes, ut ſicut illi præbuiſti ſacræ fidei largitatem, ſic nobis indulgentiam largiaris & pacem, per Dnm. *g.*

Alia Secreta. GG.

Hoſtias tibi Dne beati Felicis confeſſoris tui dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per Dnm nrm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et confeſſionem Sci Felicis memorabilem non tacere, qui nec pravitatibus hæreticis, nec ſæculi blandimentis a ſui ſtatus rectitudine potuit immutari, ſed inter utraque diſcrimina veritatis aſſertor, firmitatem tuæ fidei non reliquit, per Xpm Dnm. *El. gg.*

Poſtcomm.

Sanctorum precibus confidentes, quæſumus Dne, ut per ea quæ ſumpſimus, æterna remedia capiamus, per. *g.*

Alia. (1)

Quæſumus Dne ſalutaribus repleti myſteriis, ut cuius ſolemnia celebramus, eius orationibus adiuvemur, per. *gg. El.*

Dominica II.
poſt THEOPHANIAM.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui cœleſtia ſimul & terrena moderaris, ſupplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam noſtris concede temporibus, per. *gg. El.*

Alia.

Adeſto quæſumus Dne ſupplicationibus noſtris, & in tua miſericordia confidentes, ab omni nos adverſitate cuſtodi, per. *El.*

Secreta.

Oblata Dne munera ſanctifica, nosque a peccatorum noſtrorum maculis emunda, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus! ſemperque virtutes & laudes tuas labiis exultationis effari, qui nobis ad relevandos iſtius vitæ labores ſuper diverſa donorum tuorum ſolatia, etiam munerum ſalutarium gaudia contuliſti, mittendo nobis Ihm Xpm filium tuum Dnm noſtrum. Per quem maieſtatem. *El. gg.*

Poſtcomm.

(1) Eſt oratio *Gregoriana*, non inſcribitur *ſuper populum.*

Digitized by Google

Poſtcomm.

Augeatur in nobis Dne quæſumus tuæ virtutis operatio, ut divinis vegetati ſacramentis, ad eorum promiſſa capienda tuo munere præparemur, per Dnm. *g. g g.*

Super Populum.

Auxiliare Dne populo tuo, ut ſacræ devotionis proficiens incrementis, & tuo ſemper munere gubernetur, & ad redemptionis æternæ pertineat te ducente conſortium, per. *El.*

XVII. Kl. Febr.

Nat. Sci MARCELLI Papæ.

Preces populi tui quæſumus Dne clementer exaudi, ut beati Marcelli martyris tui atque pontificis meritis adiuvemur, cuius paſſione lætamur, per. *g g.*

Alia.

Da quæſumus omnipotens Deus, ut qui beati Marcelli martyris tui atque pontificis ſolemnia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuvemur, per Dnm. *g. g g.*

Secreta.

Suſcipe quæſumus Dne munera dignanter oblata, & beati Marcelli ſuffragantibus meritis ad noſtræ ſalutis auxilium provenire concede, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus! qui gloriaris in tuorum confeſſione Sanctorum, & non ſolum excellentioribus præmiis martyrum tuorum merita glorioſa proſequeris, ſed etiam ſacrum miniſterium competentibus ſervitiis exſequentes, gaudium Domini ſui tribuis benignus intrare, per eundem Xpm. *El.*

Poſtcomm.

Satiaſti Dne familiam tuam muneribus ſacris, eius quæſumus ſemper interventione nos refove, cuius ſolemnia celebramus, per Dnm. *g g.*

XV. Kl. Febr.

Natl. Scæ PRISCÆ Mart.

Da quæſumus omnipotens Deus, ut qui beatæ Priſcæ martyris tuæ natalitia colimus, & annua ſolemnitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo, per. *g g.*

Secreta.

Hoſtia Dne quæſumus, quam Sanctorum tuorum natalitia recenſentes offerimus, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet, per. *g g.*

Poſtcomm.

Quæſumus Dne ſalutaribus repleti myſteriis, ut cuius ſolennia celebramus, eius orationibus adiuvemur, per Dnm. *g g.*

XIIII. Kl. Febr.

Natl. MARIÆ & MARTHÆ. (1)

Exaudi Dne populum tuum cum Sanctorum tuorum tibi patrocinio ſupplicantem, ut & temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere, & æternæ reperire ſubſidium, per.

Secreta.

Preces Dne tuorum reſpice oblationesque fidelium, ut & tibi gratæ ſint pro tuorum feſtivitate Sanctorum, & nobis conferant tuæ propitiationis auxilium, per.

Poſtcomm.

Sanctorum tuorum Dne interceſſione placatus, præſta quæſumus, ut quæ temporali celebramus actione, perpetua ſalvatione capiamus, per Dnm.

XIII. Kl. Febr.

Natl. Sci FABIANI Martyris.

Infirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Fabiani martyris tui atque pontificis interceſſio glorioſa nos protegat, per. *g g.* *Alia.*

(1) *Rhenaugienſi* Nat. MARII & MARTHÆ, *San-Gall.* MARIÆ & MARTHÆ ut in vulgato *Geloſiano.*

Digitized by Google

Alia.

Aſſit nobis Dne quæſumus ſancta precatio beati pontificis & martyris tui Fabiani, quæ nos & a terrenis affectibus inceſſanter expediat, & cœleſtia deſiderare perficiat, per. *g.*

Secreta.

Interceſſio quæſumus Dne ſcti pontificis & martyris tui Fabiani munera noſtra commendet, nosque eius veneratio tuæ maieſtati reddat acceptos, per Dnm. *g.*

Alia Secreta.

Hoſtias tibi Dne beati Fabiani martyris tui dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per. *gg.*

Poſtcomm.

Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Dne Deus noſter, ut cuius exſequimur cultum, ſentiamus effectum, per. *gg.*

Eodem die

Natl. Sci SEBASTIANI Mart.

Deus qui beatum Sebaſtianum martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti, ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius adverſa formidare, per Dnm. *g.*

Alia.

Præſta quæſumus Dne, ut intercedente beato Sebaſtiano martyre tuo, & a cunctis adverſitatibus muniamur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente, per. *g.*

Secreta.

Sancto Sebaſtiano interveniente, Dne tibi ſervitus noſtra complaceat, & obſequia munerum fiant præſidia devotorum, per. *g.*

Alia Secreta.

Accepta ſit in conſpectu tuo Dne noſtra devotio, & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolemnitate defertur, per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! quoniam beati martyris Sebaſtiani pro confeſſione nominis tui venerabilis ſanguis effuſus ſimul & tua mirabilia manifeſtat, quod perficis in infirmitate virtutem; & noſtris ſtudiis dat profectum, & infirmis apud te præſtat auxilium, per Xpm Dnm nrm. *Et. gg.*

Poſtcomm.

Sacro munere ſatiati ſupplices te Dne deprecamur, ut quod debitæ ſervitutis celebramus officio, intercedente beato Sebaſtiano martyre tuo ſalvationis tuæ ſentiamus augmentum, per. *gg. El.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Multiplica quæſumus Dne benedictionem tuam ſuper populum tuum, & quos ſancti martyris tui Sebaſtiani frequentibus conſolaris officiis, beneficiorum tuorum largitate proſequere, ut & donis cœleſtibus erudiri, & competentibus ſe gaudeant ſubſidiis adiuvari, per Dnm.

Alia.

Deus qui beatum Sebaſtianum. *Ut ſupra.*

Alia.

Concede quæſumus Dne Deus noſter, ut inter adverſa, quæ pro delictorum debito ſuſtinemus, quod fiducia noſtra non optinet, beati martyris tui Sebaſtiani interceſſio conſequatur, per.

Secreta.

Sancto Sebaſtiano interveniente Dne quæſumus tibi ſervitus noſtra complaceat, & obſequia munerum fiant præſidia devotorum, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus, Quoniam beati martyris Sebaſtiani. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Sacro munere ſatiati, ſupplices. *Ut ſupra.*

XII. Kl. Febr.

Natl. Scæ AGNÆ Virginis.

Creſcat Dne ſemper in nobis ſanctæ iocunditatis affectus, & beatæ Agnæ virginis atque martyris tuæ veneranda feſtivitas augeatur, per Dnm. *g.*

Alia.

Præſta quæſumus Dne mentibus noſtris cum exultatione profectum, ut beatæ Agnes martyris tuæ, cuius diem paſſionis

Digitized by Google

annua devotione recolimus, etiam fidei conſtantiam ſubſequamur, per Dnm. *g.*

Super Oblata.

Hodiernum Dne ſacrificium lætantes offerimus, quo beatæ Agnes cœleſtem victoriam recenſentes, & tua magnalia prædicamus, & nos acquiſiſſe gaudemus ſuffragia glorioſa, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. Æterne Deus. Recenſentes diem beatæ Agnetis martyrio conſecratum, quæ terrenæ generoſitatis oblectamenta deſpiciens, cœleſtem meruit dignitatem, & ſocietatis humanæ vota contemnens, æterni regis eſt ſociata conſortio, & prætioſam mortem ſexus fragilitate calcata, pro Xpi confeſſione ſuſcipiens, ſimul eſt facta conformis & ſempiternitatis eius & gloriæ, per quem. *El. gg.*

Ad Comm.

Sumentes Dne gaudia ſempiterna, de participatione ſacramenti feſtivitatis ſanctæ martyris Agnæ, ſuppliciter deprecamur, ut quæ ſedula ſervitute donante te gerimus, dignis ſenſibus tuo munere capiamus, per Dnm. *g. El.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas, concede propitius, ut qui beatæ Agnæ martyris tuæ ſolemnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus, per Dnm.

Super Oblat.

Hoſtias Dne, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe, & intercedente beata Agna martyre tua, vincula peccatorum noſtrorum abſolve, per Dnm.

Ad Compl.

Refecti cibo potuque cœleſti, Deus noſter te ſupplices exoramus, ut in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus, per Dnm.

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus qui (ut) humanum genus ad confeſſionem tui nominis provocares, etiam in fragilis ſexus perfeciſti conditione martyrium, præſta quæſumus, ut eccleſia tua hoc exemplo commonita, nec pati pro te metuat, ut cœleſtis præmii gloriam concupiſcat, per Dnm.

Alia.

Præſta quæſumus Dne mentibus noſtris. *Ut ſupra.*

Alia.

Da nobis quæſumus Dne beatæ martyris tuæ Agnes confidenter honorare infantiam, quæ in puellari conſiſtens ætate, mortem pro tua confeſſione calcavit, per.

Secreta.

Munera plebis tuæ quæſumus Dne lætanter offerimus, quæ in honore nominis tui & Scæ Agnetis nobis remedia ſempiterna impendant, per Dnm.

Præfatio.

VD. *uſque* æterne Deus. recenſentes diem beatæ Agnes. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Refecti cibo potuque cœleſti Deus noſter. *Ut ſupra.*

XI. Kl. Febr.

Natl. Sancti VINCENTII Martyris.

Adeſto Dne quæſumus ſupplicationibus noſtris, ut qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Vincentii martyris tui interceſſione liberemur, per. *gg.*

Secreta.

Hoſtias tibi Dne beati Vincentii martyris tui dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. *uſque* per Xpm Dnm nrm. Pro cuius nomine glorioſus levita Vincentius & miles invictus rabidi hoſtis inſaniam interritus adiit, modeſtus ſuſtinuit, ſecurus irriſit, ſciens paratus eſſe ut reſiſteret, neſciens elatus eſſe quod vinceret. In utroque Dni ac magiſtri ſui veſtigia ſequens, qui & humilitatis cuſtodiendæ, & de hoſtibus triumphandi ſuis ſequenda exempla monſtravit. Per quem. *El. gg.*

Ad

Digitized by Google

Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut qui cœleſtia alimenta percepimus, intercedente beato Vincentio martyre tuo, per hæc contra omnia adverſa muniamur, per Dnm. *gg.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Adeſto quæſumus Dne ſupplicationibus. Ut ſupra. Secreta.

Muneribus noſtris quæſumus Dne precibusque ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi, per Dnm. Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut qui cœleſtia. Ut ſupra.

Alia Miſſa Ambroſiana.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut ſicut interventu beati levitæ & martyris tui Vincentii mundana proſperitate lætamur, ita & devotiores efficiamur cœleſtibus inſtitutis, per.

Alia.

Adeſto quæſumus Dne ſupplicationibus noſtris. *Ut ſupra.*

Alia.

Auxilium quæſumus Dne maieſtatis tuæ tribue poteſtatisque ſubiectis, ut quicquid actibus noſtris non meremur accipere, beati levitæ & martyris tui Vincentii aſſequamur, per.

Secreta.

Hoſtias tibi Dne beati Vincentii. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm. Qui martyrem ſuum Vincentium vocavit ad gloriam, qui eum per martyrii vulnera cœleſtem vocavit ad palmam. Hic nempe martyr, verus Dni teſtis, non dubitavit pro Xpo animam dare in mortem, ſciens quod non hic haberet civitatem manentem, ſed in cœlo diſtributam hereditatem per ſortem; non timuit tortoribus in pœnis tradere membra, ſciens quod caro ſua glorificata reſurgat, & propter dolorum flagella, recipiat præmia ſempiterna; torquetur, tunditur, flagellatur, exuritur, ſed invictus pro ſancto nomine animus non concutitur; plus ardens igne cœli, quam ferri; plus nectitur timore Dei, quam ſæculi; plus voluit placere Deo, quam foro; plus dilexit mori mundo, quam Dno. Propter quod in ſancta confeſſione triumphans, nec in perſecutione animam ponere dubitans, carnea clauſtra relinquens, ad cœleſte regnum conſcendens, cum Sanctis omnibus exultat & gaudet cum angelis & archang.

Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut qui cœleſtia. *Ut ſupra.*

Dom. III.

poſt THEOPHANIAM.

Omnipotens ſempiterne Deus, infirmitatem noſtram propitius reſpice, atque ad protegendum nos dexteram tuæ maieſtatis extende, per Dnm. *gg.*

Alia.

Vox clamantis eccleſiæ ad aures Dne quæſumus tuæ maieſtatis aſcendat, ut percepta venia peccatorum te fiat operante devota, te protegente ſecura, per Dnm. *l.* *Secreta.*

Hæc hoſtia Dne quæſumus emundet noſtra delicta, & ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora, mentesque ſanctificet, per. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et te benedicere in omni tempore, quia in te vivimus, movemur, & ſumus, & nullum tempus, nullumque momentum eſt, quod a beneficiis pietatis vacuum tranſiganus. His autem diebus, quos variis ſolemnitatum cauſis, ſalutarium nobis operum tuorum & munerum memoria ſignavit, velut innovante lætitia præteriti gaudii, vel permanentis boni, tempus agnoſcentes, indefeſſas maieſtati tuæ grates exſolvimus, per Xpm. *El. gg.*

Poſtcomm.

Quos tantis Dne largiris uti myſteriis, quæſumus, ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris, per Dnm. *gg.*

Super

Digitized by Google

Super Populum.

Aſſit Dne quæſumus propitiatio populo ſupplicanti, ut quod te inſpirante fideliter expetit, tua celeri largitate percipiat, per Dnm. *El.*

X. Kl. Febr. Natl. Sctorum EMERENTIANÆ & MACHARII Martyrum.

Maieſtati tuæ nos Dne martyrum ſupplicatio beata conciliet, ut qui inceſſabiliter actibus noſtris offendimus, iuſtorum precibus expiemur, per Dnm. *l.*

Alia.

Martyrum tuorum nos Dne ſemper feſta lætificent, & quorum celebramus meritum, experiamur auxilium, per. *l.*

Secreta.

Accepta tibi ſit Dne ſacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum, quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium, per Dnm nrm. *gg.*

Poſtcomm.

Iugiter nos Dne Sanctorum tuorum vota lætificent, & patrocinia nobis martyrum ipſæ ſemper feſtivitates exhibeant, per.

VIIII. Kl. Febr. Natale Sctorum BABILÆ & trium Parvulorum.

Sanctorum tuorum quæſumus Dne Babilæ & trium parvulorum natalitia nos tueantur, quia tanto fiducialius tuo nomini ſupplicamus, quando frequentius martyrum benedictionibus confovemur, per Dnm.

Alia.

Martyrum tuorum Babilæ & trium parvulorum nos quæſumus Dne interventio glorioſa commendet, ut quod noſtris actibus non meremur, eorum precibus conſequamur, per.

Secreta.

Suſcipe Dne propitius orationem noſtram cum oblationibus hoſtiarum, quas & martyrum tuorum Babilæ & trium parvulorum deprecatione pietati tuæ perfice benignus acceptas, per Dnm.

Præfatio.

VD. Æterne Deus! quia tu es glorioſus, & mirabilis in Sanctis tuis, quibus & in confeſſione virtutem, & in paſſione victoriam contuliſti, ut quos iuſtificabat fides, glorificaret & finis, per Xpm Dnm nrm.

Ad Comm.

Sumpſimus Dne in beatiſſimorum martyrum tuorum Babilæ & trium parvulorum ſolemnitate cœleſtis dona myſterii quæſumus, ut eorum precibus præſentis vitæ nobis pariter & æternæ tribuas benignus auxilium, per Dnm.

VIII. Kl. Febr. Natale ſancti PRÆIECTI Martyris.

Martyris tui Præiecti nos quæſumus Dne interventio glorioſa commendet, ut quod noſtris actibus non meremur, eius precibus conſequamur, per Dnm. *El.*

Super Obl.

Suſcipe Dne propitius orationem noſtram cum oblationibus hoſtiarum ſuperimpoſitis, & martyris tui Præiecti deprecatione pietati tuæ perfice benignus acceptas, & illam, quæ in eo flagravit fortis dilectio, in nobis aſpira benignus, per. *El.*

Præfatio.

VD. *Uſque* æterne Deus. Et tuam miſericordiam deprecari, ut mentibus noſtris in beati martyris tui Præiecti repetita ſolemnitate ſpiritalis lætitiæ tribuas iugiter ſuavitatem, concedasque nobis, ut venerandum paſſionis eius triumphum recolentes, obtentu illius & remiſſionem peccatorum, & Sanctorum mereamur adipiſci conſortium, per Xpum Dnm nrm. *El. gg.*

Et hæc conteſtatio bene congruit in octava unius martyris, ſive confeſſoris.

Poſtcomm.

Votiva Dne pro beati martyris tui Præiecti paſſione dona percepimus, quæſumus, ut eius precibus & præſentis vitæ nobis pariter & æternæ tribuas conferre præſidium, per Dnm. *El.*

Eodem die Converſio Sci Pauli Ápli in Damaſco.

Deus qui univerſum mundum beati Pauli apli prædicatione docuiſti, da nobis quæſumus, ut cuius hodie converſionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur, per. El. gg.

Secreta.

Apoſtoli tui Pauli precibus Dne plebis tuæ dona ſanctifica, ut quæ tibi grata ſunt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis, per Dnm. El.

Præfatio.

Digitized by Google

Præfatio.

VD. *Usque* æterne Deus! Et maieſtatem tuam ſuppliciter exorare, ut eccleſiam tuam, beati Pauli Apoſtoli tui prædicatione edoctam, nulla ſinas fallacia violari. Et ſicut nihil in vera religione manere dinoſcitur, quod non eius conveherit diſciplinis, ita ad peragenda ea quæ docuit, eius obtentu fidelibus tribuatur efficacia, ſentiatque credentium multitudo, eum pro ſe apud te interceſſorem, quem hodie a Xpo cœlitus vocatum ſe habere cognoſcit magiſtrum atque doctorem, per eundem Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Sanctificati Dne ſalutari myſterio, quæſumus, ut pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrociniis gubernari, per. *El. g g.*

V. Kl. Febr.

Natale Scæ AGNES de Nativitate. (1)

Deus qui nos annua beatæ Agnæ martyris tuæ ſolemnitate lætificas, da quæſumus, ut quam veneramur officio, etiam piæ converſationis ſequamur exémplo, per. *gg.* *Alia.*

Adeſto nobis omnipotens Deus, beatæ Agnæ feſta repetentibus, quam hodiernæ feſtivitatis prolatam exortu, ineffabili munere ſublevaſti, per Dnm. *g. El.*

Super populum.

Super Obl.

Grata tibi ſint quæſumus Dne munera, quibus ſanctæ Agnetis magnifica ſolemnitas recenſetur, ſic enim ab exordio ſui uſque in finem beati certaminis exſtitit glorioſa, ut eius nec initium debeamus præterire, nec finem, per. *g.*

Alia Secreta.

Super has hoſtias quæſumus Dne benedictio copioſa deſcendat, quæ & ſanctificationem nobis clementer operetur, & de martyrum nos ſolemnitate lætificet, per Dnm. l. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! beatæ Agnes natalitia geminantes! vere enim huius honorandus eſt dies, quæ ſic terrena generatione proceſſit, ut ad divinitatis conſortium perveniret, per Xpm Dnm nrm. *El.*

Ad Compl.

Adiuvent nos Dne quæſumus & hæc myſteria ſancta, quæ ſumpſimus, & beatæ Agnæ interceſſio veneranda, per. *g.*

Alia ad Compl.

Sumpſimus Dne celebritatis annuæ votiva ſacramenta, præſta quæſumus, ut & temporalis nobis vitæ remedia præbeant & æternæ, per Dnm. g g.

Dom. IIII.

poſt THEOPHANIAM.

Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere! da nobis ſalutem mentis & corporis, ut ea, quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuvante vincamus, per Dnm. *g g.* *Alia.*

Familiam tuam Dne quæſumus dextera tua perpetuo circumdet auxilio, ut ab omni pravitate defenſa, bonis cœleſtibus proſequatur, per Dnm. *l.*

Secreta.

Concede quæſumus omnipotens Deus, ut huius ſacrificii munus oblatum, fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemper & muniat, per Dum. *g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui genus humanum, prævaricatione ſua in ipſius originis radice damnatum, per florem virginalis uteri reddere dignatus es abſolutum, & hominem, quem per unigenitum tuum crea-

(1) *Greg.* S. Agnæ ſecunda.

Digitized by Google

creaveras, per eundem filium tuum Deum & hominem recreares, ut diabolus, qui Adam in fragili carne devicerat, conſervata iuſtitia a Deo carne vinceretur aſſumpta: & ideo. *gg. El.*

Ad Comm.

Munera tua nos Deus a delectationibus terrenis expediant, & cœleſtibus ſemper inſtruant alimentis, per Dnm. *g g. El.* *Super Populum.*

Porrige dexteram tuam quæſumus Dne plebi, tuam miſericordiam poſtulanti, per quam & errores declinet humanos, & ſolatia vitæ mortalis accipiat, & ſempiterna gaudia comprehendat, per. *l.*

IIII. Non. Febr.

YPPAPANTI. (1) *Oratio. ad Coll.*

Ad S. ADRIANUM.

Erudi quæſumus Dne plebem tuam, & quæ extrinſecus annua tribuis devotione venerari, interius aſſequi, gratiæ tuæ luce concede, per Dnm. *g g.*

Miſſa ad S. Mariam maiorem.

Omnipotens ſempiterne Deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus, ut ſicut unigenitus filius tuus hodierna die cum noſtræ carnis ſubſtantia in templo eſt præſentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præſentari, per eundem. *g g.*

Secreta.

Exaudi Dne preces noſtras, & ut digna ſint munera, quæ oculis tuæ maieſtatis offerimus, ſubſidium nobis tuæ pietatis impende, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia per incarnati Verbi. *Ut ſupra. g g.*

Alia.

VD. æterne Deus! qui genus humanum. *Require retro in priori folio. Et hæc in omnibus feſtivitatibus ſanctæ Mariæ bene congruit.*

Ad Comm.

Quæſumus Dne Deus noſter, ut ſacroſancta myſteria, quæ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti, intercedente beata ſemper virgine Maria, & præſens nobis remedium eſſe facias, & futurum, per. *g g.* Alia. (2)

Perfice in nobis quæſumus Dne gratiam tuam, qui iuſti Symeonis expectationem impleſti, ut ſicut ille mortem non vidit, priusquam Xpum Dnm videre mereretur, ita & nos vitam obtineamus æternam, per eundem Dnm. gg.

Hæc eadem ſimiliter eſt in Ambroſiano, ſicut in Gelaſiano.

Non. Febr.

Natale Scæ AGATHÆ Martyr.

Indulgentiam nobis Dne beata Agatha martyr imploret, quæ tibi grata ſemper extitit & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis, per Dnm. *g. El. g g.*

Super Obl.

Fiant Dne tuo grata conſpectui munera ſupplicantis eccleſiæ, & ut noſtræ ſaluti proficiant, aſſit nobis interceſſio beatæ tuæ martyris Agathæ, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm. Pro cuius nomine pœnarum mortisque contemptum, in utroque ſexu fidelium cunctis ætatibus contuliſti, ut inter felicium martyrum palmas Agathen quoque beatiſſimam virginem victrici patientia coronares; quæ nec

---

(1) In *Gelaſiano* vulg. & S. ELIGII inſcribitur Purificatio, in noſtris antiquiſſimis *Rhenaugienſi & San-Gallenſi* S. SIMEONIS. (2) In *Vaticano* MURAT. inſc. *Super populum.*

Digitized by Google

nec minis territa, nec ſuppliciis ſuperata, de diaboli ſævitia triumphavit, quia in tuæ deitatis confeſſione permanſit. Et ideo. *El. g g.*

Ad Comm.

Exultamus pariter & de percepto pane iuſtitiæ, & de tuæ Dne feſtivitate martyris Agathæ; quia interventionibus tibi placentium confidimus, nobis ad perpetuam vitam profutura, quæ ſumpſimus, per. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Deus qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrii contuliſti, concede propitius, ut cuius natalicia colimus, per eius ad te exempla gradiamur, per Dnm.

Super Obl.

Suſcipe munera Dne, quæ in beatæ Agathæ martyris tuæ ſolemnitate deferimus, cuius nos ſcimus patrocinio liberari, per Dnm. Ad Compl.

Auxilientur nobis Dne ſumpta myſteria, & intercedente beata Agatha martyre tua ſempiterna protectione confirment, per. Aliæ Orationes ad Miſſam.

Indulgentiam nobis Dne. Ut ſupra.

Secreta.

Deus qui nos annua beatæ Agathæ martyris tuæ ſolemnitate lætificas, da, ut quam veneramur officio, etiam piæ converſationis ſequamur exemplo, per Dnm.

Ad Comm.

Beatæ Agathæ martyris tuæ Dne precibus confidentes, quæſumus clementiam tuam, ut per ea, quæ ſumpſimus, æterna remedia capiamus, per Dnm.

Alia Miſſa Ambroſiana.

Interceſſionibus beatæ virginis & martyris tuæ Agathæ quæſumus Dne, fructum clementiæ tuæ ſentiant ſupplicantes, cuius orationibus in ſancta eccleſia tua etiam eorum devotæ efficiantur mentes, per Dnm.

Alia.

Auxilium Dne nomini tuo ſubdita poſcunt corda fidelium, ut quia ſine te nihil poſſunt implere quod iuſtum eſt, interceſſione beatæ martyris tuæ Agathæ, & quæ recta ſunt apprehendant, & omnia profutura ſuſcipiant, per. *l.*

Alia.

Tribue quæſumus omnipotens Deus, ut ſanctæ virginis & martyris tuæ Agathæ ſolemnitate lætemur, & tantæ fidei & caſtitatis proficiamus exemplo, per Dnm. *Secreta.*

Fiant Dne tuo grata conſpectui munera ſupplicantis eccleſiæ, & ut noſtræ ſaluti proficiant, aſſit interceſſio beatæ tuæ martyris Agathæ, per Dnm. *g.* *Præfatio.*

VD. *Uſque* æterne Deus. Et te in hoc præcipue die digna laude præconii canere, in quo triumphalis hoſtia tuæ maieſtati oblata eſt. Cui tantam contuliſti victoriam, ut ipſa ſæva & aſpera victricem tremerent tormenta. Cuius lampas coruſcis emicat fulgoribus, ut reſeratas poli ingredi valeat ianuas. O felix & inclita virgo, quæ meruit Dni pro laude fidelis, martyrium ſanguine clarificare ſuum. O illuſtris & glorioſa gemino illuſtrata decore! quæ inter tormenta aſpera cunctis prælata miraculis, & myſtico pollens ſuffragio apoſtoli tui meruit viſitatione curari, & te verum ſummumque Deum ſacro carmine concinere; ſic nuptam Xpo ſuſceperunt æthera, ſic humandi artus glorioſa fulgent obſequia, ubi angelorum chorus ſanctitatem mentis, & patriæ indicant liberationem; per Xpm Dnm nrm.

Ad Compl.

Exultamus pariter & de percepto. *Ut ſupra.*

Dom. V.
poſt THEOPHANIAM.

Familiam tuam, quæſumus Dne, continua pietate cuſtodi, ut quæ in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innititur; tua ſemper protectione muniatur, per Dnm. *g g.*

Alia.

Deus qui ſolus es bonus, & ſine quo nullus eſt bonus, iube nos quæſumus tales fieri, qui tua non mereamur bonitate privari, per.

Secreta.

Hoſtias tibi Dne placationis offerimus, ut & delicta noſtra miſeratus abſolvas, & nutantia corda tu dirigas, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Tibi iſtam immolationis hoſtiam offerre, quia eſt mira prorſus & ineffabilis divini gratia ſacramenti, quæ offertur a plurimis, & unum Xpi corpus ſancti Spiritus infuſione perficitur; ſinguli accipiunt Xpm Dnm, & in ſingulis portionibus totus eſt. Nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis; propterea ipſi qui ſumimus communionem huius ſancti panis & calicis, unum in Xpo corpus efficimur; per ipſius itaque maieſtatem te ſupplices exoramus! uti accepta habeas & benedicas hæc ſuperimpoſita munera, per quæ nos ab omnibus emundes contagiis vetuſtatis, & in novitate vitæ perſeverare concedas, per eundem Xpm. *El. g g.*

Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus, per eundem Dnm. *g g.*

Super populum.

Adeſto Dne populis tuis in tua protectione fidentibus, & tuæ ſe dexteræ ſuppliciter inclinantes perpetua defenſione conſerva, per Dnm. *l.*

IIII. Id. Febr.

Natale Sanctæ SOTHERIS.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut ſanctæ Sotheris, cuius humanitatis celebramus exordia, martyris beneficia ſentiamus, per Dnm. *g.*

Super Oblat.

Preces noſtras quæſumus Dne propitiatus admitte! & dicatum tibi ſacrificium beata Sotheris martyr commendet, per. *g.*

Ad Comm.

Sanctæ Sotheris precibus confidentes, quæſumus Dne, ut per ea quæ ſumpſimus, æterna remedia capiamus, per Dnm. *g.*

[*Eodem die Natale Sanctorum ZOTICI, HIRENEI, & IACINTHI.*

Domine Deus noſter, multiplica ſuper nos gratiam tuam, & quorum celebramus glorioſa certamina, tribue ſubſequi in ſancta profeſſione victoriam, per Dnm. *l.*

Secreta.

Suſcipe quæſumus Dne munera populi tui, pro martyrum feſtivitate Sanctorum, & ſincero nos corde fac eorum nataliciis intereſſe, per Dnm.

Ad Compl.

Sacramenti tui Dne quæſumus ſumpta benedictio corpora mentesque ſanctificet, & perpetuæ miſericordiæ nos præparet aſſcribendos, per Dnm.]

Dom. VI. poſt THEOPHANIAM.

Conſerva populum tuum Deus, & tuo nomini fac devotum, ut divinis ſubiectus officiis, & temporalia utiliter, & æterna dona feliciter accipiat, per Dnm. *g g.*

El. ſuper populum.

Alia.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut ſemper rationabilia meditantes, quæ tibi ſunt placita, & dictis exſequamur & factis, per. *g g.*

Secreta.

Hæc oblatio Deus mundet nos a crimine, & renovet, gubernet, & protegat, per Dnm. *g g.*

Præ-

Digitized by Google

Præfatio.

VD. æterne Deus! ad cuius immenſam pertinet gloriam, ut non ſolum mortalibus tua deitate ſuccurras, ſed & de ipſa etiam mortalitate noſtra nobis remedium provideres, & perditos quosque, unde perierant, inde ſalvares, per Xpm Dnm. *El. gg.* *Ad Comm.*

Cœleſtibus Dne paſti deliciis, quæſumus, ut ſemper eadem, per quæ veraciter vivimus, appetamus, per Dnm. *gg.*

Super populum.

Adeſto Dne fidelibus tuis, & quibus ſupplicandi tribuis miſeratus affectum, concede benigniſſime conſolationis auxilium, per Dnm. *gg.*

XVI. Kl. Mart.

Natale ſanctorum VALENTINI, VITALIS, FELICULÆ, & ZENONIS.

Tuorum nos Dne quæſumus precibus tuere Sanctorum, ut feſta martyrum tuorum Valentini, Vitalis, Feliculæ & Zenonis ſine ceſſatione venerantes, & fideli muniamur auxilio, & magnifico proficiamus exemplo, per Dnm. *g.*

Super Oblat.

Ad martyrum tuorum Valentini, Vitalis, Feliculæ & Zenonis, Dne, feſta venientes, munera nomini tuo dicata offerimus, ut illis reverentiam impendentes, nobis veniam impetremus, per Dnm. *g.*

Ad Comm.

Protege Dne plebem tuam, & in feſtivitate martyrum tuorum Valentini, Vitalis, Feliculæ & Zenonis, qua nobis tribuis aſſidue debita tibi perſolvere, precibus concedas eorum noſtrarum abſolutionem culparum, per Dnm. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut qui beati Valentini martyris tui natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus eius interceſſione liberemur, per Dnm. g g.

Secreta.

Oblatis quæſumus Dne placare muneribus, & intercedente beato Valentino martyre tuo, a cunctis nos defende periculis, per Dnm. g g.

Ad Comm.

Sit nobis Dne reparatio mentis & corporis cœleſte myſterium, ut cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum, per Dnm g g.

XIIII. Kl. Mart.

Natale ſanctæ IULIANÆ. Gel.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas, da nobis in feſtivitate ſanctæ martyris tuæ Iulianæ congrua devotione gaudere, ut & potentiam tuam in eius paſſione laudemus, & proviſum nobis percipiamus auxilium, per. *g.*

Secreta.

In ſanctæ martyris tuæ Iulianæ paſſione precioſa te Dne mirabilem prædicantes, munera votiva deferimus, præſta quæſumus, ut ſicut eius tibi grata ſunt merita, ſic noſtræ ſervitutis accepta reddantur officia, per. *g.*

Ad Comm.

Libantes Dne menſæ tuæ beata myſteria, quæſumus, ut ſanctæ Iulianæ martyris tuæ interventionibus glorioſis & præſentem nobis miſericordiam conferant, & æternam, per. *g.*

Digitized by Google

VIII. Kl. Mart.

Cathedra Sci PETRI. Gel. GG.

Deus qui apoſtolo tuo Petro collatis clavibus regni cœleſtis animas ligandi atque ſolvendi pontificium tradidiſti! concede, ut interceſſionis eius auxilio a peccatorum noſtrorum nexibus liberemur, per. *El.* *Secreta.*

Eccleſiæ tuæ quæſumus Dne preces & hoſtias beati Petri apoſtoli tibi commendet oratio, ut quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad veniam, per. *El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus. Et te laudare mirabilem in Sanctis tuis, in quibus glorificatus es vehementer! per quos & unigeniti tui ſacrum corpus exœnans, (f. *exornans*) in ipſis eccleſiæ tuæ munimenta conſtituiſti! quam in patriarchis præparaſti, in prophetis prædixiſti, in apoſtolis exhibuiſti. Ex quibus beatum Petrum per os ipſius Domini Deique noſtri Verbi tui, vocatum in apoſtolatum, & ob confeſſionem Xpi unigeniti filii tui apoſtolorum principem conſtitutum; & immutato nomine, poſito in fundamento domus tuæ cœleſtium clauſtrorum præſulem cuſtodemque feciſti, divinitus ei iure conceſſo, ut quæ ſtatuiſſet in terris, ſervarentur in cœlis; In cuius veneratione hodierna die maieſtati tuæ hæc feſta perſolvimus, & gratiarum ac laudum hoſtiam immolamus, per eundem Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Ad Comm.

Lætificet nos Dne munus oblatum! ut ſicut in apoſtolo Petro te mirabilem prædicamus, ſic per illum tuæ ſumamus indulgentiæ effectum, per Dnm nrm I. X. filium tuum. *El. gg.*

[*Non. Mart. Natale Scarum PERPETUÆ & FELICITATIS. Gel.*

Da nobis Dne Deus noſter Sanctorum martyrum palmas inceſſabili veneratione venerari, ut quos digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequiis, per Dnm. *l. g.* *Secreta.*

Intende Dne munera quæſumus altaribus tuis pro ſanctarum tuarum Felicitatis & Perpetuæ commemoratione propoſita, ut ſicut per hæc beata myſteria illis gloriam contuliſti, nobis indulgentiam largiaris, per Dnm. *g.*

Ad Comm. GG.

Præſta nobis Dne quæſumus intercedentibus Sanctis, ut quæ ore contingimus, pura mente capiamus, per. *g.*]

IIII. Id. Mart.

Natale Sci GREGORII Papæ. Gel. A.

Concede quæſumus Dne fidelibus tuis digne Sci Gregorii pontificis tui celebrare myſteria, ut eius, quæ fideliter exequuntur, & hic experiantur auxilia, & æternis effectibus apprehendant, per. *El.*

Alia. GG.

Infirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus, & quia pondus &c. *Rq. in natali Sci Fabiani Papæ.*

Secreta. (1)

Has hoſtias Dne, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, ſancti Gregorii proſequatur oratio, per quas nos expiari facias, & defendi, per Dnm. *El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia ſic tribuis eccleſiam tuam ſancti Gregorii pontificis tui com-

(1) In *Vaticano* MURAT. & *Rhenang. Gregor. ſuper oblato: Annue nobis, ut animæ famuli tui* GREGORII *proſit oblatio &c.*

commemoratione gaudere; ut eam ſemper illius & feſtivitate lætifices, & exemplo piæ converſationis exerceas, & verbo prædicationis erudias, grataque tibi ſupplicatione tuearis per Xpm Dnm. *El. gg.*

Ad Comm.

Præſtent nobis Dne quæſumus tua ſancti præſidium, quæ intervenientibus beati Gregorii meritis ab omnibus nos abſolvant peccatis, per. *El.*

Hæc eadem in Ambroſ.

VIII. Kl. Apr.

Annuntiatio Sanctæ MARIÆ. Gel.

[Omnipotens ſempiterne Deus, qui coæternum tibi filium hodie pro mundi ſalute ſecundum carnem Spiritu ſancto concipiendum, angelico miniſterio beatæ Mariæ ſemper virgini declaraſti! adeſto propitius populo tuo, ut ad eius nativitatem, pace conceſſa, liberioribus animis occurramus, per eundem Dnm. (1)

Alia.

Exaudi nos Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui per beatæ Mariæ ſacri uteri fœtum, & divinæ gratiæ obumbrationem univerſum mundum illuminare dignatus es, maieſtatem tuam ſuppliciter exorantes, ut quod noſtris meritis non valemus obtinere, eius adipiſci præſidiis mereamur, per eundem Dnm. *g. El.*

Secreta.

Altari tuo Dne ſuperimpoſita munera Spiritus ſanctus benignus aſſumat! qui hodie beatæ Mariæ viſcera ſplendoribus ſuæ virtutis replevit, per Dnm. *El.*

Alia Secreta. (2)

Oblationes noſtras quæſumus Dne propitiatus intende, quas in honore beatæ & glorioſæ ſemperque virginis Dei genitricis Mariæ annua ſolemnitate deferimus, & coæternus Spiritus ſanctus tuus, qui illius viſcera ſplendore ſuæ gratiæ replevit, nos ab omni facinore delictorum emundet benignus, per eundem in unitate eiusdem. *g.* *Præfatio.*

VD. æterne Deus, qui nos mirabile myſterium, & inenarrabile ſacramentum per venerabilem Mariam credere docuiſti, in qua manet intemerata caſtitas, pudor integer, firma conſtantia. Nam in hoc ſe matrem Dni fuiſſe cognovit, quia illum cum gaudio protulit, quem incorrupta concepit; lætatur, quod cœli Dnm clauſis portavit viſceribus; quod virgo edidit partum: o admirandam divinæ diſpenſationis operationem! quæ virum non cognovit, & mater eſt, & poſt filium virgo eſt; duobus enim gaviſa eſt muneribus, miratur, quod intacta peperit; exultat, quod nutrivit redemptorem Ieſum Chrm Dnm noſtrum, per quem.

Ad Comm. G.

Adeſto Dne populo tuo, ut quæ ſumpſit fideliter, & mente ſibi & corpore beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione cuſtodiat, per.]

Similiter in Ambroſ. *Si-*

---

(1) Rhen. *Gratiam tuam &c.* Secreta. *Accepta tibi ſit quæſumus Domine hæc oblatio plebis tuæ, quam offerimus hodie ob incarnationem ſimul & paſſionem redemtoris noſtri Ihesu Chriſti, te ſupplices deprecamur, ut placatus accipias.* Poſtcom. *Deus qui divinis obſequiis angelorum magnificas dignantes* (f. dignitates) *extremitatem noſtram ad reſpectum tuæ viſitationis inluſtra, ut quod per illos facis nobis mirabiliter nuntiari, facias nos miſericorditer adipiſci. Per.*

(2) Hæc *alia Secreta* habetur in vulgato *Gelaſiano*, ibidemque prima oratio eſt altera hic poſita *Exaudi nos &c.* antiquius ſacramentar. *San-Gall.* addit poſtremo orat. *ſuper populum* Protege Domine famulos tuos &c. *ut infra.*

Digitized by Google

Alia Miſſa Gregoriana.

Deus qui de beatæ virginis utero Verbum tuum angelo adnuntiante carnem ſuſcipere voluiſti, præſta ſupplicibus tuis, ut qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuvemur, per eundem. g g.

Alia. (1)

Deus qui hodierna die Verbum tuum beatæ virginis alvo coadunare voluiſti, fac nos ita peragere, ut tibi placere valeamus, per Dnm. g g.

Secreta.

In mentibus noſtris Dne veræ fidei ſacramenta confirma, ut qui conceptum de virgine Deum verum & hominem confitemur, per eius ſalutiferæ reſurrectionis potentiam ad æternam mereamur pervenire lætitiam, per eundem. g g.

Ad Comm. A.

Gratiam tuam Dne mentibus noſtris infunde, ut qui angelo nuntiante Xpi filii tui incarnationem cognovimus, per paſſionem eius & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur, per eundem. *g g.*

Alia Orationes. G.A.

Protege Dne famulos tuos ſubſidiis pacis, & beatæ Mariæ patrociniis confidentes a cunctis hoſtibus redde ſecuros, per. *g g.*

Alia. G.A.

Beatæ & glorioſæ ſemperque virginis Dei genitricis Mariæ nos Dne quæſumus merita proſequantur, & tuam nobis indulgentiam ſemper implorent, per Dnm. *g. El.* *Alia.* G.A.

Beatæ & glorioſæ ſemper virginis Dei genitricis Mariæ, quæſumus omnipotens Deus, interceſſio glorioſa nos protegat, & ad vitam perducat æternam, per eundem. *Alia.*

Porrige nobis Deus dexteram tuam, & per interceſſionem beatæ & glorioſæ ſemperque virginis Dei genitricis Mariæ auxilium nobis ſupernæ virtutis impende, per eundem. *g. El.*

Dom. in LXX.

Ad ſanctum LAURENTIUM foris murum. Gelaſ.

Deus qui per ineffabilem obſervantiam ſacramenti famulorum tuorum præparas voluntates, donis gratiæ tuæ corda noſtra purifica, ut quod ſancta devotione tractandum eſt, ſinceris mentibus exequamur, per. *g.*

Alia.

Concede quæſumus omnipotens Deus fragilitati noſtræ ſufficientiam competentem, ut ſui reparationis affectum & pia converſatione recenſeat, & cum exultatione ſuſcipiat, per. *g. El.*

Secreta.

Concede nobis miſericors Deus, & digne tuis ſervire ſemper altaribus, & eorum perpetua participatione ſalvari, per Dnm. *g. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia per ea, quæ conſpiciuntur, inſtruimur, quibus modis ad inviſibilia tendere debeamus; denique commonemur, anni ducente ſucceſſu, de præteritis in futura, & ad nativitatem vitæ de vetuſtate tranſire; ut terrenis ſuſtentationibus expediti, cœleſtis doni capiamus deſiderabilius ubertatem, & per eum cibum qui beneficiis prærogatur alternis, perveniamus ad victum ſine fine manſurum, per Xpm Dnm. *l. El.*

Ad Comm.

Sacræ nobis quæſumus Dne menſæ libatio,

(1) Ad Miſſam.

Digitized by Google

batio, & piæ converſationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præſtet auxilium, per.

Alia Miſſa Ambroſiana. GG. (1)

Preces populi tui, quæſumus Dne, clementer exaudi, ut qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur, per.

Alia. GG.

Familiam tuam, quæſumus Dne, continua pietate cuſtodi, ut quæ in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innititur, tua ſemper protectione muniatur, per. gg.

Secreta. GG.

Muneribus noſtris, quæſumus Dne, precibusque ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi, per. l gg. *Alia Secreta.*

Hoſtias, quæſumus Dne, noſtræ devotionis benignus aſſume, & ſacrificiis glorioſis ſubditorum tibi corda purifica, per. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! ad cuius immenſam pertinet gloriam, ut non ſolum mortalibus tua deitate ſuccurreres, ſed & de ipſa etiam mortalitate noſtra nobis remedium provideres, & perditos quosque, unde perierant, inde ſalvares, per Xpm Dom nrm. *l.*

Ad Comm. GG.

Fideles tui Deus perpetuis donis firmentur, ut eadem & percipiendo requirant, & quærendo ſine fine percipiant, per. *g g.*

Dom. in LX. Ad S. PAULUM. Gel.

Deus qui conſpicis, quia ex nulla noſtra actione confidimus! concede propitius, ut contra adverſa omnia doctoris gentium protectione muniamur, per. *gg.*

Alia.

Tuere, quæſumus Dne, plebem tuam, & ſacram ſolemnitatem recolentem gratiæ cœleſtis largitate proſequere, ut viſibilibus adiuta ſolatiis ad inviſibilia bona promptius incitetur, per. *l. g. El. Super populum. Secreta.*

Intende, quæſumus Dne, hoſtiam familiæ tuæ, & quam ſacri muneris facis eſſe participem, tribuas ad eius plenitudinem pervenire, per. *g. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui rationabilem creaturam, ne temporalibus dedita bonis ad præmia ſempiterna contendat, ea diſpenſatione dignaris erudire, ut nec caſtigatione deficiat, nec proſperitatibus inſoleſcat, ſed hoc potius fiat eius glorioſa devotio, quo nullis adverſitatibus obruta ſuperatur, per Xpm Dnm. *l. gg. El.*

Ad Comm.

Sit nobis, quæſumus Dne, cibus ſacer potusque ſalutaris, qui & temporalem vitam muniat, & præſtet æternam, per. *l. g. El. Super populum.*

Rege, quæſumus Dne, populum tuum, & gratiæ tuæ in eo dona multiplica, ut ab omnibus liber offenſis, & temporalibus non deſtituatur auxiliis, & ſempiternis gaudeat inſtitutis, per. *l. g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Deus qui conſpicis, quia ex nulla &c. Ut ſupra. Secreta.

Oblatum tibi Dne ſacrificium vivificet nos ſemper & muniat, per.

Ad Comm.

Supplices te rogamus omnipotens Deus, ut quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſervire concedas, per. gg.

(1) *Ambroſiana & Gregoriana* miſſa.

Digitized by Google

Alia Miſſa Ambroſiana GG.

Auxiliare Dne populo tuo, ut ſacræ devotionis proficiens incrementis, & tuo ſemper munere gubernetur, & ad redemptionis æternæ pertineat te ducente conſortium, per. *eg.*

Alia. GG.

Concede nobis omnipotens Deus præſidia militiæ chriſtianæ ſanctis inchoare ieiuniis, ut contra ſpiritales nequitias pugnaturi, continentiæ muniamur auxiliis, per. *l. eg.*

Secreta.

Gratias tibi referat Dne corde ſubiecto tua ſemper eccleſia, & conſequenter obtineat, ut obſervationes antiquas iugiter recenſendo proficiat in futurum, per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui non ſolum peccata dimittis, ſed ipſos etiam peccatores ieiunando iuſtificas, & reis non tantum pœnam relaxas, ſed donas abſtinentibus etiam præmia ſempiterna, per Xpm. *l. g g.* *Ad Comm.*

Refecti vitalibus alimentis, quæſumꝰ Dne, ad vitam nutriamur æternam, per. *g.*

Dom. in L.

Ad S. PETRUM. Gel. GG.

Preces noſtras, quæſumus Dne, clementer exaudi, atque a peccatorum vinculis abſolutos, ab omni nos adverſitate cuſtodi, per. *g g. El.*

Alia. GG.

Aufer a nobis Dne, quæſumus, iniquitates noſtras, ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur ſenſibus introire, per. *l. g. g g.* *Secreta.* GG.

Sacrificium Dne obſervantiæ paſchalis offerimus, prælta quæſumus, ut tibi & mentes noſtras reddat acceptas, & continentiæ promptioris nobis tribuat facultatem, per. *g. g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! & maieſtatem tuam cernua devotione exorare, ut modulum terrenæ fragilitatis aſpiciens, non in ira tua, pro noſtra pravitate, nos arguas, ſed immenſa clementia purifices, erudias, & conſoleris; quia cum ſine te nihil poſſumus facere, quod tibi ſit placitum, tua nobis gratia ſola præſtabit, ut ſalubri converſatione vivamus, per Xpm. *El. g g.*

Ad Comm.

Repleti ſumus donorum participatione cœleſtium, præſta quæſumus, ut eadem ſumamus iugiter, & inceſſabiliter ambiamus, per. *g. El.*

Super populum.

De multitudine miſericordiæ tuæ, Dne, populum tibi protege confitentem, & corporaliter gubernatum piæ mentis affectum tuis muneribus aſſequendis effice promptiorem, per. *g. El.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Preces noſtras, quæſumus Dne, clementer. Ut ſupra. Secreta.

Hæc hoſtia Dne, quæſumus, emundet noſtra delicta, & ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora mentesque ſanctificet, per Dnm. g g.

Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut qui cœleſtia alimenta percepimus, per hæc contra omnia adverſa muniamur, per. g g.

Alia Miſſa Ambroſiana.

Subdita tibi Dne plebis tuæ corda ſanctifica, ut benedictionem, quam ieiuniis expetit, te donante percipiens, & præſentibus gaudeat conſolationibus, & futuris, per.

Alia.

Deus qui non deſpicis contritos corde, & afflictos miſeriis, populum tuum ieiunii ad te devotione clamantem propitiatus exaudi, ut quos humiliavit adverſitas, attollat tuæ reparationis proſperitas, per. *g.*

Secreta.

Eccleſiæ tuæ Dne munera ſanctifica, & concede, ut per hæc veneranda myſteria & ſanctæ inſtitutionis ieiunia, pane cœleſti refici mereamur, per.

Præfatio.

Digitized by Google

Præfatio.

VD. æterne Deus! illuminator & redemptor animarum noſtrarum! qui nos per primum Adam abſtinentiæ lege violata paradiſo eiectos, fortioris ingenii remedio ad antiquæ patriæ beatitudinem per gratiam revocaſti, noſque pia inſtitutione docuiſti, quibus obſervationibus liberemur, per Xpm. *g g.*

Ad Comm.

Tuorum nos Dne largitate donorum & temporibus attolle præſidiis, & renova ſempiternis, *per. l.*

Feria IIII.

Collecta ad S. ANASTASIAM. Gel. GG. (1)

Concede nobis Dne præſidia militiæ. *Req. in Sexageſ. l. g g.*

Item ad Miſſam. ad S. SABINAM. Gel. GG.

Præſta Dne fidelibus tuis, ut ieiuniorum veneranda ſolemnia & congrua pietate ſuſcipiant, & ſecura devotione percurrant, per. *g g.*

Secreta. GG.

Fac nos, quæſumus Dne, his muneribus offerendis convenienter aptari, quibus ipſius venerabilis ſacramenti venturum celebramus exordium, per. *g. g g. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largitis & præmia, per Xpm. *g g. El.*

Ad Comm. GG.

Percepta nobis Dne præbeant ſacramenta ſubſidium, ut & tibi grata ſint noſtra ieiunia, & nobis proficiant ad medelam, per. *g g.*

Super populum. GG.

Tuere Dne populum tuum. *Rq. poſtea in VI. feria.*

Alia ſuper populum. GG.

Inclinantes ſe Dne maieſtati tuæ propitiatus intende, ut qui divino munere ſunt refecti, cœleſtibus ſemper nutriantur auxiliis, per. *l. g g.*

Feria V.

Ad Scm GEORGIUM. Gelaſ. (2)

Da, quæſumus Dne, fidelibus tuis ieiuniis paſchalibus convenienter aptari, ut ſuſcepta ſolemniter caſtigatio corporalis cunctis ad fructum proficiat animarum, per. *g. El. g g.*

Secreta.

Fac nos, quæſumus Dne, ſalutis noſtræ cautas & devotis ſemper frequentare ſervitiis, & devotius recolere principaliter inchoatas, per. *g.*

Ad Comm.

Hæc nos reparent, quæſumus Dne, beata myſteria, & ſuo munere dignos efficiant, per. *g.*

Super populum.

Inclinantes ſe Dne. *Ut ſupra.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte, per. g g. Se-

(1) *Rben.* tit. *Caput de ieiuniis.* In *San-Gallenſi* vetuſtiori cod. præmittitur *ordo agentibus publicam penitentiam* cum orationibus, ut in vulgato *Gelaſ.* inverſo tantum ordine. Sequuntur in vulgato *Gelaſ. orat. & preces a Quinquageſima uſque Quadrageſ.* Aufer a nobis &c. *Poſtea in ieiunio primo ſtatim. Feria IIII.* Inchoata ieiunia &c. In *San Gallenſi* vero *Feria IIII. caput de ieiuniis ſtatio ad S. Suvinum ad collectam* concede nobis &c. ut in *Rbenaugienſi.*

(2) Officium Feriæ V. per Quadrageſimam deſideratur in *Gelaſiano* vulgato; prima oratio habetur Fer. VI. Secreta Fer. IV.

Digitized by Google

Secreta.

Sacrificiis præſentibus Dne, quæſumus, intende placatus, ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti, per. l. g g.

Ad Comm.

Cœleſtis doni benedictione percepta ſupplices te Deus omnipotens deprecamur, ut hoc idem nobis & ſacramenti cauſa ſit, & ſalutis, per. l. g g.

Super populum.

Parce Dne, parce populo tuo, ut dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret, per. l. g g.

Feria VI.

Ad Sanctos IOHANNEM & PAULUM. Gel.

Adiuva nos Deus ſalutaris noſter! ut quæ collata nobis honorabiliter recenſemus, devotis mentibus aſſequamur, per. *g.*

Secreta.

Præpara nos, quæſumus Dne, huius præcipuæ feſtivitatis officiis, ut hæc ſacrificia ſobriis mentibus celebremus, per. *g.*

Ad Comm.

Tribue nobis omnipotens Deus, ut dona cœleſtia, quæ debito frequentamus obſequio, ſincera profeſſione ſentiamus, per. *g.*

Super populum.

Præſta famulis tuis Dne abundantiam tuæ protectionis & gratiæ, da ſalutem mentis & corporis, da continuæ proſperitatis augmenta, & tibi ſemper eos fac eſſe devotos, per. *l. g.*

Alia Miſſa Gregoriana. G. (1)

Inchoata ieiunia, quæſumus Dne, benigno favore proſequere, ut obſervantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam ſinceris exercere valeamus, per. g. g g.

Secreta.

Sacrificium Dne obſervantiæ paſchalis offerimus. Rq. in tertio fol. de Quinq. g g.

Ad Comm.

Spiritum nobis Dne tuæ caritatis infunde, ut quos uno cœleſti pane ſatiaſti, tua faciat pietate concordes, per. in unitate eiusdem. l. g g.

Super populum.

Tuere Dne populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda, quia nulla ei nocebit adverſitas, ſi nulla dominetur iniquitas, per. l. g g.

Sabbato. Gel.

Obſervationis huius annua celebritate lætantes, quæſumus Dne, ut paſchalibus actionibus inhærentes, plenis eius effectibus gaudeamus, per. *g.*

Alia.

Adeſto Dne ſupplicationibus noſtris, & (f. ut) hoc ſolemne ieiunium, quod animis corporibusque curandis ſalubriter inſtitutum eſt, devoto ſervitio celebremus, per. *l. g.*

Secreta.

Suſcipe Dne ſacrificium, cuius te voluiſti dignanter immolatione placari, præſta quæſumus, ut huius operatione mundati, beneplacitum tibi noſtræ mentis offeramus affectum, per. *l. g.*

Ad

(1) Hæc oratio in *Gelaſ.* vulg. legitur in ieiunio prima ſtation. Feria IV. cum variante lectione *corporaliter exercemus, mentibus valeamus implere ſinceris.* De cætero officium utrinque diverſum eſt: neque aliæ miſſæ & orationes, quæ *Gelaſianæ* inſcribuntur in noſtro hoc codice, tam ſæpe cum vulgato *Gelaſiano* conveniunt, ſicuti cum antiquiſſimo *Rhenaugienſi* geminoque *San-Gallenſi*: qui eodem modo inſcribitur liber ſacramentorum *Romanæ* eccleſiæ, ad diſtinctionem nempe *Gregoriani*, qui titulum habet: Liber ſacramentorum . . . expoſitus a S. GREGORIO P. R. qualem hic ſequimur ex cod. *San-Blaſiano*, conformem *Vaticano* per MURATORIUM edito, ac aliis, conveniuntque ad unam omnes miſſæ & orationes quadrageſimales, quas hic ex *San-Gallenſi* deſcribimus.

Digitized by Google

Ad Comm.

Cœleſtis vitæ munere vegetati, quæſumus Dne, ut quod eſt nobis in præſenti vita myſterium, fiat æternitatis auxilium, per. *l. g.*

Alia ad Complendum. (1)

Fideles tui Deus per tua dona. *Rq. ſupra in Septuag.* (2) (3)

Dom. in XL. ad Sanctum IOHANNEM in Laterano. Gel.

Concede nobis omnipotens Deus, ut per annua quadrageſimalis exercitia ſacramenti, & ad intelligendum Xpi proficiamus arcanum, & effectus eius digna converſatione ſectemur, per. *g.*

Secreta.

Sacrificium Dne quadrageſimalis initii ſolemniter immolamus, te Dne deprecantes, ut cum epularum reſtrictione carnalium, a noxiis quoque voluptatibus temperemur, per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm. Qui continuatis quadraginta diebus & noctibus hoc ieiunium non eſuriens dedicavit. Poſtea enim eſuriit, non tam hominum cibum, quam ſalutem; nec eſcarum corporalium epulas concupivit, ſed animarum deſideravit potius ſanctitatem. Cibus enim eius eſt redemptio populorum: cibus eius eſt totius bonæ voluntatis affectus, qui nos docuit operari, non cibum, qui terrenis dapibus apparatur, ſed qui divinarum ſcripturarum lectione percipitur; per quem maieſtatem. *El. gg.*

Ad Comm. GG.

Tui nos Dne ſacramenti libatio ſancta reſtauret, & a vetuſtate purgatos in myſterii ſalutaris faciat tranſire conſortium, per. *g g.*

Super populum.

Super populum tuum, Dne quæſumus, benedictio copioſa deſcendat, indulgentia veniat, conſolatio tribuatur, fides ſancta ſuccreſcat, redemptio ſempiterna firmetur, per. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana. G.

Deus qui eccleſiam tuam annua quadrageſimali obſervatione purificas, præſta familiæ tuæ, ut quod a te obtinere abſtinendo nititur, hoc bonis operibus exſequatur, per Dnm. El. gg.

Secreta.

Sacrificium Dne quadrageſimalis. Ut ſupra. Ad Comm. G.

Tui nos Dne ſacramenti. Ut ſupra.

Super populum. G.

Super populum tuum Dne. Ut ſupra. *El.* Ad Veſp. G.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus, æternæ promiſſionis gaudia quærere, & quæſita citius invenire, per Dnm. gg.

Ad fontes. G.

Adeſto, quæſumus Dne, ſupplicationibus noſtris, & in tua miſericordia confidentes, ab omni nos adverſitate cuſtodi, per Dnm. gg.

Item

---

(1) In miſſali *Rom.* notatur hæc oratio *ſuper populum.*

(2) In antiquiori ſacramentario *Gregoriano San-Blaſiano* (cum quo alias, præſertim in officiis quadrageſimalibus, ad litteram convenit ſacramentarium *San-Gallenſe*) hic eædem orationes habentur, quas paullo ante ex vulgato *Gelaſiano* notavimus orat. & preces a Quinquageſima uſque Quadrageſ. *Aufer a nobis &c.* excepta hac Secreta: *Oblatio Domine tuo nomini dicanda nos purificet, & de die in diem ad cæleſtis vitæ tranſeat actionem Per.*

(3) In *Vaticano* MURAT. pariter deeſt hic officium ſabbati *Gregorianum*, variantque in editis & MSS.

Item Dom. in capite XL.mæ

Ambroſ.

Præſta famulis tuis Dne. *Rq retro in VI. Feria.*

Alia.

Familiæ tuæ, quæſumus Dne, abſolve peccata, mentesque purifica, ut venerabilis ieiunii dies congrua devotione repetentes, quæ fideliter poſcimus, impetrare mereamur, per Dnm nrm.

Secreta.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus, ieiuniorum magnifici ſacramenti & digne ſemper tractare myſteria, & competenter honorare primordia, per Dnm *g. Fer. VI.* *Præfatio.*

VD per Xpm Dnm nrm. In quo ieiunantium fides alitur, ſpes provehitur, caritas roboratur; Ipſe eſt enim panis verus & vivus, qui eſt ſubſtantia æternitatis, eſca virtutis; Verbum enim tuum, per quod facta ſunt omnia, non ſolum humanarum mentium, ſed ipſorum quoque panis eſt angelorum: huius panis alimento Moyſes famulus tuus quadraginta diebus ac noctibus legem ſuſcipiens ieiunavit, & a carnalibus cibis, ut tuæ ſuavitatis capacior eſſet, abſtinuit. Unde nec famem corporis ſenſit, & terrenarum oblitus eſcarum eſt, quia illum & gloriæ tuæ clarificabat aſpectus, & influente Spiritu Dei ſermo paſcebat. Hunc panem etiam nobis miniſtrare non deſinas, quem ut indeficienter eſuriamus, hortaris, Ihm Xpm Dnm nrm, per quem maieſtatem. *g g. ex parte.*

Ad Comm.

Sumpſimus Dne ſacramenta cœleſtia, propterea deprecamur, ut quorum continua perceptione reficimur, ſalutari traditione lætemur, per Dnm

---

Feria II.

ad S. PETRUM ad Vincula. G.

Converte nos Deus ſalutaris noſter, & ut nobis ieiunium quadrageſimale proficiat, mentes noſtras cœleſtibus inſtrue diſciplinis, per Dnm. *El. g g.*

Alia.

Sanctifica Dne, quæſumus, noſtra ieiunia, & cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum, per. *g.*

Secreta.

Accepta tibi ſit Dne noſtræ devotionis oblatio, quæ & ieiunium noſtrum te operante ſanctificet, & indulgentiam nobis tuæ conſolationis obtineat, per. *g. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui das eſcam omni carni, nos quidem non ſolum carnalibus, ſed etiam ſpiritalibus eſcis reficiens, ut non in ſolo pane vivamus, ſed in omni verbo tuo vitalem habeamus alimoniam, nec tantum epulando, ſed etiam ieiunando paſcamur. Nam ut dapibus & poculis corpora, ſic ieiuniis & virtutibus animæ ſaginantur. Magnam quippe in hoc munere ſalubritatem mentis ac corporis contuliſti, quia ieiunium nobis venerabile dedicaſti, ut ad paradiſum, de quo non abſtinendo cecidimus, ieiunando ſolemnius redeamus, per Xpm Dnm nrm. *El. g g.*

Ad Comm.

Salutaris tui Dne munere ſatiati ſupplices exoramus, ut cuius lætamur guſtu, renovemur effectu, per Dnm. *g g.*

Super populum.

Eſto Dne propitius plebi tuæ, & temporali conſolatione non deſeras, quam vis ad æterna contendere, per Dnm. nrm. *l. g. El.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Converte nos Deus ſalutaris noſter. Ut ſupra. Secreta.

Munera Dne oblata ſanctifica, noſque a peccatorum noſtrorum maculis emunda, per Dnm. Ad Comm.

Salutaris tui Dne munere. Ut ſupra.

Super populum.

Abſolve quæſumus Dne noſtrorum vincula peccatorum, & quicquid pro eis meremur, propitiatus averte, per Dnm.

Item unde ſupra Miſſa Ambroſ.

Converte nos Deus ſalutaris noſter. *Ut ſupra.*

Alia.

Sanctifica Dne quæſumus noſtra ieiunia. *Ut ſupra.*

Secreta.

Munera Dne oblata ſanctifica. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui nos non ſolum carnalibus

bus, ſed etiam ſpiritalibus reficis eſcis, ut non in ſolo pane vivamus, ſed in omni verbo tuo. *Et reliqua, ut ſupra.*

Ad Comm.

Salutaris tui Dne munere ſatiati. *Ut ſupra.*

Feria III.

Ad S. ANASTASIAM. G.

Reſpice Dne familiam tuam, & præſta, ut apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat, quæ ſe carnis maceratione caſtigat, per Dnm. *g g.*

Alia.

Pacem nobis tribue Dne, quæſumus, mentis & corporis, ut per ieiunium noſtræ fragilitatis & manifeſti ſubiiciantur hoſtes, & inviſibiles excludantur, per. *g. El.*

Secreta.

Oblatis, quæſumus Dne, placare muneribus, & a cunctis nos defende periculis, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm. In quo ieiunantium fides additur (alitur) ſpes provehitur, caritas roboratur. Ipſe eſt enim panis vivus & verus, qui ſubſtantia æternitatis, & eſca virtutis eſt. Verbum enim tuum, in quo facta ſunt omnia, non ſolum humanarum mentium, ſed etiam panis eſt angelorum; hunc panem miniſtrare nobis non deſinas, & ut eum indeſinenter eſuriamus horteris, cuius carne dum paſcimur, roboramur, & ſanguine dum potamur, abluimur. Per quem maieſtatem. *El g g. Vide ſupra in Ambroſ. p.* 38.

Ad Comm.

Sumpſimus Dne celebritatis annuæ votiva ſacramenta, præſta quæſumus, ut & temporalis vitæ nobis remedia præbeant & æternæ, per. *g. g g.*

Super populum.

Aſcendant ad te Dne preces noſtræ, & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam, per Dnm. *g g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Reſpice Dne familiam tuam. Ut ſupra.

Secreta.

Oblatis quæſumus Dne placare muneribus. Ut ſupra.

Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus, per. g g.

Super populum.

Aſcendant ad te Dne preces noſtræ. Ut ſupra.

Item unde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Reſpice Dne familiam tuam. *Ut ſupra.*

Alia.

Aſcendant ad te Dne preces. *Ut ſupra.*

Secreta.

Oblatis quæſumus Dne placare muneribus. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm. Qui continuatis quadraginta diebus & noctibus hoc ieiunium non eſuriens dedicavit; poſtea enim eſuriit, non tam cibum hominum, quam ſalutem. Nec eſcarum ſæcularium epulas concupivit, ſed animarum deſideravit potius ſanctitatem; cibus namque eius eſt redemptio populorum: cibus eius eſt totius bonæ voluntatis effectus; qui nos docuit operari non cibum, qui terrenis dapibus apparatur, ſed eum, qui divinarum ſcripturarum lectione percipitur, per quem maieſtatem tuam. *g g. Vide ſupra p.* 37. *in g g.*

Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut illius ſalutaris. *Ut ſupra.*

Feria IIII.

Ad ſanctam MARIAM ad Præſepe. G.

Preces noſtras, quæſumus Dne, clementer exaudi, & contra cuncta nobis adverſantia dexteram tuæ maieſtatis extende, per Dnm nrm Ihm Xpm. *g g. El.*

Alia.

Devotionem populi tui, quæſumus Dne, benignus intende, ut qui per abſtinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente, per Dnm. *g g.*

Secreta.

Digitized by Google

Secreta.

Sacrificia Dne propenſius iſta nos ſalvent, quæ medicinalibus ſunt inſtituta ieiuniis, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui in alimento corporis humani frugum copiam terram producere iuſſiſti, & in alimento animarum ieiunii nobis medicinam indidiſti. Te itaque ſupplices invocamus, ut tibi ſit acceptabile ieiunium noſtrum, & nos a cibis ieiunantes a peccatis abſolvas, per Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Ad Comm.

Tui Dne perceptione ſacramenti & a noſtris mundemur occultis, & ab hoſtium liberemur inſidiis, per Dnm. *gg.*

Super populum.

Da quæſumus Dne populis Xpianis & quod profitentur, agnoſcere, & cœleſte munus diligere, quod frequentant, per. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Preces noſtras, quæſumus Dne, clementer. Ut ſupra.

Alia

Devotionem populi tui Dne. Ut ſupra.

Secreta.

Hoſtias tibi Dne placationis offerimus, ut & delicta noſtra miſeratus abſolvas, & nutantia corda tu dirigas, per Dnm nrm Ihm Xpm.

Ad Comm.

Tui Dne perceptione ſacramenti. Ut ſupra. Super populum.

Mentes noſtras, quæſumus Dne, lumine tuæ claritatis illuſtra, ut videre poſſimus quæ agenda ſunt, & quæ recta ſunt agere valeamus, per Dnm nrm.

Item unde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Preces noſtras, quæſumus Dne, clementer. *Ut ſupra.*

Alia.

Mentes noſtras, quæſumus Dne, lumine. *Ut ſupra.*

Secreta.

Hoſtias tibi Dne placationis. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui in alimento corporis humani. *Et reliqua ut ſupra.*

Ad Comm.

Tui Dne perceptione ſacramenti. *Ut ſupra.*

Feria V.

Ad S. LAURENTIUM. G.

Omnipotens ſempiterne Deus! qui nobis in obſervatione ieiunii & elemoſynarum ſemine poſuiſti noſtrorum remedia peccatorum, concede, nos opere mentis & corporis ſemper tibi eſſe devotos, per Dnm. *Alia.*

Precamur omnipotens Deus, ut de tranſitoriis operibus abſtinentes, ea potius operemur, quibus ad æterna gaudia conſequenda, & ſpes nobis ſuppetat, & facultas, per. *g. Fer. IV.*

Secreta.

Suſcipe creator omnipotens Deus, quæ ieiunantes de tuæ munificentiæ largitate deferimus, & pro temporali nobis collato præſidio, ad vitam converte propitiatus æternam, per. *g. Fer. III.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia competenter atque ſalubriter religioſa ſunt nobis inſtituta ieiunia, ut corporeæ iocunditatis immoderatas coerceamus illecebras, & terrenæ delectationis inſolentia refrenata, purior atque tranquillior appetitus ad cœleſtia contemplanda myſteria fidelium reddatur animarum, per Xpm Dominum noſtrum. *El. gg.*

Ad Comm.

Percipientes Dne glorioſa myſteria, ti-

bi

Digitized by Google

bi referimus gratias! quod in terris positos, iam cœlestium præstas esse participes, per Dnm nrm. *g.*

Super populum.

Respice propitius plebem tuam, & quam divinis tribuis proficere sacramentis, ab omnibus absolve peccatis, per. *l. g. Fer. III.*

Alia Missa Gregoriana.

Devotionem populi tui. Req. in priori folio. *El.* Secreta.

Sacrificia Dne, quæsumus, propensius. Req. supra. *g. g g.*

Ad Comm.

Tuorum nos Dne largitate donorum, & temporalibus attolle præsidiis, & renova sempiternis, per. l. g. g g.

Super populum.

Da, quæsumus Dne, populis Xpianis ea, qua & profitentur. Req. in priori folio.

Item unde supra Missa Ambrosiana.

Devotionem populi tui. *Ut supra.*

Alia.

Da, quæsumus Dne, populis Xpianis. *Ut supra.*

Secreta.

Sacrificia Dne, quæsumus, propensius. *Ut supra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia competenter. *Ut supra.*

Ad Comm.

Percipientes Dne glorioſa mysteria. *Ut supra.*

Feria VI. ad Apostolos. G.

Esto Dne propitius plebi tuæ! & quam tibi facis esse devotam, benigno refove miseratus auxilio, per. *g g.*

Alia.

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus ieiuniorum magnifici sacramenti & digne semper tractare mysteria, & competenter honorare primordia, per Dnm. *g.*

Secreta.

Suscipe, quæsumus Dne, devotorum munera famulorum, & tua divinis purifica servientes pietate mysteriis, quibus etiam iustificas ignorantes, per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! tibi sacrificare ieiunium, quod nos ab initio sæculi docuisti; magnam enim in hoc munere corporibus salubritatem, & sanitatem mentibus contulisti. Quod si illa humani generis mater ab interdicta sibi arbore se custodisset, & immortalitatem retinuisset, & patriam. Sed peccatum matris antiquæ, quod illicita vetustatis usurpatione commisit, in nostris oramus absolvi ieiuniis, ut qui tunc de paradiso non abstinendo decidimus, ad eundem nunc ieiunando redeamus, per Xpm.

Ad Comm.

Præsta, quæsumus Dne, spiritalibus gaudiis nos repleri, ut quæ actu gerimus, mente sectemur, per Dnm. *l. g.*

Super populum. (1)

Plebs tua Dne, quæsumus, benedictionis sanctæ munus accipiat, per quod & noxia quæque declinet, & optata reperiat, per Dnm. *l. g.*

Alia Missa Gregoriana.

Esto Dne propitius plebi tuæ. Ut supra.

Secreta.

Suscipe, quæsumus Dne, nostris oblata servitiis, & tua potius dona sanctifica, per Dnm. Ad Comm.

Per huius Dne operationem mysterii & vitia nostra purgentur, & iusta desideria compleantur, per Dnm. Super

(1) Orationes super populum variant in *Elig.*

Digitized by Google

Super populum.

Exaudi nos misericors Deus, & mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende, per Dnm. nrm.

In Ambrosiano non habetur sexta Feria.

Sabbato ad Scm PETRUM in XII. Lect. G.

Populum tuum Dne, quæsumus, propitius respice, atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer averte, per Dnm. *gg.*

Alia.

Protector noster aspice Deus, & qui malorum pondere premimur, percepta misericordia, libera tibi mente famulemur, per Dnm nrm. *gg.*

Alia.

Adesto, quæsumus Dne, supplicationib9 nostris, ut esse te largiente mereamur & inter prospera humiles, & inter adversa securi, per Dnm nrm. *gg.*

Alia.

Actiones nostras, quæsumus Dne, & aspirando præveni, & adiuvando prosequere, ut cuncta nostra operatio & a te semper incipiat, & per te cepta finiatur, per Dnm. *gg.* *Alia.*

Deus, qui delinquentes perire non pateris, donec convertantur & vivant, debitam, quæsumus, peccatis nostris suspende vindictam, & præsta propitius, ne dissimulatio cumulet ultionem, sed potius per ieiunium emendatio profit ad veniam, per Dnm. *l. g. El.*

Post Benedictiones.

Deus, quem omnia opera benedicunt, quem cœli glorificant, angelorum multitudo collaudat, quæsumus te, ut sicut tres pueros de camino ignis incendii non solum illæsos, sed etiam in tuis laudibus conclamantes liberasti, ita nos peccatorum nexibus absolutos, velut de voragine ignis eripias, ut dum te Deum Patrem benedictione laudamus, criminum flammas, operumque carnalium incendia superantes, hymnum tibi debitum iure meritoque reddamus, per Dnm.

Secreta.

Præsentibus sacrificiis Dne ieiunia nra sanctifica, ut quod observantia nostra profitetur extrinsecus, interius operetur, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! illuminator & redemptor animarum nostrarum, qui nos per primum Adam abstinentiæ lege violata, paradiso eiectos, fortioris ieiunii remedio ad antiquæ patriæ beatitudinem per gratiam revocasti, ut non solum corpus a cibis, sed a delictis omnibus animam liberares, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Perpetuo Dne favore prosequere, quos reficis divino mysterio, & quos imbuisti cœlestibus institutis, salutaribus comitare solatiis, per Dnm. *l. g.*

Super populum.

Fideles tuos Dne benedictio desiderata confirmet, quæ eos & a tua voluntate nunquam faciat discrepare, & tuis semper indulgeat beneficiis gratulari, per. *l. g.*

Alia Missa Gregoriana.

Populum tuum Dne quæsumus. Ut supra.

Alia.

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere! da nobis salutem mentis & corporis, ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuvante vincamus, per. gg.

Alia.

Alia.

Protector noſter aſpice Deus. Ut ſupra.

Alia.

Adeſto, quæſumus Dne, ſupplicationibus. Ut ſupra. *Alia.*

Preces populi tui Dne, quæſumus, clementer exaudi, ut qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur, per Dnm. *Vat. gg.*

Alia.

Quæſumus omnipotens Deus, vota humilium reſpice, atque ad defenſionem noſtram dexteram tuæ maieſtatis extende, per. g g.

Alia.

Actiones noſtras, quæſumus Dne, & aſpirando. *Ut ſupra. Vat.*

Ad Miſſas.

Deus, qui tribuis pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum, per Dnm. g g.

Secretæ.

Præſentibus ſacrificiis Dne ieiunia. Ut ſupra. Ad Comm.

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia noſtra curentur, & remedia nobis æterna proveniant, per Dnm. g g.

Item Alia Miſſa Ambroſiana.

Populum tuum Dne, quæſumus, propitius. *Ut ſupra. Alia.*

Exaudi nos miſericors Deus, & mentibus noſtris gratiæ tuæ lumen oſtende, per Dnm.

Secreta.

Præſentibus ſacrificiis Dne ieiunia. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui miſiſti nobis de cœlo Dnm nrm Ihm Xpm filium tuum, ut qui per eſcam præſumptam de paradiſo deiecti fuerant, per eius ieiunium in paradiſum revertendi facultatem acciperent; & quadraginta dierum totidemque noctium celebrato ieiunio temptatorem hominum excluderet, & ſe redemptorem omnium credentium demonſtraret idem Ihs Xps Dns noſter, quem una tecum omnipotens Pater cum ſancto Spiritu laudant.

Ad Comm.

Sanctificationibus tuis omnipotens Deus. *Ut ſupra. El.*

Die Dom. vacat. Miſſa Gelaſiana. G.

Deus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui, interius exteriusque cuſtodi, ut ab omnibus adverſitatibus muniamur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente, per Dnm. *gg.*

Alia.

Præſta nobis miſericors Deus, ut placationem tuam promptis mentibus exoremus, & peccatorum veniam conſequentes, a noxiis liberemur incurſibus, per Dnm. *g.* *Secreta.*

Eccleſiæ tuæ Dne munera placatus aſſume, quæ & miſericors offerenda tribuiſti, & in noſtræ ſalutis potenter efficis transire myſterium per Dnm. *l. g. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! maieſtatem tuam ſuppliciter exorantes, ut mentibus noſtris medicinalis obſervantiæ munus infundas, & qui negligentibus etiam ſubſidia ferre non deſinis, beneficia præbeas potiora devotis, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Refecti Dne pane cœleſti, ad vitam quæſumus nutriamur æternam, per Dnm nrm. *g. El.*

Super populum.

Familiam tuam, quæſumus Dne, propitiatus illuſtra, ut beneplacitis inhærendo, cuncta, quæ bona ſunt, mereatur accipere, per. *g. El*

Alia Miſſa Gregoriana.

Deus qui conſpicis omni nos. Ut ſupra.

Secreta.

Sacrificiis præſentibus Dne, quæſumus intende

Digitized by Google

intende placatus, ut & devotioni noſtræ proficiant & ſaluti, per Dnm. l. gg.

Ad Comm.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſervire concedas, per Dnm nrm. gg.

Incipiunt Letaniæ Dom. I. in Quadrageſ.

Divinæ pacis & indulgentiæ munere ſupplicantes, ex toto corde & ex tota mente, precamur te Dne, miſerere.

Pro eccleſia tua ſancta catholica, quæ hic & per univerſum orbem diffuſa eſt, precamur te Dne, miſerere.

Pro Papa noſtro. ill. & omni clero eius, omnibusque ſacerdotibus ac miniſtris, precamur te Dne, miſerere.

Pro famulo tuo ill. Imperatore, & famula tua Imperatrice, & omni exercitu eius, precamur te Dne. &c.

Pro pace eccleſiarum, vocatione gentium, & quiete populorum, precamur te Dne, miſerere.

Pro civitate hac, & conſervatione eius, omnibusque habitantibus in ea, precamur te Dne, miſerere.

Pro aerum temperie, ac fructuum, & fœcunditate terrarum, precamur.

Pro virginibus, viduis, orphanis, captivis, ac pœnitentibus, precamur.

Pro navigantibus, iter agentibus, in carceribus, in vinculis, in metallis, in exiliis conſtitutis, precamur.

Pro his, qui diverſis infirmitatibus detinentur, quique ſpiritibus vexantur immundis, precamur.

Pro his, qui in ſancta tua eccleſia fructus miſericordiæ largiuntur, precamur.

Exaudi nos Deus in omni oratione, atque deprecatione noſtra, precamur te.

Dicamus omnes, Domine miſerere. Kyr.

Miſſa. Or. ſuper populum. G. (1)

Inchoata ieiunia, quæſumus Dne, eccleſiæ tuæ benigno favore proſequere! ut obſervantiam, quam corporaliter exercemus, mentibus valeamus implere ſinceris, per. *g.*

Alia.

Adeſto Dne ſupplicationibus noſtris, ut hoc ſolemne ieiunium, quod animabus corporibusque curandis ſalubriter inſtitutum eſt, devoto ſervitio celebremus, per. *g.*

Secreta.

Dne Deus noſter, in cuius ſpiritalibus caſtris militat laudanda ſobrietas, abſtinentia fructuoſa, & caſti pectoris opulenta frugalitas, ieiunantium vota clementer aſſume, & fidelibus poſtulatus conſueta pietate ſuccurre, per Dnm. *g. Fer. VII. hebd. II.* *Præfatio.*

VD. per Xpm Dnm nrm; qui ad inſinuandum humilitatis ſuæ myſterium, fatigatus reſedit ad puteum, & a muliere Samaritana aquæ ſibi petiit porrigi potum; qui in ea creaverat fidei donum, & ita eius ſitire dignatus eſt fidem, ut dum ab ea aquam peteret, in ea ignem divini amoris accenderet. Imploramus itaque immenſam clementiam tuam, ut contemnentes tenebroſam profunditatem vitiorum, & relinquentes noxiarum hydriam cupiditatum, te, qui fons vitæ & origo bonitatis es, ſemper ſitiamus, & ieiuniorum noſtrorum obſervatione tibi placeamus, per eundem Xpm Dnm nrm, per quem maieſtatem tuam laudant angeli, adorant. *gg. Fer. VI. hebd. III.*

Ad Comm.

Tribue nobis omnipotens Deus, ut dona cœleſtia, quæ debito frequentamus obſequio, ſincera profeſſione ſectemur, per Dnm nrm. *g.*

Feria II.

Ad Scm CLEMENTEM. G.

Præſta quæſumus omnipotens Deus! ut familia tua, quæ ſe affligendo carne ab alimentis abſtinet, ſectando iuſtitiam a culpa ieiunet, per Dnm. *gg.*

Alia.

Tuis, quæſumus Dne, adeſto ſupplicibus, & inter mundanæ pravitatis inſidias, fragilitatem noſtram ſempiterna pietate proſequere, per Dnm. *g. El. Super populum.* *Secreta.*

Hæc hoſtia Dne placationis & laudis tua nos propitiatione dignos efficiat, per Dnm. *gg.* *Præ-*

(1) Primam & ultimam orationem habet *Gelaſianum* vulg. fer. IV. in capite ieiunii. Vid. nota ad Fer. VI. poſt Quinquageſimam.

Digitized by Google

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et pietatem tuam ſupplici devotione depoſcere, ut ieiunii noſtri oblatione placatus, & peccatorum nobis veniam concedas, & nos a noxiis liberare digneris incurſibus, per Xpm Dnm. *El.*

Poſtcomm.

Percepta Dne ſancta nos adiuvent, & ſuis repleant inſtitutis, per. *g.*

Super populum.

Populum tuum Dne, quæſumus, ad te toto corde converte, quia quos defendis etiam delinquentes, maiore pietate tueris ſincera mente devotos, per. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana. El.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut familia tua. Ut ſupra.

Secreta.

Hæc hoſtia Dne placationis & laudis. Ut ſupra. Ad Comm.

Hæc nos communio Dne purget a crimine, & cæleſtibus remediis faciat eſſe conſortes, per Dnm. l. gg.

Super populum.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum, per Dnm. gg.

Item unde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut familia tua. *Ut ſupra.*

Alia.

Adeſto, quæſumus Dne, ſupplicationibus noſtris, ut eſſe te largiente mereamur & inter proſpera humiles, & inter adverſa ſecuri, per Dnm. *gg.*

Super Oblata.

Hæc hoſtia Dne placationis & laudis. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus, & pietatem tuam ſupplici. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Hæc nos communio Dne purget. *Ut ſupra.*

Feria. III.

Ad Scam BALBINAM.

Perfice, quæſumus Dne, benignus in nobis obſervantiæ ſanctæ ſubſidium, ut quæ te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus, per Dnm. gg.

Alia.

Deus, qui ob animarum medelam ieiunii devotione caſtigari corpora præcepiſti, concede, ut corda noſtra ita pietatis tuæ valeant exercere mandata, quatenus ab omnibus poſſimus ſemper abſtinere peccatis, per. *g.*

Secreta.

Sanctificationem nobis Dne his myſteriis placatus operare, quæ nos & a terrenis purget vitiis, & ad cœleſtia dona perducat, per Dnm. *l. gg.*

Præfatio.

VD. *uſque* æterne Deus! qui ad animarum medelam ieiunii devotione caſtigari corpora præcepiſti, concede quæſumus, ut corde & corpore ita pietatis tuæ valeamus exercere mandata, ut ad tua mereamur te opitulante pervenire promiſſa, per Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Ad Comm.

Delicias Dne mirabiles menſæ cœleſtis ambimus, quibus ieiunando copioſius laginamur, per. *g.*

Super populum.

Da, quæſumus Dne, fidelibus tuis & ſine ceſſatione capere paſchalia ſacramenta, & deſideranter expectare ventura, ut in myſteriis, quibus renati ſunt, permanentes, ad novam vitam his operibus perducantur, per. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Perfice, quæſumus Dne, benignus in nobis. Ut ſupra.

Secreta.

Sanctificationem tuam nobis Dne. Ut ſupra. Ad Comm.

Ut ſacris Dne reddamur digni mune-

ribus, fac nos tuis, quæsumus, obedire mandatis, per Dnm.

Super populum.

Propitiare Dne supplicationibus nostris, & animarum nostrarum medere languoribus, ut remissione percepta in tua semper benedictione lætemur, per Dnm.

Item unde supra Missa Ambrosiana.

Perfice, quæsumus Dne, benignus in nobis. *Ut supra.*

Alia.

Deus, qui ob animarum medelam. *Ut supra.*

Secreta.

Suscipe, quæsumus Dne, devotorum munera famulorum, & divinis purifica servientes tua pietate mysteriis, quibus etiam iustificas ignorantes, per Dnm. *I*

Præfatio.

VD. æterne Deus, qui ieiunia sacro instituto exequi præcepisti, ut per hanc abstinentiam, sicut confidimus, de tua misericordia mereamur veniam delictorum. Tu enim solus Deus abluis ægritudines animarum, quæ peccati vitio irrogantur, & facis abstinentiam prodesse, quibus fuerat obligata præsumptio, per Xpm.

Ad Comm.

Ut sacris Dne reddamur digni muneribus. *Ut supra.*

Feria IIII.

Ad Scam CÆCILIAM. Gel.

Deus, qui per Verbum tuum humani generis reconciliationem mirabiliter operaris! præsta quæsumus, ut sancto ieiunio & tibi toto simus corde subiecti, & in tua nos efficiamur pace concordes, per Dnm. *g.*

Alia.

Præsta nobis, Dne quæsumus, auxilium gratiæ tuæ, ut ieiuniis & orationibus convenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis & corporis, per Dnm. *g.*

Secreta.

Hostias Dne, quas tibi offerimus, propitius respice, & per hæc sancta commercia vincula peccatorum nostrorum absolve, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm. Per quem humani generis reconciliationem mirabili dispensatione operatus es, præsta quæsumus, ut eius exemplo, sancto purificati ieiunio, & tibi toto corde simus subiecti, & inter mundanæ pravitatis insidias, te miserante, perseveremus illæsi, per eundem Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Postcomm.

Gratia tua nos, Dne quæsumus, non relinquat, quæ & sacræ nos deditos faciat servituti, & tuam nobis opem semper acquirat, per Dnm. *g.*

Super populum.

Populum tuum, Dne, propitius respice, & quos ab escis carnalibus præcipis abstinere, a noxiis quoque vitiis cessare concede, per Dnm. *gg.*

Missa Gregoriana. *El.*

Populum tuum Dne. Ut supra.

Secreta.

Hostias, Dne, quas tibi offerimus. Ut supra. Ad Comm.

Sumptis Dne sacramentis ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiamus augmentum, per Dnm.

Super populum.

Deus innocentiæ restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda servorum, ut spiritus tui fervore concepto, & in fide inveniantur stabiles, & in opere efficaces, per Dnm. in un. eiusdem.

Item unde supra Missa Ambrosiana.

Populum tuum Dne propitius. *Ut supra.*

Alia.

Ecclesiam tuam, Dne, perpetua miseratione prosequere, ut inter sæculi turbines constituta, & præsenti iocunditate respiret, & æternæ beatitudinis donum percipiat, per Dnm.

Secreta.

Hostias Dne, quas tibi offerimus. *Ut supra.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm, per quem humani. *Ut supra.*

Ad

Digitized by Google

Ad Comm.

Sumptis Dne ſacramentis ad redemptionis. *Ut ſupra.*

Feria V.

Ad S. MARIAM trans-Tyberim.

Eccleſiam tuam, Dne, perpetua miſeratione. *Ut ſupra.*

Alia.

Adiuva nos Deus ſalutaris noſter, & in ſacrificio ieiuniorum noſtras mentes purifica, & ad beneficia recolenda, quibus nos inſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes, per. *g. hebd. V. fer. II.*

Secreta.

Accepta tibi ſint, Dne quæſumus, noſtri dona ieiunii, quæ & expiando nos tuæ gratiæ dignos efficiant, & ad ſempiterna promiſſa perducant, per Dnm. *El. g. hebd. III. fer. VI.*

Præfatio.

VD. *uſque* æterne Deus. Et tuam cum celebratione ieiunii pietatem devotis mentibus obſecrare, ut qui pro peccatis noſtris ingruentium malorum pondere premimur, & a peccatis omnibus liberemur, & libera tibi mente famulemur, per Xpm Dnm. *El.*

Ad Comm.

Præbeant nobis, Dne quæſumus, divinum tua Sancta fervorem, quo eorum pariter & actu delectemur & fructu, per Dnm. *g g.*

Super populum. (1)

Adeſto Dne famulis tuis, & opem tuam largire poſcentibus, ut his, qui te auctore & gubernatore gloriantur, & congregata reſtaures, & reſtaurata conſerves, per Dnm. *l. g. fer. IV. gg.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Præſta nobis, Dne quæſumus, auxilium. *Ut ſupra.*

Secreta.

Præſenti ſacrificio nomini tuo nos Dne ieiunia dicata ſanctificent, ut quod obſervantia noſtra profitetur exterius, interius operetur effectum, per.

Ad Comm.

Gratia tua nos, quæſumus Dne, non relinquat. *Ut ſupra.*

Super populum.

Adeſto Dne famulis tuis, & perpetuam. *Ut ſupra.*

Feria V. ſimiliter eſt in *Ambroſiano*, ſicut in *Gelaſiano.*

Feria VI. ad S. VITALEM. (2)

Da quæſumus, omnipotens Deus, ut ſacro nos purificante ieiunio ſinceris mentibus ad ſancta ventura facias pervenire, per. *gg. El.*

Alia.

Ad hoſtes noſtros Dne ſuperandos præſta, quæſumus, ut auxilium tuum ieiuniis tibi placitis, & bonis operibus impetremus, per Dnm. *l. g.*

Super Oblata.

Hæc in nobis ſacrificia Deus, & actione permaneant, & operatione firmentur, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. *uſque* æterne Deus, qui delinquentes perire non pateris, ſed ut ad te convertantur & vivant, hortaris; poſcimus itaque pietatem tuam, ut a peccatis noſtris tuæ ſeveritatis ſuſpendas vindictam, & nobis optatam miſericorditer tribuas medelam: nec iniquitatum noſtrarum moles te provocet ad ultionem, ſed ieiunii obſervatio & morum emendatio te flectat ad peccatorum noſtrorum remiſſionem, per Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Ad Comm.

Fac nos, Dne quæſumus, accepto pignore ſalutis æternæ ſic tendere congruenter, ut ad eam pervenire poſſimus, per Dnm. *g g.*

Super populum.

Da, quæſumus Dne, populo tuo ſalutem

(1) San-Blaſ. *Adeſto Dne famulis tuis & perpetuam benignitatem &c.* (2) Rhenaug. *Hic facis ſcrutinio.*

Digitized by Google

tem mentis & corporis, ut bonis operibus inhærendo, tuæ ſemper virtutis mereatur protectione defendi, per. *g g.*

Hæc eadem ſimiliter eſt in Gregoriano ſicut in Gelaſiano.

Sabb. ad S. MARCELLINUM & PETRUM.

Da, quæſumus Dne, noſtris effectum ieiuniis ſalutarem, ut caſtigatio carnis aſſumpta, ad noſtrarum vegetationem transeat animarum, per Dnm. *l. g g.*

Alia.

Subveni Dne ſervis tuis pro ſua iugiter iniquitate gementibus, mentesque noſtras terrenis affectibus prægravatas medicinalibus tribue exonerari ieiuniis, & corporis afflictione corrobora, per Dnm. *g.*

Super Oblata.

His ſacrificiis Dne concede placatus, ut qui propriis oramus abſolvi delictis, non gravemur externis, per. *g g.*

Præfatio.

VD. *uſque* æterne Deus. Et tuam iugiter exorare clementiam, ut mentes noſtras, quas conſpicis terrenis affectibus prægravari, medicinalibus tribuas ieiuniis exonerari, & per afflictionem corporum proveniat nobis robur animarum, per Xpm. *El. g g.*

Ad Comm.

Sacramenti tui Dne divina libatio penetralia noſtri cordis infundat, & ſui participes potenter efficiat, per Dnm. *g g.*

Super populum.

Implorantes Dne miſericordiam tuam fideles populos propitius intuere, ut qui præter te alium Deum non noverunt, tuis ſemper beneficiis glorientur, per Dnm. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana. *El.*

Da, quæſumus Dne, noſtris effectum ieiuniis. Ut ſupra.

Secreta.

His ſacrificiis Dne concede placatus. Ut ſupra.

Ad Comm.

Sacramenti tui divina libatio. Ut ſupra.

Super populum.

Familiam tuam, quæſumus Dne, continua pietate cuſtodi, ut quæ in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innititur, cœleſti etiam protectione muniatur, per Dnm. gg.

Hæc eadem in Ambroſiano.

Benedictio Sci AMBROSII ad cinerem & cilicium, de ieiunio, vel ad competentes.

Exorcizo te cinis † in nomine Dei Patris omnipotentis, † & Ihu Xpi Filii Dei, † & Spiritus ſancti, qui te per ignem in favillam converti præcepit, ut ſicut iuſſione Dei per ſanctum famulum eius Moyſen, cinis vitulæ in populo aſperſo, omnem congregationem Iſrael ſanctificavit, ita & tu exorcizatus in nomine Trinitatis, in terra & cilicio aſperſus, in eis, qui ſcrutinia ſunt habituri, ſuper ſtantes vel tranſituros, diabolus non lateat, ſed manifeſtetur, atque expellatur, ut puri & ſinceri inveniantur; Te autem petimus & rogamus Pater omnipotens, ut ſicut Ninivitarum populus ad prædicationem Ionæ prophetæ miſericordiam tuam, Dne, exorantes, ſuorum veniam meruerunt conſequi peccatorum, ita & hi, qui ad tuam gratiam percipiendam venire deſiderant, amputatis carnalibus maculis, per ſacri baptiſmatis regenerationem ſuorum finem conſtituant vitiorum, per eundem Dnm. in unitate eiusdem.

Oratio ſuper Competentes.

Exaudi Dne ſupplicationem familiæ tuæ, qui fidelium tuorum conſortio deſiderant ſociari, ut die ſancte ſolemnitatis clementiæ tuæ donum baptiſmatis perceptione mereantur, per Dnm.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, reſpice propitius de excelſa ſede maieſtatis tuæ ſuper hos famulos tuos competentes, qui ad tuam concurrunt eccleſiam; concede eis Dne, ut ſub protectione manus tuæ ad ſacri baptiſmatis gratiam pervenire mereantur, per Dnm.

Dic

Digitized by Google

Die Dom.

Stat. ad S. LAURENTIUM foris mur. (1)

Quæſumus omnipotens Deus, vota humilium reſpice, atque ad defenſionem noſtram dexteram tuæ maieſtatis extende, per Dnm. *gg.*

Alia.

Propitiare Dne ſupplicationibus noſtris, & animarum noſtrarum medere languoribus, ut remiſſione percepta in tua ſemper benedictione lætemur, per Dnm. *gg.*

Super Oblata.

Suſcipe, quæſumus Dne, noſtris oblata ſervitiis, & tua propitius dona ſanctifica, per Dnm. *El.*

Præfatio.

VD. *Uſque* æterne Deus! Et te ſuppliciter exorare, ut cum abſtinentia corporali mens quoque noſtra ſenſus declinet illicitos, & qui terrena delectatione carnales epulas abnegamus, humanæ voluptatis pravas intentiones amputemus, ut ad Sancta Sanctorum fideliter ſalubriterque capienda competenti ieiunio valeamus aptari; tanto nobis certi propenſius iugiter affutura, quanto fuerimus eorum primitus inſtitutionibus gratiores, per Xpm Dnm. *El. gg.*

Ad Comm.

Cunctis nos Dne reatibus & periculis propitiatus abſolve, quos tanti myſterii tribuis eſſe participes, per. *gg.*

Super populum.

Subiectum tibi populum, quæſumus Dne, propitiatio cœleſtis amplificet, & tuis ſemper faciat ſervire mandatis, per. *gg.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Quæſumus omnipotens Deus, vota humilium. Ut ſupra.

Secreta.

Hæc hoſtia, Dne quæſumus, mundet noſtra delicta, & ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora mentesque ſanctificet, per Dnm.

Poſtcomm.

Cunctis nos Dne reatibus & periculis. Ut ſupra.

Item Dom. unde ſupra.

Letania cum Miſſa Ambroſiana. De ABRAHAM.

Dicamus omnes.

Dne Deus omnipotens patrum nrorum. Kyr.

Reſpice de cœlo, & de ſede ſancta tua. Kyr.

Pro Eccleſia tua ſancta Catholica, quam conſervare digneris Kyr.

Pro Papa noſtro ill. & ſacerdotio eius. Kyr.

Pro univerſis Epis, cuncto clero & populo. Kyr.

Pro famulo tuo ill. Imperatore, & famula tua ill. Imperatrice, & omni exercitu eius. Kyr.

Pro civitate hac, omnibusque habitantibus in ea. Kyr.

Pro aerum temperie, & fœcunditate terrarum. Kyr.

Libera nos, qui liberaſti filios Iſrael in manu forti, & brachio excelſo. Kyr.

Exurge Dne adiuva nos, & libera nos propter nomen tuum. Kyr.

Ad Miſſam Or. ſuper populum.

Adiuva Dne fragilitatem plebis tuæ ieiunii ſacramento, ut adoptivos paſchalis celebritatis affectus, & corporaliter gubernata concurrat, & ad tuam gratiam devota perveniat, per.

Alia.

Sanctifica, Dne quæſumus, noſtra propitius ieiunia, & cunctarum nobis indulgentiam largire placatus culparum, per.

Secreta.

Offerimus tibi Dne munera, ſupplicantes, ut quæ ſubditi piis celebramus officiis, plenis affectibus exequamur, per Dnm. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Tu es enim Dne mitiſſimus Pater, qui ante multa tempora Abrahæ in ſemine Xpi

(1) *Gelaſ.* vulg. Dom. III. quæ pro ſcrutiniis electorum celebratur.

Digitized by Google

Xpi tui Deique Natique adventum declarasti. Iamiamque tenemus, quod olim patribus promittebas; nam quod Abrahæ sancto gentium populus pollicetur, verissime ex omni gente, tribu, & lingua Xpiana religio congregatur. O quam perfida, pertinax, gens Iudæorum iniqua, qui cœlestem Patrem recognoscere nolunt, & semine gloriantur. O ingrata gens, multis perculsa vicibus, qui respuunt præsentem, nec valent tenere absentem. Nos vero magnis vocibus exultemus, qui & locum pariter & regnum accepimus Iudæorum, per eandem. *Ad Comm.*

Supplices te rogamus omnipotens Deus, ut quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus deservire concedas, per Dnm.

Feria II. Ad Scm MARCUM.

Cordibus nostris, quæsumus Dne,(1) benignus infunde, ut sicut ab escis corporalibus abstinemus, ita sensus quoque nostros a noxiis retrahamus excessibus, per D. *l. gg.* *Alia.*

Conserva Dne familiam tuam, bonis semper operibus eruditam, & sic præsentibus consolare subsidiis, ut ad æterna perducas dona propitius, per Dnm. *g.* *El.* *Super populum.*

Secreta.

Munus, quod tibi Dne nostræ servitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. *usque* æterne Deus! Et clementiam tuam cum intenta supplicatione precari, ut per hanc ieiuniorum observantiam crescat nostræ devotionis affectus, & nostras actiones religiosus exornet effectus; quatenus te auxiliante, & ab humanis semper retrahamur excessibus, & monitis inhærere valeamus, te largiente, cœlestibus, per Xpm Dnm. *El. gg.*

Ad Comm.

Quos ieiunia votiva castigant, tua Dne sacramenta vivificent, ut terrenis affectibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus, per Dnm. *g.*

Super populum.

Gratias tibi referat, Dne, corde subiecto tua semper ecclesia, & consequenter obtineat, ut observationes antiquas iugiter recensendo proficiat in futurum, per. *g.*

Alia Missa Gregoriana. *El.*

Cordibus nostris, quæsumus Dne, benignus.

Ut supra. Secreta.

Munus, quod tibi Dne nostræ servitutis.

Ut supra. Ad Comm.

Præsta quæsumus, omnipotens & misericors Deus, ut quæ ore contingimus, pura mente capiamus, per Dnm.

Super populum.

Subveniat nobis Dne misericordia tua, ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente salvari, per. *Hæc eadem in Ambrosiano.*

Feria III. Ad S. POTENTIANAM.

Exaudi nos, omnipotens & misericors Deus, & continentiæ salutaris propitius nobis dona concede, per. *gg.*

Alia.

Prosequere, omnipotens Deus, ieiuniorum sacra mysteria, & quos ab escis carnalibus præcipis abstinere, a noxiis quoque vitiis cessare concede, per. *g. gg.*

Secreta.

Per hæc veniat, quæsumus Dne, sacramenta nostræ redemtionis effectus, qui nos & ab humanis retrahat semper excessibus, & ad salutaria cuncta perducat, per. *g g.* *Præfatio.*

VD. *usque* æterne Deus! qui peccantium non vis animas perire, sed culpas, & peccantes non semper continuo iudicas, sed ad pœnitentiam provocatos expectas; averte, quæsumus, a nobis quam meremur iram, & quam optamus, super nos effunde clementiam; ut sacro purificati ieiunio electo-

(1) Sic etiam *Rhenaugiensi* & *San-Gallense* antiquius. Edita habent: *Gratiam tuam.*

electorum tuorum aſciſci mereamur collegio, per Xpm Dnm. *El. gg.*

Poſtcomm.

Sacris Dne myſteriis expiati, & veniam conſequamur & gratiam, per Dnm. *gg.*

Super populum.

Concede miſericors Deus, ut devotus tibi populus tuus ſemper exiſtat, & de tua clementia, quod ei profit, indeſinenter obtineat, per Dnm. *g. El.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Exaudi nos omnipotens & miſericors Deus, Ut ſupra.

Alia.

Subveniat nobis Dne &c. Fer. II. *Super pop.* gg.

Super Oblata.

Per hæc veniat, quæſumus Dne, ſacramenta. Ut ſupra.

Ad Comm.

Sacris Dne myſteriis expiati. Ut ſupra.

Super populum.

Tua nos Dne protectione defende, & ab omni ſemper iniquitate cuſtodi, per Dnm. gg.

Hæc eadem ſimiliter eſt in Ambroſiano.

Feria IIII.

Ad Scm SYXTUM.

Præſta nobis, quæſumus Dne, ut ſalutaribus ieiuniis eruditi, a noxiis quoque vitiis abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus, per Dnm. *gg.*

Alia.

Deus, qui nos formam humilitatis ieiunando & orando unigeniti tui Dni nri imitatione docuiſti, concede quæſumus, ut quod ille iugi ieiuniorum continuatione complevit, nos ſaltim per partes dierum facias adimplere, per Dnm. *g.*

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum, & tua myſteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. *uſque* æterne Deus! Tuamque miſericordiam ſuppliciter exorare, ut ieiuniorum noſtrorum ſacroſancta myſteria tuæ ſint placati ſemper accepta; concedasque, ut quorum corpora abſtinentiæ obſervantia macerantur, mentes quoque virtutibus, & cœleſtibus inſtitutis exornentur, per Xpm Dnm nrm. *El. g g.*

Ad Comm.

Sanctificet nos Dne, qua paſti ſumus, menſæ cœleſtis ſancta libatio, & a cunctis erroribus expiatos, ſupernis promiſſionibus reddat acceptos, per Dnm. *gg.*

Super populum.

Defende Dne familiam tuam, & toto tibi corde proſtratam ab hoſtium tuere formidine, nec bona tua difficulter inveniant, pro quibus & Sancti tui, & angelicæ tibi ſupplicant poteſtates, per Dnm. *l. g. El.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Præſta nobis, quæſumus Dne, ut ſalutaribus. Ut ſupra.

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, preces populi tui. Ut ſupra.

Ad Comm.

Sanctificet nos Dne, qua paſti ſumus. Ut ſupra. Super populum.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus ſecura tibi mente ſerviamus, per Dnm. gg. Et hæc etiam ſimiliter eſt in Ambroſiano.

Feria V.

Ad S. COSMAM & DAMIANUM.

Da quæſumus Dne, rex æterne cunctorum, ut ſacro nos purificatos ieiu-

nio, ſinceris mentibus ad tua ſancta ventura facias pervenire, per Dnm.

Alia.

Deus, qui peccantium animas non vis perire, ſed culpas, contine quam meremur iram, & quam precamur, ſuper nos effunde clementiam, ut de mœrore gaudium tuæ miſericordiæ conſequi mereamur, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Deus, de cuius gratiæ rore deſcendit, ut ad myſteria tua purgatis ſenſibus accedamus, præſta quæſumus, ut in eorum traditione ſolemniter honoranda, competens tibi deferamus obſequium, per Dnm. *g. El. Fer. IV.*

Præfatio.

VD. *uſque* æterne Deus! Et tuam immenſam clementiam ſupplici voto depoſcere, ut nos famulos tuos & ieiunii maceratione caſtigatos, & cæteris bonorum operum exhibitionibus eruditos, in mandatis tuis facias perſeverare ſinceros, & ad paſchalia feſta pervenire illæſos, ſicque præſentibus ſubſidiis conſolemur, quatenus ad æterna gaudia pertingere mereamur, per Xpm. *El. gg.*

Poſtcom.

Sacramenti tui, Dne, veneranda perceptio & myſtico nos mundet effectu, & perpetua virtute defendat, per Dnm. *El. g. fer. III.*

Super populum.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus ſecura tibi mente ſerviamus, per Dnm. *gg.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Magnificet te, Dne, ſanctorum tuorum Coſmæ & Damiani beata ſolemnitas, qua & illis gloriam ſempiternam, & opem nobis ineffabili providentia contuliſti, per Dnm. gg.

Secreta.

In tuorum, Dne, precioſa morte iuſtorum ſacrificium illud offerimus, de quo martyrium ſumpſit omne principium, per Dnm. gg.

Ad Comm.

Sit nobis, Dne, ſacramenti tui certa ſalvatio, quæ cum beatorum tuorum Coſmæ & Damiani meritis imploratur, per Dnm. gg.

Super populum,

Subiectum tibi populum, quæſumus Dne, propitiatio cæleſtis amplificet, & tuis ſemper faciat ſervire mandatis, per. gg.

Alia Miſſa Ambroſiana.

Da quæſumus, Dne rex æterne, cunctorum. *Ut ſupra.* *Alia.*

Deus, de cuius gratiæ rore deſcendit. *Ut ſupra.*

Secreta.

Reſpice, Dne propitius, ad munera, quæ ſacramus, ut & tibi grata ſint, & nobis ſalutaria ſemper exiſtant, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et tuam immenſam. *Ut ſupra.* *Ad Comm.*

Sacramenti tui, Dne, veneranda perceptio. *Ut ſupra.*

Feria VI.

Ad S. LAURENTIUM in Luc. Gel.

Adeſto nobis, quæſumus omnipotens Deus, & per ieiunium corporale mentem noſtram operibus tuorum refice mandatorum, per Dnm.

Secreta.

Reſpice, Dne, propitius ad munera. *Ut ſupra.* *Præfatio.*

VD. per Xpm Dnm nrm. qui ad inſinuandum humilitatis ſuæ myſterium fatigatus reſedit ad puteum, qui a muliere Samaritana aquæ ſibi petiit porrigi potum, qui in ea creaverat fidei donum, & ita eius ſitire dignatus eſt fidem; ut dum ab ea aquam peteret, in ea ignem divini amoris accenderet. Imploramus itaque tuam immenſam clementiam, ut contemnentes tenebroſam profunditatem

Digitized by Google

tem vitiorum, & relinquentes noxiarum hydriam cupiditatum, & te, qui fons vitæ, & origo bonitatis es, ſemper ſitiamus, & ieiuniorum noſtrorum obſervatione tibi placeamus, per eundem Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Ad Comm.

Huius nos, Dne, perceptio ſacramenti mundet a crimine, & ad cœleſtia regna perducat, per. *gg.*

Super populum. GG.

Gaudeat, Dne quæſumus, populus tua ſemper benedictione confiſus, ut & temporalibus beneficiis adiuvetur, & erudiatur æternis, per. *l. El.*

Alia Miſſa Gregoriana. G.

Ieiunia noſtra, quæſumus Dne, benigno favore proſequere, ut ſicut ab alimentis in corpore, ita a vitiis ieiunemus in mente, per Dnm. El. gg.

Secreta.

Reſpice, Dne, propitius ad munera. Ut ſupra. Ad Comm.

Huius nos, Dne, perceptio ſacramenti. Ut ſupra.

Super populum.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis adverſantia te adiuvante vincamus, per. gg.

Sabbato ad S. SUSANNAM. Gelaſ.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut dignitas conditionis humanæ per immoderantiam fauciata, medicinalis parſimoniæ ſtudio reformetur, per Dnm. *l. g. El.* *Alia.*

Auge fidem tuam, Dne quæſumus, miſeratus in nobis, quia pietatis tuæ ſubſidia non negabis, quibus integram illius contuleris firmitatem per. *l. g.*

Secreta.

Dne Deus noſter! qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis noſtræ ſubſidium condidiſti, tuo quoque nomini munera iuſſiſti dicanda conſtitui; tribue quæſumus, ut & vitæ nobis præſentis auxilium, & æternitatis efficiant ſacramentum, per. *l. g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui ieiunii quadrageſimalis obſervationem in Moyſe & Helia dedicaſti, & in unigenito filio tuo, legis & prophetarum, nrmque omnium Dno, exornaſti; tuam igitur immenſam bonitatem ſupplices expoſcimus, ut quod ille indiſrupta ieiuniorum complevit continuatione propria virtute, nos imitari crebro valeamus illius adiuti largiſſima miſeratione; & adimplentes ea, quæ præcepit, dona percipere mereamur, quæ promiſit, per eundem Xpm Dnm nrm. *El.*

Ad Comm.

Hos Dne, quos reficis ſacramentis, attolle benignus auxiliis, & tuæ redemptionis effectum & myſteriis capiamus & moribus, per. *g.*

Super populum.

Eſto, quæſumus Dne, propitius plebi tuæ, ut quæ tibi non placent reſpuentes, tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum, per. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut qui ſe affligendo carne ab alimentis abſtinent, ſectando iuſtitiam a culpa ieiunent, per Dnm. g g.

Secreta.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut huius ſacrificii munus oblatum fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemper & muniat, per Dnm. El.

Ad Comm.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus & ſanguini, per Dnm. l. El. g g.

Digitized by Google

Super populum.

Prætende, Dne, fidelibus tuis dexteram cœleſtis auxilii, ut & te toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant, conſequi mereantur, per Dnm. El. g g.

Item Ambroſiana.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut dignitas conditionis humanæ, quæ per immoderantiam fuerat fauciata. *Ut ſupra.*

Cætera quoque omnia ut ſupra.

Dominica. Ad Hieruſalem. (1) Gel.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui ex merito noſtræ actionis affligimur, tuæ gratiæ conſolatione reſpiremus, per Dnm. *El. g g.*

Alia.

Deus, qui in deſerti regione multitudinem populi tua virtute ſatiaſti, in huius quoque ſæculi transeuntis excurſu, victum nobis ſpiritalem, ne deficiamus, impende, per Dnm. *g g.*

Secreta.

Sacrificiis præſentibus, Dne, quæſumus intende placatus, ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti, per. *l. g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! glorificantes & de præteritis te creatorem omnium, & de venturis fructibus ſuppliciter exorantes, ut cum de perceptis non invenimur ingrati, de percipiendis non iudicemur indigni. Sed exhibita totiens ſolemnis devotione ieiunii, cum ſubſidiis corporalibus profectum capiamus animarum, per Xpm Dnm, *l. El.*

Ad Comm.

Da nobis, miſericors Deus, ut ſancta tua, quibus inceſſanter explemur, ſinceris tractemus obſequiis, & fideli ſemper mente ſumamus, per Dnm. *El. g g.*

(1) In Gelaſ. vulg. *quarto Dominico pro ſcrutinio II.*

Super populum.

Tu ſemper, quæſumus Dne, tuam attolle benignus familiam, tu diſpone correctam, tu propitius tuere ſubiectam, tu guberna perpetua benignitate ſalvandam, per Dnm. *g.*

Alia Gregoriana.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui ex merito. Ut ſupra.

Secreta.

Sacrificiis præſentibus. Ut ſupra.

Ad Comm.

Da nobis, miſericors Deus, ut ſancta. Ut ſupra.

Alia Ambroſiana.

Deus, qui in deſerti regione. *Ut ſupra.*

Alia.

Deus, qui homini ad imaginem tuam condito ideo das temporalia, ut largiaris æterna, eccleſiam tuam ſpiritali fœcunditate multiplica, ut qui ſunt generatione terreni, fiant regeneratione cœleſtes, per. *g.*

Alia.

Deus, in cuius præcipuis mirabilibus eſt humana reparatio, ſolve opera diaboli, & mortifera peccati vincula diſrumpe, ut deſtructa malignitate, quæ nocuit, vincat miſericordia, quæ redemit, per Dnm.

Secreta.

Suſcipe, Dne, ſacrificium, cuius te voluiſti dignanter immolatione placari, & præſta quæſumus, ut huius operatione mundati, beneplacitum tibi noſtræ mentis offeramus affectum, per Dnm. *l.*

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; Nos tibi Dne, excelſa cœlorum qui reſides arce, gratias referre, & totis ſenſibus confiteri, quo per te infirmis mundi, cæcitate deterſa, verum lumen emicuit, quod inter multarum tuarum virtutum miracula, cæcum a nativitate videre iuſſiſti; in quo genus humanum, originali caligine maculatum, futuri forma expreſſum eſt; nam illa Siloe natatoria, ad quam ille mittitur cæcus, nil aliud niſi fons ſacer ſignatus eſt, ubi non tantum corporea lumina, ſed totus homo ſalvatus eſt, per Xpm Dnm nrm.

Ad Comm.

Sacræ nobis, quæſumus Dne, menſæ libatio & piæ converſationis augmentum, & tuæ protectionis continuum præſtet auxilium, per Dnm. *g.*

Feria

Digitized by Google

Feria II. ad IIII. Coronatos. Gel. GG.

Proficiat, quæsumus Dne, plebs tibi dicata piæ devotionis affectu, ut sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuæ sit gratior, tanto donis potioribus augeatur, per Dnm nrm. *g. El. Super popul.*

Alia. GG.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis adversantia te adiuvante superemus, per Dnm. *g g.*

Secreta. GG.

Cunctis nos, Dne, reatibus & periculis propitiatus absolve, quos tantis mysteriis tribuis esse consortes, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et tuam suppliciter misericordiam implorare, ut exercitatio veneranda ieiunii salutaris nos a peccatorum nostrorum maculis purgatos reddat, & ad supernorum civium societatem perducat, ut & hic devotorum actuum sumamus augmentum, & illic beatitudinis æternæ percipiamus emolumentum, per Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Ad Comm.

Divini satiati muneris largitate, quæsumus Dne Deus noster, ut in huius semper participatione vivamus, per. *l. g. El.*

Super populum.

Tueatur, quæsumus Dne, dextera tua populum deprecantem, & purificatum dignanter erudiat, ut consolatione præsenti ad futura bona proficiat, per Dnm. *l. g.*

Alia Missa Gregoriana.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut observationes sacras annua devotione recolentes, & corpore tibi placeamus & mente, per Dnm nrm. gg.

Secreta.

Oblatum tibi sacrificium, Dne, vivificet nos semper & muniat, per Dnm. gg.

Ad Comm.

Sumptis Dne salutaribus sacramentis, ad redemptionis æternæ, quæsumus, proficiamus augmentum, per. gg.

Super populum.

Deprecationem nostram, quæsumus Dne, benignus exaudi, & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium, per. gg.

Alia Ambrosiana.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, & observat. *Ut supra.*

Alia.

Deprecationem nostram, quæsumus Dne, benignus. *Ut supra.*

Secreta.

Oblatum tibi Dne sacrificium. *Ut supra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et tuam suppliciter. *Ut supra.*

Ad Comm.

Divini satiati muneris largitate. *Ut supra.*

Feria III. Ad S. LAURENTIUM In Damas. Gelas.

Sacræ nobis, Dne quæsumus, observationis ieiunia, & piæ conversationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præstent auxilium, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Exercitatione veneranda, Dne, ieiunii salutaris populi tui corda dispone, ut & dignis mentibus suscipiat paschale mysterium, & continuatæ devotionis sumat augmentum, per. *g.*

Secreta.

Purifica nos, misericors Deus, ut ecclesiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt, pia munera deferentes fiant expiatis mentibus gratiores, per. *l. g. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! per mediatorem Dei & hominum Ihm Xpm Dnm nrm, qui de cœlo descendit, mundum ab ignorantiæ tenebris liberare, & mediante die festo ascendit in templum docere; cuius

cuius deſcenſus genus humanum doctrina ſalutari inſtituit, mors a perpetua morte redemit, reſurrectio ad vitam reparavit, aſcenſio ad cœleſtia regna perduxit, per quem te ſumme Pater poſcimus, ut eius inſtitutione edocti, ſalutaris parſimoniæ devotione purificati, ad tua perveniamus promiſſa ſecuri, per quem maieſtatem. *El. g g.*

Ad Comm. GG.

Cœleſtia dona capientibus, quæſumus Dne, non ad iudicium pervenire patiaris, quod fidelibus tuis ad remedium providiſti, per Dnm. *l. g. El.*

Super p pulum. GG.

Miſerere Dne populo tuo, & continuis tribulationibus laborantem, propitius reſpirare concede, per Dnm. *l. gg.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Sacræ nobis, quaſumus Dne, obſervationis. Ut ſupra.

Secreta.

Hæc hoſtia, Dne quæſumus, emundet noſtra delicta, & ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora mentesque ſanctificet, per Dum. g g.

Ad Comm.

Huius nos Dne perceptio ſacramenti mundet a crimine, & ad cœleſtia regna perducat, per Dnm. g g.

Super populum.

Miſerere Dne populo tuo. Ut ſupra.

Alia Miſſa Ambroſiana.

Miſerere Dne populo tuo. *Ut ſupra.*

Alia

Præſta nobis, omnipotens Deus, ut quia vitiis ſubiacet noſtra mortalitas, tua nos & medicina purificet, & potentia tueatur, per Dnm.

Secreta.

Hæc hoſtia, Dne quæſumus, emundet noſtra delicta. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et te creatorem omnium de præteritis fructibus glorificare, & de venturis ſuppliciter exorare; ut cum de perceptis non(1) invenimur ingrati, de percipiendis non iudicemur indigni; ſed exhibita totiens ſolemnis devotione ieiunii, cum ſubſidiis corporalibus profectum quoque capiamus animarum, per Xpm Dnm. *l. gg.*

Ad Comm.

Huius nos Dne perceptio ſacramenti. *Ut ſupra.*

Feria IIII.

Ad S. PAULUM. Gel. (2)

Omnipotens ſempiterne Deus, qui & iuſtis præmia meritorum, & peccatoribus per ieiunium erroris ſui veniam præbes, miſerere ſupplicibus, parce peccantibus, ut reatus noſtri confeſſio indulgentiam valeat percipere delictorum, per Dnm. *g. El.* *Alia.*

Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut quos ieiunia votiva caſtigant, ipſa quoque devotio ſancta lætificet, ut terrenis affectibus mitigatis, facilius cœleſtia capiamus, per. *g. gg.*

Secreta.

Supplices Dne te rogamus, ut his ſacrificiis peccata noſtra mundentur, quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis ſanitatem, per Dnm. *g g.*

Prætatio

VD. Per X. D. N. qui illuminatione ſuæ fidei tenebras expulit mundi, & genus humanum, quod primæ matris uterus profuderat cæcum, incarnationis ſuæ myſterio reddidit illuminatum, fecitque filios adoptionis, qui tenebantur vinculis iuſtæ damnationis; per ipſum te petimus, ut tales in eius inveniamur iuſtiſſima examinatione, quales facti ſumus in lavacri ſalutaris feliciſſima regeneratione, ut eius incarnationis medicamine imbuti, ſacroſancti lavacri ablutione purgati (*recentiore manu*: vel loti) parſimoniæ devotione ornati, ad æterna gaudia perveniamus illæſi, per eundem Xpm Dnm. *El. gg.*

Ad Comm.

Sacramenta, quæ ſumpſimus, Dne Deus noſter, & ſpiritalibus nos repleant alimentis, & corporalibus tueantur auxiliis, per Dnm. *g g.* *Super*

(1) Vide ſupra p. 54. (2) Rhenaug. *Hic facis ad aurium apertionem.*

Digitized by Google

Super populum.

Pateant aures miſericordiæ tuæ, Dne, precibus ſupplicantum, & ut petentibus deſiderata concedas, fac eos, quæ tibi ſunt placita, poſtulare, per Dnm. *g. gg.*

Alia Gregoriana ſeu Ambroſiana.

Deus, qui & iuſtis p. m. & p. per ieiunium veniam præbes, miſerere ſupplicibus tuis, ut reatus. *Cætera ſequentia per omnia ſunt ſimilia g g.*

Feria V. Ad S. SILVESTRUM. Gel.

Præſta, quæſumus Dne, ut ſalutaribus ieiuniis eruditi, a noxiis etiam vitiis abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus, per Dnm. *g. Fer. VI. El.*

Alia.

Tua nos Dne, protectione defende, & ab omni ſemper iniquitate cuſtodi, per Dnm. *Secreta.*

Efficiatur hæc hoſtia, Dne quæſumus, ſolemnibus grata ieiuniis, & ut tibi acceptior fiat, purificatis mentibus immoletur, per Dnm. *g. Dominica II. fer. II. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! cuius bonitas hominem condidit, iuſtitia damnavit, miſericordia redemit; te humiliter exoramus, ut ſicut per illicitos appetitus a beata regione decidimus, ſic ad æternæ beatitudinis patriam per abſtinentiam redeamus; ſicque moderetur tua miſeratione noſtra fragilitas, ut & tranſitoriis ſubſidiis noſtra ſuſtentetur mortalitas, & per bonorum operum incrementa beata acquiratur immortalitas, per Xpm Dnm. *El. gg.*

Ad Comm.

Sancta tua nos, Dne quæſumus, & vivificando renovent, & renovando vivificent, per Dnm. *l. g. Fer. VI.*

Super populum.

Populi tui Deus, inſtitutor & rector, peccata, quibus impugnatur, expelle, ut ſemper tibi placatus, & tuo munimine ſit ſecurus, per D. n. I. X f. t. *l. gg.*

Feria VI.

Ad S. EUSEBIUM. Gel. (1)

Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut quos votiva ieiun. Req. ſupra in IIII.ta feria.

Secreta.

Purifica nos, miſericors Deus. Req. ſupra in III. feria.

Ad Comm.

Cœleſtia dona capientibus. Req. ſupra in eadem feria.

Super populum.

Populi tui, Deus inſtitutor. Ut ſupra.

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui ineffabilibus mundum renovas ſacramentis! præſta quæſumus, ut eccleſia tua æternis proficiat inſtitutis, & temporalibus non deſtituatur auxiliis, per. *g g. Reliqua omnia ut ſupra.*

Item Feria VI.
Ad S. EUSEBIUM. Gel.

Deus, qui ineffabilibus mundum renovas. *Ut ſupra.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus! qui ſic hominem condidiſti, ut meliorem temporalibus beneficiis competenter inſtructum, ad cœleſtia dona proveheres! præſta quæſumus, ut ſicut per illicitos appetitus de indulgentiæ beatitudinis regione decidimus, ſic per alimoniam tuo munere diſtributam, & tranſitoria ſuſtentetur humanitas, & amiſſa recuperetur æternitas, per Dnm. *Secreta.*

Hæc ſacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos ad ſuum faciant puriores venire principium, per. *g.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm! qui eſt dies æternus, & lux indeficiens, claritas ſempiterna; qui ita ſequaces ſuos in luce præcepit ambulare, ut noctis æternæ valeant caliginem evadere, & ad lucis

(1) Fer. V. *Gregoriana.*

patriam feliciter pervenire; qui per humilitatem assumptæ humanitatis Lazarum flevit, per divinitatis potentiam vitæ reddidit, genusque humanum quadrifida peccatorum mole obrutum, ad vitam reducit; per quem petimus ieiunii observatione a peccatorum nostrorum nexibus solvi, æternæ vitæ felicitati reddi, & Sanctorum cœtibus connumerari, per quem maiestatem. *El. gg.*

Ad Comm.

Hæc nos, quæsumus Dne, participatio sacramenti & propriis reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur adversis, per Dnm. *gg.*

Super populum.

Adesto Dne populis, qui sacra mysteria contigerunt, ut nullis periculis affligantur, qui te protectore confidunt, per. *l. g.*

Alia Missa Gregoriana. *El.*

Deus, qui ineffabilibus mundum renovas. Ut supra.

Secreta.

Munera nos, Dne quæsumus, oblata purificent, & te nobis iugiter faciant esse placatum, per. gg.

Ad Comm.

Hæc nos, quæsumus Dne, participatio sacramenti. Ut supra.

Super populum.

Da quæsumus, omnipotens Deus, ut qui infirmitatis nostræ conscii, de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus, per. gg.

Sabbato ad S. LAURENTIUM for. mur. Gelas.

Deus, omnium misericordiarum ac totius bonitatis auctor! qui peccatorum remedia ieiuniis, orationibus, & elemosynis demonstrasti! respice propitius in hanc humilitatis nostræ confessionem, ut qui inclinamur inconstantia nostra, tua semper misericordia eriganur, per Dnm. *g.* *Alia.*

Tua nos, Dne quæsumus, gratia & sanctis exerceat veneranda ieiuniis, & cœlestibus mysteriis efficiat aptiores, per. *g.*

Secreta.

Oblationibus, quæsumus Dne, placare susceptis, & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates, per. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! misericordiæ dator, & totius bonitatis auctor, qui ieiuniis, ac orationibus, & elemosynis peccatorum remedia, & virtutum omnium tribuis incrementa; te humili devotione precamur, ut qui ad hæc agenda saluberrimam dedisti doctrinam, ad complendum indefessam tribuas efficaciam, ut obedienter tua exequentes præcepta, feliciter tua capiamus promissa, per Xpm Dm. *El. gg.*

Ad Comm.

Tua nos, quæsumus Dne, Sancta purificent, & operatione sua perficiant esse placatos (f. pacatos) per. *l. gg.*

Super populum.

Plebem tuam, Dne quæsumus, interius exteriusque restaura, ut quam corporeis non vis delectationibus impediri, spiritali facias vigere proposito, & sic rebus foveas transitoriis, ut tribuas potius inhærere perpetuis, per Dnm. *l. g.*

Alia Missa Gregoriana.

Fiat, Dne quæsumus, per gratiam tuam fructuosus nostræ devotionis affectus, quia tunc nobis proderunt susceptа ieiunia, si tuæ sint placita pietati, per. gg.

Secreta.

Oblationibus, quæsumus Dne, placare. Ut supra. Ad Comm.

Tua nos, quæsumus Dne, sancta purificent. Ut supra.

Super populum.

Deus, qui sperantibus in te misereri potius

Digitized by Google

tius dirigis, quam irascì, da nobis digne ferenda, quæ fecimus, ut tua consolationi gratiam invenire mereamur, per. gg. Similiter in Ambrosiano.

Dom. de Passione Dni.

Ad S. PETRUM. Gelas. (1)

Quæsumus omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice, ut te largiente regatur in corpore, & te servante custodiatur in mente, per. *El. gg.*

Alia.

Deus, qui sperantibus in te misereri potius. *Ut supra.*

Secreta.

Munera nos, Dne quæsumus, oblata. *Req. supra in VI. feria.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! maiestatem tuam propensius implorantes, ut quanto magis dies salutiferæ festivitatis accedit, tanto devotius ad eius digne celebrandum proficiamus paschale mysterium, per X. D. n. *El. gg.* *Ad Comm.*

Sacramenti tui, quæsumus Dne, participatio salutaris, & purificationem nobis tribuat & medelam, per. *gg. fer. II. ad Compl.* *Super populum.*

Da nobis, quæsumus Dne, perseverantem in tua voluntate famulatum, ut in diebus nostris & merito & numero populus tibi serviens augeatur, per. *El. gg. fer. III. super pop.*

Alia Gregoriana.

Quæsumus, omnipotens Deus, familiam tuam. Ut supra.

Secreta.

Hæc munera, Dne quæsumus, & vincula nostræ pravitatis absolvant, & tua nobis misericordiæ dona concilient, per Dnm. gg. Ad Comm.

Adesto nobis, Dne Deus noster, & quos tuis mysteriis recreasti, perpetuis defende præsidiis, per. l. gg.

Item alia Missa Ambrosiana.

Da cordibus ecclesiæ tuæ, Dne quæsumus, desideria terrenæ conditionis abscidere, & cœlestis vitæ spiritum sensibus eius largus infunde, nec prævaleat auctor ille, qui perdidit, sed vincat potius qui redemit, ut a vetustatis lege mundata proficiat, & ad æternam perveniat tuo munere novitatem, per eundem Dnm. In unitate eiusdem Spiritus sancti.

Alia.

Deus, qui licet salutem hominum semper operaris, nunc tamen populum tuum gratia abundantiore lætificas; respice propitius ad electionem tuam, ut paternæ protectionis auxilium & regenerandos muniat, & renatos, per Dnm.

Secreta.

Dicatæ, Dne quæsumus, capiamus oblationis effectum, ut terrenæ vetustatis conversatione mundati, cœlestis vitæ profectibus innoventur, per Dnm. *l.* *Præfatio.*

VD. Per Xpm Dnm nrm. qui eminenti gloria maiestatis plurima in terris mirabilia peregit, inter quæ summæ pietatis virtute quatriduanum Lazarum a nexu funeris liberavit; iam enim teterrimo squalore subactus, in atra telluris humatus voragine vinctus institis quiescebat; cuius mortem prius per soporis requiem, postmodum aperta voce Dominus discipulis referavit; quem & amicum pia dignatione commemorans ad claustrum ipsius spelei properavit, ibique Iudæorum turbis astantibus, lacrimosis oculis infremuit; ac ploravit. O quale exhibitionis miraculum, ut cœlorum conditor flere ante servi tumulum dignaretur! O quam magnum & salutare mysterium, quod per resurrectionem Lazari figuraliter designatur! Ille tabo corporis dissolutus per superni regis imperium continuo surrexit ad vitam; nos quidem primi hominis facinore conlepultos divina Xpi gracia ex inferis liberavit, & redivivos gaudiis reddidit sempiternis, quem laudant angeli.

Ad Comm.

Satiati munere salutari, tuam Dne misericordiam deprecamur, ut hoc eodem sacramento, quo nos temporaliter vegetas, efficias perpetuæ vitæ participes, per. *l.* *Fer.*

(1) Gel. vulg. *quinta Dominica, quæ pro scrutinio celebratur.*

Fer. II.

Ad Scm CHRISOGONUM. Gel.

Sanctifica, quæsumus Dne, noſtra ieiunia, & cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparum, per. *gg.*

Alia.

Adeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Concede nobis, Dne quæſumus, ut hæc hoſtia ſalutaris & noſtrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio maieſtatis, per Dnm nrm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! te ſuppliciter exorantes, ut ſic noſtra ſanctificentur ieiunia, quo cunctorum nobis peccatorum proveniat indulgentia; quatenus appropinquante unigeniti filii tui paſſione, bonorum operum tibi placere valeamus exhibitione, per quem maieſtatem. *El. gg.*

Ad Comm.

Adeſto nobis, Dne Deus noſter, & quos tuis. *Req. retro in 4.ta pagina.*

Super populum.

Benedictio, Dne quæſumus, in tuos fideles copioſa deſcendat, & quam ſubiectis cordibus expetunt, largiter conſequantur, per. *g. El.*

Alia Gregoriana.

Sanctifica, quæſumus Dne, noſtra ieiunia. Ut ſupra.

Secreta.

Concede nobis, Dne Deus. Ut ſupra.

Ad Comm.

Sacramenti tui, quæſumus Dne. Req. retro in 4.ta pag.

Super populum.

Da, quæſumus Dne, populo tuo ſalutem mentis & corporis, ut bonis operibus inhærendo, tua ſemper mereatur protectione defendi, per. gg.

Item unde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Quæſumus, omnipotens Deus, familiam tuam. *Req. ſupra in Dom. in Gelaſ.*

Alia.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus, ut qui infirmitatis noſtræ conſcii. *Req. retro feria VI.*

Secreta.

Accepta tibi ſit, quæſumus Dne, noſtræ devotionis oblatio, quæ & ieiunium noſtrum te operante ſanctificet, & indulgentiam nobis tuæ conſolationis obtineat, per. *g. Dom. I. Quadr.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! maieſtatem tuam propenſius. *Req. ſupra in Dom.*

Ad Comm.

Sacramenti tui, quæſumus Dne. *Ut ſupra.*

Feria III.

Ad Scm CYRIACUM. Gel.

Noſtra tibi, quæſumus Dne, ſint accepta ieiunia, quæ nos & expiando gratiæ tuæ dignos efficiant, & ad remedia perducant æterna, per Dnm. *gg.*

Alia.

Afflictionem familiæ tuæ, quæſumus Dne, intende placatus, ut indulta venia peccatorum, de tuis ſemper beneficiis gloriemur, per Dnm. *gg. p.* 247.

Secreta.

Hoſtias tibi Dne deferimus immolandas, quæ temporalem conſolationem ſignificent, ut promiſſa non deſperemus æterna, per Dnm. *l. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et tibi devotis mentibus ſupplicare, ut nos interius, exteriusque reſtaures & parſimonia ſalutari a peccatorum ſordibus expurges, & quos illecebroſis delectationibus non vis impediri, ſpiritalium virtutum facias vigore muniri, & ſic bonis tranſitoriis foveas, ut perpetuis inhærere concedas, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Da, quæſumus omnipotens Deus, ut quæ

Digitized by Google

quæ divina ſunt, iugiter exſequentes, donis mereamur cœleſtibus propinquare, per Dnm nrm. *gg.*

Super populum.

Libera Dne, quæſumus, a peccatis & hoſtibus tibi populum ſupplicantem, ut in ſancta converſatione viventes, nullis afficiantur adverſis, per Dnm. *l. g. El.*

Alia Gregoriana.

Noſtra tibi, quæſumus Dne, ſint accepta ieiunia. Ut ſupra.

Secreta.

Hoſtias tibi Dne deferimus. Ut ſupra.

Ad Comm.

Da quæſumus, omnipotens Deus, ut quæ divina ſunt. Ut ſupra.

Super populum.

Da nobis, Dne quæſumus, perſeverantem in tua voluntate famulatum, ut in diebus noſtris & merito & numero populus tibi ſerviens augeatur, per. gg.

Item alia Ambroſiana.

Noſtra tibi, quæſumus Dne, ſint accepta. *Ut ſupra.*

Alia.

Afflictionem familiæ. *Ut ſupra.*

Secreta.

Hoſtias tibi Dne deferimus. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui nos de donis bonorum temporalium ad perceptionem provehis æternorum; hæc enim tribuis, & illa promittis, ut & manſuris iam incipiamus inſeri, & prætereuntibus non teneri; tuum eſt enim omne quod vivimus, quia licet peccati vulnere natura noſtra ſit vitiata, tui tamen eſt operis, ut a terrenis ad cœleſtia renaſcamur, per Xpm Dnm.

Ad Comm.

Da quæſumus, omnipotens Deus, ut quæ divina. *Ut ſupra.*

Feria IIII.

Ad S. MARCELLUM. Gel.

Sanctificato hoc ieiunio, Deus, tuorum corda fidelium miſerator illuſtra, & quibus devotionis præſtas affectum, præbe ſupplicantibus pium benignus auditum, per. *l. gg.*

Alia.

Ieiunia, quæſumus Dne, quæ ſacris exſequimur inſtitutis, & nos a reatibus noſtris ſemper expediant, & tuam nobis iuſtitiam faciant eſſe placatam, per. *g.*

Secreta.

Annue, miſericors Deus, ut hoſtias placationis & laudis ſincero tibi deferamus obſequio, per. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et te ſupplici devotione exorare, ut per ieiunia, quæ ſacris inſtitutis exſequimur, a cunctis reatibus emundari mereamur, tuamque percipere valeamus propitiationem, qui præparemur ad celebrandam unigeniti filii tui paſſionem; per quem maieſt. *El. gg.*

Ad Comm.

Cœleſtis doni benedictione percepta, ſupplices te, Deus omnipotens, deprecamur, ut hoc idem nobis & ſacramenti cauſa ſit, & ſalutis, per Dnm. *l. gg.*

Super populum.

Exaudi, quæſumus Dne, gemitum populi ſupplicantis, ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium, ſed miſericordiam conſequi mereamur, per. *El. gg.* p. 246. Alia Gregoriana.

Sanctificato hoc ieiunio Deus. Ut ſupra.

Secreta.

Annue, miſericors Deus! ut hoſtias placationis & laudis ſincero tibi deferamus obſequio, per. gg.

Ad Comm.

Cœleſtis doni benedictione. Ut ſupra.

Super populum.

Adeſto ſupplicationibus noſtris. Req. in quinta pagina.

Item alia Ambroſiana.

Exaudi, quæſumus Dne, gemitum. *Ut ſupra.*

Alia.

Sanctificato hoc ieiunio Deus. *Ut ſupra.*

Secreta.

Annue, miſericors Deus! ut hoſtias. *Ut ſupra.*

Præfatio

VD. æterne Deus! Per hæc ſacroſancta myſteria, quæ in noſtro ieiunio iubente te ſolemniter celebramus; tribue quæſumus propitiatus, ut uberior tuæ pietatis gratia redundet in nobis, ut ſicut ſperamus, animabus ſimul & corporibus tribuas æternæ vitæ ſalutem, per Xpm.

Ad Comm.

Cœleſtis doni benedictione. *Ut ſupra.*

Feria V.

Ad Scm APOLLINAREM. Gel.

Tribue nobis, quæſumus Dne, indulgentiam peccatorum, ut inſtituta paſchalia tibi placitis ſenſibus operemur, per. *g. Fer. VI. El.*

Alia.

Concede, miſericors Deus, ut ſicut nos tribuis ſolemne tibi deferre ieiunium, ſic nobis indulgentiæ tuæ præbe benignus auxilium, per. *El.*

Secreta.

Concede nobis, Dne quæſumus, ut celebraturi ſancta myſteria, non ſolum abſtinentiam corporalem, ſed, quod eſt potius, habeamus mentium puritatem, per. *l. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui nos ſic tribuis ſolemne tibi deferre ieiunium, ut indulgentiæ tuæ ſperemus nos percipere ſubſidium; ſic nos inſtituis ad celebranda paſchalia feſta, ut per hæc acquiramus gaudia ſempiterna, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Vegetet nos, Dne, ſemper & innovet tuæ menſæ libatio, quæ fragilitatem noſtram gubernet & protegat, & in portum perpetuæ ſalutis inducat, per Dnm. *l. El. g. hebd. V. fer. III.*

Super populum.

Succurre, quæſumus Dne, populo ſupplicanti, & opem tuam tribue benignus infirmis, ut ſincera tibi mente devoti, & præſentis vitæ remediis gaudeant, & futuræ, per. *l g g.*

Alia Gregoriana.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut dignitas conditionis humanæ, per immoderatam ſaturitatem vitiata, medicinalis parſimoniæ ſtudio reformetur, per. l. gg.

Secreta.

Dne Deus noſter, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis noſtræ ſubſidium condidiſti, tuoque nomini munera iuſſiſti dicanda conſtitui! tribue quæſumus, ut & vitæ nobis præſentis auxilium, & æternitatis efficiant ſacramentum, per Dnm. l. gg. Ad Comm.

Quod ore ſumpſimus, Dne, mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum, per. l. gg.

Super populum.

Eſto, quæſumus Dne, propitius plebi tuæ, ut quæ tibi non placent reſpuentes, tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum, per. gg.

Item alia Ambroſiana.

Ieiunia, quæſumus Dne, quæ. *Req. in IV. pag.*

Alia.

Eſto, quæſumus Dne. propitius. *Ut ſupra.*

Secreta.

Supplices te Dne deprecamur, ut per hæc dona ſacrificii ſingularis, & ablutio peccatorum, & tua nobis ſanctificatio præbeatur, per Dnm. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui ideo conditionis humanæ propenſius precibus exoraris, ut ſicut tu corripis filios ad paternam reverentiam tardiores, ita nos ſolita pietate prævenias, ut & ſupplices tuos fieri tribuas, & ſupplicantibus optata concedas, per Xpm. *Ad Comm.*

Adeſto nobis, Dne Deus noſter, ut quos tuis myſteriis recreaſti, perpetuis defendas præſidiis, per *l.*

Feria VI. Ad S. STEPHANUM. Gel.

Cor-

Digitized by Google

Cordibus noſtris, Dne, benignus infunde, ut peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius mœremur, quam ſuppliciis deputemur æternis, per Dnm nrm. *El. gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus! clementiam tuam ſuppliciter exoramus, ut qui mala noſtra ſemper prævenis miſerando, facias tibi placitos, & piis actionibus & ieiuniis ſalubribus expiando, per Dnm nrm. *g.*

Secreta.

Sanctifica nos, quæſumus Dne, his muneribus offerendis, & paſchalis obſervantiæ ſufficientem nobis tribue facultatem, per Dnm nrm. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! cuius nos miſericordia prævenit, ut bene agamus, accendit intentionem, qua ad bona opera inardeſcamus, tribuit efficaciam, qua hæc ad perfectum perducere valeamus. Tuam ergo clementiam indefeſſis vocibus obſecramus, ut nos ieiunii victimis a peccatis mundatos, ad celebrandam unigeniti filii tui Dni nri paſſionem facias eſſe devotos, per quem maieſtatem. *El. gg.*

Ad Comm.

Sumpti ſacrificii, Dne, perpetua nos tuitio non relinquat,& noxia ſemper a nobis cuncta depellat, per. *l. g g.*

Super populum.

Protege, Dne, populum tuum, & in Sanctorum tuorum patrocinio confidentem, perpetua defenſione guberna, per. *g. El.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Cordibus noſtris, Dne, benignus. Ut ſupra.

Secreta.

Præſta nobis, miſericors Deus, ut digne tuis ſervire ſemper altaribus mereamur, & eorum perpetua participatione ſalvari, per. gg.

Ad Comm.

Sumpti ſacrificii, Dne, perpetua. Ut ſupra.

Super populum.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus ſecura tibi mente ſerviamus, per. gg.

Sabb. vacat. Elymoſyna datur. G.

Da nobis obſervantiam, Dne, legitimam, devotionem perfectam, ut cum refrenatione carnalis alimoniæ, ſancta tibi converſatione placeamus, per. *g.*

Alia.

Deus, qui iuſte iraſceris, & clementer ignoſcis, afflicti populi lacrimas reſpice, & iram tuæ indignationis, quam iuſte meremur, propitiatus averte, per. *g g.*

Secreta.

Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut ieiuniorum placatus ſacrificiis, remiſſionis tuæ nos venia proſequaris, per. *El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Cuius nos fides excitat, ſpes erigit, caritas iungit, cuius miſeratio gratuita purificat, quos conſcientiæ reatus accuſat: te igitur interno rugitu deprecamur, ut carnalis alimoniæ refrenatione caſtigati, ad celebrandum paſchale myſterium inveniamur idonei, per Xpm Dnm nrm, per quem maieſtatem. *El. g g.*

Ad Comm.

Adeſto, Dne, fidelibus tuis, & quos cœleſtibus reficis ſacramentis, a terrenis conſerva periculis, per. *l. g. Fer. IV. El.*

Super populum.

Conſerva, quæſumus Dne, populum tuum, & ab omnibus, quas meretur, adverſitatibus redde ſecurum, ut tranquillitate percepta, devota tibi mente deſerviat, per. *gg.*

Alia Gregoriana.

Proficiat, quæſumus Dne, plebs tibi dicata piæ devotionis affectu, ut ſacris actionibus

Digitized by Google

nibus erudita, quanto maieſtati tuæ ſit gratior, tanto donis potioribus augeatur, per. g. p. 606. gg.

Secreta.

Cunctis nos, quæſumus Dne, reatibus & periculis propitiatus abſolve, quos tanti myſterii tribuis eſſe conſortes, per. gg.

Ad Comm.

Divini muneris ſatiati largitate, quæſumus Dne Deus noſter, ut huius ſemper participatione vivamus, per. l. gg.

Super populum.

Tueatur, quæſumus Dne, dextera tua populum tuum deprecantem, & purificatum dignanter erudiat, ut conſolatione præſenti ad futura bona proficiat, per. l. gg.

Item alia Gelaſiana (Ambroſiana.)

Deus, qui humani generis ita es conditor, ut ſis etiam reformator! propitiare populis adoptivis, & novo teſtamento ſobolem novæ prolis aſcribe, ut filii promiſſionis, quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam, per. *Alia.*

Da nobis obſervantiam, Dne. *Ut ſupra.*

Secreta.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos ad æternam vitam in confeſſione tui nominis, baptiſmatis reparas ſacramento! ſuſcipe tuorum munera & vota famulorum, ut in te ſperantium & deſideria iubeas perfici, & peccata deleri, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! cuius nos miſericordia. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Adeſto Dne fidelibus tuis, & quos cœleſtibus reficis ſacramentis, ab æternis conſerva periculis, per. *l. g.*

Dom. In Ramis Olivarum ad Scm LAURENTIUM.

Miſſa Ambroſiana Or. ſuper Populum.

Da nobis, quæſumus Dne, tua digne tractare myſteria, ut miſerationibus tuis congruo reſpondeamus obſequio, & fiducialius impetranda poſcamus, per. *l.*

Secreta.

Efficiatur Dne hæc hoſtia ſolemnibus grata iuniis, & ut tibi fiat acceptior, purificatis eam mentibus immolemus, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui filium tuum Dnm nrm Ihm Xpm in hunc mundum pro noſtra ſalute miſiſti, ut ſe humiliaret ad nos, & nos revocaret ad te; cui etiam dum Hieruſalem veniret adimplere ſcripturas, credentium turba fideliſſima devotione veſtimenta ſua cum ramis olivarum in via ſternebat; præſta quæſumus, ut & nos illi fidei viam præparemus, de qua remoto lapide offenſionis, & petra ſcandali, frondea opera, & iuſtitiæ ramos veſtigiis eius ſternamus, & uſque ad palmam victoriæ pertingere mereamur, per eundem Dnm.

Ad Comm.

Spiritum in nobis, Dne, tuæ caritatis infunde, ut quos uno cœleſti pane ſatiaſti, tua facias pietate concordes, per. *l.* in unit. eiusdem. *gg. ad compl. fer. II. in alb. & in Sabb. S*

Exorciſmus ſtoris vel frondium.

Dom. Indulgentia, id eſt in Palmis.

Exorcizo te omnis creatura florum & frondium, in nomine Patris omnipotentis, & in nomine Ihu Xpi filii eius! omnis virtus adverſarii, omnis exercitus diaboli, omnis ſpiritus inimici, omnis incurſio dæmonum, eradicare & explantare ab hac creatura florum, ut ad Dei gratiam feſtinantes, veſtigia eorum non ſequaris, interdico tibi, per Dnm nrm Ihm Xpm, qui venturus eſt iudicare.

Bened. Olivarum caterarumque frondium.

Deus, qui per olivæ ramum pacem terræ nuntiari iuſſiſti! præſta quæſumus, ut hos olivæ cæterarumque frondium ramos, tua cœleſti benedictione ſanctifices, ut cuncto populo proficiant ad ſalutem, per Dnm.

Alia.

Deus, qui filium tuum Dnm nrm Ihm Xpm pro ſalute noſtra in hunc mundum miſiſti. *Ut ſupra.* *Alia*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Dnm nrm Ihm Xpm, hodierna die pullum aſinæ ſedere feciſti, & turbas populorum veſtimenta vel ramos arborum in via ſternere, & oſanna decantare in laudem ipſius docuiſti! da quæſumus, ut illorum innocentiam imitari poſſimus, & eorum meritum conſequi mereamur, per.

Alia.

Deus, qui filium tuum unigenitum pro redemptione noſtra dignatus es dirigere, ut populum tuum ab initio in peccati profunda demerſum, a morte ad vitam revocares, & chirographo lethali deleto, ſanguine filii tui innovares gentibus regnum

Digitized by Google

gum; Deus qui dispersa congregas, & congregata conservas; qui populis obviam Xpo ramos portantibus benedixisti; benedic etiam hos ramos palmæ & olivæ, cæterarumque frondium, quos tui famuli ad nominis tui benedictionem fideliter sumpsiunt, ut in quocunque loco introducti fuerint, tam benedictionem consequantur, ut omni adversa valetudine effugata, dextera tua protegat, quos redemit, per eundem.

Dns vobiscum. ℟. Et.
Sursum corda. ℟. Hab.
Gratias agamus Dno Deo nro. ℟. G.

Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere, Dne sce Pater omnipotens æterne Deus, mundi conditor, omniumque creaturarum mirabilis dispositor: Deus qui inter ipsa mundi primordia, cum ex nihilo cuncta conderes, ligna quoque fructifera, & diverso usui congrua, terram producere iussisti, ac post maledictum interdictæ arboris universa nobis per obedientiam Unigeniti tui in benedictionem convertisti; benedic etiam hos multigenarum arborum ramos, inter quas hæc præcipue arbor olivæ pinguedine cuncta præcellit, per quam etiam cum mundi crimina diluvio quondam expiarentur, diffuso, columba ramum eiusdem deferens, pacem terris redditam nuntiavit; Nec non & innocens turba, Spiritu sancto afflata, Unigenito tuo Dno nro Ihu Xpo, pro totius mundi salute passuro obviam currens, palmarum & huius arboris ramos abscidens, ac vestigiis eius substernens, iam quasi triumphatorem de mortis principe ostendebat; Te Dne suppliciter deprecamur, ut qui annua devotione eiusdem redemptoris nri sacratissimam passionem prævenire nitimur, ipso adiuvante, palmam victoriæ tenentes, atque oleo misericordiæ intrinseco refulgentes, in eius sancta resurrectione præmium vitæ, & immortalitatis coronam percipere mereamur, per eundem.

Unde supra. Alia Benedictio super olivas. Ambrosiana.

Benedic, Dne quæsumus, hos palmarum seu olivarum ramos, & præsta, ut quod populus tuus tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc spiritaliter summa devotione perficiat, de hoste victoriam reportando, & opus misericordiæ summopere diligendo; humiliter etiam Dne deprecamur: ut prædictarum arborum germina ita sanctificare digneris, ut & loca, ad quæ deportata fuerint, sanctificata efficiantur, quo iniquitas omnis, seu illusio dæmonum abscedat, & tua nos semper dextera protegere dignetur, per Dnm nrm.

Die Dom. ad Pal. ad S. IOHANNEM. Gel.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, salvatorem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti! concede propitius, ut & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis eius consortia mereamur, per eundem. *g. gg.*

Alia.

Deus, quem diligere & amare iustitia est, ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica, ut qui fecisti nos morte filii tui sperare quod credimus, facias nos eodem resurgente pervenire quo tendimus, per eundem. *g.*

Secreta.

Ipsa maiestati tuæ, Dne, fideles populos commendet oblatio, quæ per filium tuum reconciliavit inimicos, per eundem Dnm nrm Ihm Xpm. *g.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm. Per quem nobis indulgentia largitur, & pax per omne sæculum prædicatur, traditur cunctis credentibus disciplina, ut sanctificatos nos possit dies sanctus venturus excipere; & ideo. *El. gg.*

Ad Comm.

Præsta nobis, omnipotens Deus! ut quia vitiis subiacet nostra mortalitas, tua nos & medicina purificet, & potentia tueatur, per Dnm nrm. *El.*

Super populum.

Purifica, quæsumus Dne, familiam tuam, & ab omnibus contagiis pravitatis emunda, ut redempta vasa sui Dni passione, non spiritus immundus rursus inficiat, sed sal-

vatio ſempiterna poſſideat, per eundem. *l. g.* Alia Miſſa Gregoriana.

Ad S. Iohannem in Lateranis.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui humilitatis. Ut ſupra.

Secreta.

Concede, quæſumus Dne, ut oculis tuæ maieſtatis munus oblatum, & gratiam nobis devotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat, per Dnm. gg.

Ad Comm.

Per huius, Dne, operationem myſterii, & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur, per Dnm. gg.

Item Miſſa Ambroſiana, poſtquam veniunt ad Eccleſiam.

Populum tuum, Dne quæſumus, ad te toto corde converte, quia quos defendis etiam delinquentes, maiori pietate tueris ſincera mente devotos, per Dnm. *Alia.*

Aſcendant ad te, Dne, ſupplicum preces, ut qui diu pro noſtris offenſionibus caſtigati ſumus, miſerationis tuæ veniam ſentiamus, per Dnm.

Secreta.

Ipſa maieſtati tuæ Dne. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm, quem ad hoc humanam formam aſſumere voluiſti, ut quicquid prophetales, ſeu ſanctæ clamavere ſcripturæ, Bethlehemitica rura, ſeu Hieroſolimam adveniens conſummaret; Dignum eſt, ut ſicut puerili voce turba præeunte laudatio inſonabat, ita omni amore repleti, Dno Xpo modulatis vocibus decantemus, ſternentes denique veſtimenta Xpo Dno in itinere occurramus. Aligeri nobiscum ter ſanctum hymnum honorifice proclamemus dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus. *Ad Comm.*

Sanctificent nos, Dne, ſumpta myſteria, & paſchalis obſervantiæ ſufficientem nobis tribuant facultatem, per Dnm.

Feria II. ad Scos NEREUM, & ACHILLEUM. Gel.

Da quæſumus omnipotens Deus, ut qui in tot adverſis ex noſtra infirmitate deficimus, intercedente unigeniti filii tui paſſione reſpiremus, per eundem. *gg.*

Alia.

Da, miſericors Deus, ut quod in tui filii paſſione mundus exercuit, ſalutare nobis fideliter ſentiamus, per eundem. *g. fer. III.*

Secreta.

Reſpice, Dne propitius, ſacra myſteria quæ gerimus, & quod ad noſtra evacuanda præiudicia miſericors prævidiſti, vitam nobis tribue fructificare perpetuam, per Dnm nrm. *g.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; cuius nos humanitas colligit, humilitas erigit, traditio abſolvit, pœna redimit, crux ſalvificat, ſanguis emaculat, caro ſaginat. Per quem te ſumme Pater cum ieiuniorum obſequiis obſecramus, ut ad eius celebrandam paſſionem purificatis mentibus accedamus; per quem. *El. gg.*

Ad Comm.

Sacramentorum tuorum benedictione ſatiati, quæſumus Dne, ut per hæc ſemper mundemur a vitiis, per Dnm. *l.*

Super populum.

Tua nos miſericordia, Deus, & ab omni ſubreptione vetuſtatis expurget, & capaces ſanctæ novitatis efficiat, per Dnm.

Alia Miſſa Gregoriana.

Da quæſumus, omnipotens Deus, ut qui in tot adverſis. Ut ſupra.

Secreta.

Hæc ſacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad ſuum faciant puriores venire principium, per Dnm. gg.

Ad Comm.

Præbeant nobis, Dne, divinum tua ſancta fervorem, quo eorum pariter & actu delectemur & fructu, per Dnm. gg.

Super populum.

Adiuva nos, Deus ſalutaris noſter, &

ad

Digitized by Google

ad beneficia recolenda, quibus nos inſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes, per Dnm. gg.

Item alia Ambroſiana, ut ſupra in Gelaſiano, & in Gregoriano.

Da, quæſumus omnipotens Deus, ut qui in tot adver ſit. *Ut ſupra.*

Alia.

Adiuva nos, Deus ſalutaris noſter. *Ut ſupra.*

Secreta.

Hæc ſacrificia nos, omnipotens Deus. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Præbeant nobis Dne. *Ut ſupra.*

Præfatio ut ſupra.

Feria III. ad S. PRISCAM. Gel.

Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis ita dominicæ paſſionis ſacramenta peragere, ut indulgentiam percipere mereamur, per eundem. *gg.*

Alia.

Fac, omnipotens Deus, ut quæ veraciter facta recolimus, in noſtrum tranſire remedium gratulemur, per Dnm. *g.*

Secreta.

Grata tibi ſint, Dne, munera, quibus myſteria celebrantur noſtræ libertatis & vitæ, per Dnm.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm, cuius ſalutiferæ paſſionis, & glorioſæ reſurrectionis dies appropinquare noſcuntur, in quibus & antiqui hoſtis ſuperbia triumphatur, & noſtræ redemptionis myſterium celebratur. Unde tuam immenſam poſcimus clementiam, ut ſicut in eo ſolo conſiſtit totius noſtræ ſalvationis ſumma, ita per eum tibi ſit ieiuniorum & actuum noſtrorum ſemper victima grata, per quem maieſtatem. *El gg.*

Ad Comm.

Repleti, Dne, ſacri muneris gratia ſupplices exoramus, ut quæ guſtu corporeo dulci veneratione contigimus, dulciora mentibus ſentiamus, per Dnm. *g. El.*

Super populum.

Reminiſcere miſerationum tuarum, Dne, & famulos tuos æterna protectione ſanctifica, pro quibus Ihs Xps filius tuus per ſuum cruorem nobis inſtituit paſchale myſterium, qui tecum vivit. *g. El. fer. II.*

Alia Gregoriana.

Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis. Ut ſupra. Secreta.

Sacrificia nos, quæſumus Dne, propenſius iſta reſtaurent, quæ medicinalibus ſunt inſtituta ieiuniis, per Dnm. gg.

Ad Comm.

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia noſtra curentur, & remedia nobis ſempiterna proveniant, per Dnm. gg.

Super populum.

Tua nos miſericordia, Deus, & ab omni ſubreptione vetuſtatis expurget, & capaces ſanctæ novitatis efficiat, per. gg.

Item Alia Ambroſiana. Ut ſupra.

Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis. *Ut ſupra.*

Alia.

Tua nos miſericordia, Deus, & ab omni. *Ut ſupra.*

Secreta.

Grata tibi ſint, Dne, munera. *Ut ſupra.*

Præfatio ut ſupra.

Ad Comm.

Repleti, Dne, ſacri muneris gratia. *Ut ſupra.*

Fer. IIII.
Ad S. MARIAM. Gel. (1)

Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut qui noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur, per unigeniti tui paſſionem liberemur, per eundem Dnm nrm. *gg.*

Alia.

Deus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum ſubire voluiſti, ut inimici

a

(1) In S. Eligiano ad hanc feriam præmittuntur orationes, Feria VI. in Paraſceve dici ſolitæ. Vid. diſquiſit. IX. in vet. Lit. *Alem.* p. 853. 854.

a nobis expelleres poteſtatem, concede nobis famulis tuis, ut reſurrectionis gratiam conſequamur, per eundem. *g g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Xpi tui beata paſſione nos reparas, conſerva in nobis opera miſericordiæ tuæ, ut in huius celebritate myſterii perpetua devotione vivamus, per eundem Dnm nrm. *g.* *Alia.*

Præſta quæſumus, omnipotens & miſericors Deus, ut ſicut in condemnatione filii tui ſalus omnium fuit piaculum perfidorum, ita per miſericordiam tuam communis ſit cultus iſte credentium, per eundem Dnm. *g.*

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, munus oblatum, & dignanter operare, ut quod paſſionis myſterio gerimus, piis affectibus conſequamur, per Dnm. *g. El.*

Præfatio.

℣ VD. Per Xpm Dnm nrm; qui innocens pro impiis voluit pati, & pro ſceleratis indebite condemnari, cuius mors delicta noſtra deterſit, & reſurrectio iuſtificationem nobis exhibuit. Per quem pietatem tuam ſupplices exoramus, ut ſic hodie acceptes confeſſionem peccaminum noſtrorum, quatenus die craſtina ſpiritalium tribuas incrementa donorum; hodie ieiuniorum noſtrorum vota ſuſcipiens, ſic a peccatis emundes, ut cras ad ſacratiſſimæ nos cœnæ convivium introducas, per eundem Xpm. *El. g g.*

Ad Comm.

Largire ſenſibus noſtris, omnipotens Deus, ut per temporalem filii tui mortem, quam myſteria veneranda teſtantur, vitam nobis dediſſe perpetuam confidamus, per eundem. *El. g g.*

Super populum.

Reſpice, Dne quæſumus, ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus noſter Ihꝰ Xpꝰ non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum, qui tecum. *El. g g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui noſtris. Ut ſupra.

Alia.

Deus, qui pro nobis filium. Ut ſupra.

Secreta.

Purifica nos, miſericors Deus, ut eccleſiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ ſunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores, per Dnm. l. g g. fer. IV. ante Dom. Paſſ. Ad Comm.

Largire ſenſibus noſtris. Ut ſupra.

Super populum.

Reſpice Dne quæſumus ſuper. Ut ſupra.

In Ambroſiano ſicut & in Gelaſiano.

Benedictio Incenſi.

Deus omnipotens, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, immitte in hanc creaturam incenſi vim odoris tui, ut ſit ſervulis tuis vel ancillulis tuis, munimentum tutelaque defenſionis, ne intret hoſtis in viſcera eorum, aditumque & ſedem habere non poſſit, per Dnm nrm Ihm Xpm, qui tecum & cum Spiritu ſancto vivit & regnat per cuncta ſæcula ſæculorum, Amen.

Feria V. Cœnæ Dni. (1)

Egreditur pœnitens de loco, ubi pœnitentiam egit, & in gremio præſentatur Eccleſiæ, proſtrato omni corpore in terra.

Oratio ad Miſſam.

Omnipotens ſempiterne Deus, da quæſumus univerſis famulis tuis plenius atque perfectius omnia feſti paſchalis introire myſteria, ut incunctanter pia corda cognoſcant, quantum debeant de confirmata in Xpo renaſcentium glorificatione gaudere, per eundem. *g.* *Alia.*

(1) Vid. Vezzos. T. VI. ad *Gelaſ.* vulg. p. 52. n. 4. Quæ ſequuntur in ſolo antiquiore *San-Gallenſi* habentur, ordine paullulum a *Gelaſ.* inverſo.

Digitized by Google

Alia.

Concede credentibus, miſericors Deus, ſalvum de Chriſti paſſione remedium, ut humanæ fragilitatis & præteritæ culpæ laqueis æterno ſuffragio abſolvantur, per eundem. *g*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui vitam humani generis, pro nobis filio tuo moriente, ſalvaſti, præſta quæſumus, ut in hac populi tui devotione fructus proveniat gaudiorum, per eundem. *g.*

Et antequam offerat, poſtulat Diaconus his verbis:

Adeſt, o venerabilis pontifex, tempus acceptum, dies propitiationis divinæ, & ſalutis humanæ, qua mors interitum, & vita accepit æterna principium, quando in vinea Dni Sabaoth, ſic novorum plantatio facienda eſt, ut purgetur execratio vetuſtatis. Quamvis enim a divitiis bonitatis & pietatis Dei nihil temporis vacet, nunc tamen & largior eſt per indulgentiam remiſſio peccatorum, & copioſior per gratiam aſſumptio renaſcentium. Augemur regenerandis, creſcimus reverſis. Lavant aquæ, lavant lacrimæ. Inde gaudium *de aſſumptione* vocatorum; hinc lætitia de abſolutione pœnitentium; inde eſt, quod ſupplex tuus, poſtea quam in varias formas criminum, neglectu mandatorum cœleſtium, & morum probabilium transgreſſione cecidit, humiliatus atque proſtratus, prophetica ad Deum voce clamat dicens: Peccavi, impie egi, iniquitatem feci, miſerere mei Dne. Evangelicam vocem non fruſtratoria aure capiens, beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur; manducavit, ſicut ſcriptum eſt, panem doloris, lacrimis ſtratum rigavit, cor ſuum luctu, corpus afflixit ieiuniis, ut animæ ſuæ reciperet, quam perdiderat, ſanitatem; unicum itaque eſt pœnitentiæ ſuffragium, quod & ſingulis prodeſt, & omnibus in commune ſuccurrit; Hic ergo, dum ad pœnitudinis actionem tantis excitatur exemplis, ſub conſpectu ingemiſcentis eccleſiæ, venerabilis pontifex, proſtratur & dicit: Iniquitates meas ego cognoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. Averte faciem tuam a peccatis meis Dne, & omnes iniquitates meas dele. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me; quo ita ſupplicante & miſericordiam Dei afflicto corde poſcente, redintegra in eo, apoſtolice pontifex, quicquid diabolo ſuadente corruptum eſt, & orationum tuarum patrocinantibus meritis, per divinæ reconciliationis gratiam, fac hominem proximum Deo. Ut qui antea in ſuis perverſitatibus diſplicebat, nunc iam placere ſe Dno in regione vivorum devicto mortis ſuæ auctore gratuletur.

Poſt hæc admonetur ab Epo, ſive ab alio ſacerdote, ut quod pœnitendo diluit, iterando non revocet. Inde vero has dicit orationes ſacerdos ſuper eum:

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & me, qui etiam miſericordia tua primus indigeo, clementer exaudiens, quem non electione meriti, ſed dono gratiæ tuæ conſtituiſti operis huius miniſtrum! da fiduciam tui muneris exſequendi, & ipſe in noſtro miniſterio, quod tuæ pietatis eſt operare, per Dnm. *g.*

Alia.

Præſta quæſumus, Dne, huic famulo tuo

dignum pœnitentiæ fructum, ut ecclesiæ tuæ sanctæ, a cuius integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo reddatur innoxius, per Dnm. *g.*

Alia.

Deus humani generis benignissime conditor, & misericordissime reformator, qui hominem invidia diaboli ab æternitate beata deiectum, unici filii tui sanguine redemisti, vivifica eos, quos tibi nullatenus mori desideras, & qui non dereliquisti devios, assume correctos; moveant pietatem tuam, quæsumus Dne, horum famulorum tuorum lacrimosa suspiria, tu eorum medere vulneribus, tu iacentibus manum porrige salutarem, nec ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur: nec grex tuus detrimentum sustineat, nec de familiæ tuæ damno inimicus exultet, nec renatum lavacro salutari mors secunda possideat; tibi ergo, Dne, suppliciter preces prosternimus, tibi fletum cordis effundimus, tu parce confitentibus, ut imminentes pœnas, sententiamque futuri iudicii, te miserante non incidant: nesciant quod terret in tenebris, quod stridet in flammis; atque ab erroris via ad iter reversi iustitiæ, nequaquam ultra vulneribus saucientur, sed integrum sit eis atque perpetuum, & quod gratia tua contulit, & quod misericordia reformavit, per eundem. *g.*

Item ad reconciliandum.

Omnipotens sempiterne Deus, confitentibus tibi his famulis tuis pro tua pietate peccata relaxa, ut non plus eis noceat conscientiæ reatus ad pœnam, quam indulgentia tuæ pietatis ad veniam, per.

Alia.

Omnipotens & misericors Deus, qui peccatorum indulgentiam in confessione celeri posuisti, succurre lapsis, miserere confessis, ut quos delictorum catena constringit, magnitudo tuæ pietatis absolvat, per Dnm. *g.*

Alia. (1)

Dne sancte Pater omnipotens æterne Deus, respice propitius super hos famulos tuos, qui ab infesta sæculi tempestate emersi, flebili lamentatione suos aculant excessus, ut fletus ac gemitus eorum pie suscipias, eosque de tenebris ad lumen revoces, & medelam confitentibus, salutem pœnitentibus, & vulneratis auxilium sanitatis indulgeas; nec ultra inimicus in eorum habeat animam potestatem, eorumque confessionem libenter admittens, ecclesiæ tuæ purificatos restitue, ac tuo altario repræsenta, ut ad sacramentum reconciliationis admissi, una nobiscum sancto nomini tuo gratias agere mereantur, per Dnm. *g.*

Alia.

Deus misericors, Deus clemens, qui multitudine indulgentiarum nulla temporum lege concluderis, sed pulsantibus misericordiæ tuæ ianuam aperis, pœnitentes etiam sub ipso vitæ huius termino non repellis! respice propitius super hos famulos tuos, remissionem sibi omnium peccatorum tota cordis confessione poscentes; renova in eis, pulsime Pater, quod actione, quod verbo, quod ipsa denique cogitatione diabolica fraude vitiatum est, & unitati corporis ecclesiæ membra tuæ redemptionis adnecte; miserere gemituum, miserere lacrimarum, & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua, ad sacramentum reconciliationis admitte, per Dnm. *g.*

Alia.

(1) Apud *Gelas.* vulg. additur alia oratio p. 55. *Deus qui confitentium &c.* Tum post orationem *Dne sancte Pater &c.* Sequitur tit. Reconciliatio pœnitentis ad mortem *Deus misericors &c.* Quæ vero hic sequuntur in *Gel.* vulg. supra n. 15. p. 13. post officium Sexagesimæ.

Digitized by Google

Alia

Orat. & preces ſuper pœnitentem, & confitentem peccata ſua.

Exaudi, Dne, preces noſtras, & tibi confitentium parce peccatis, ut quos conſcientiæ reatus accuſat, indulgentia tuæ miſerationis abſolvat, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Præveniat hunc famulum tuum, quæſumus Dne, miſericordia tua, ut omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleantur, per. *g. gg.*

Alia.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, nec ſit ab hoc famulo tuo clementiæ tuæ longinqua miſeratio, ſana vulnera, eiusque remitte peccata, ut nullis a te iniquitatibus ſeparatus tibi Dno ſemper valeat adhærere, per. *g. gg.*

Alia.

Dne Deus noſter, qui offenſione noſtra non vinceris, ſed ſatisfactione placaris! reſpice, quæſumus, ad hunc famulum tuum, qui ſe tibi peccaſſe graviter confitetur. Tuum eſt ablutionem criminum dare, & veniam præſtare peccantibus, qui dixiſti, pœnitentiam te malle peccatorum, quam mortem; concede ergo, Dne, hoc, ut tibi pœnitentiæ excubias celebret, & correctis actibus ſuis conferri ſibi a te ſempiterna gaudia gratuletur, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Precor, Dne, clementiam tuæ maieſtatis ac nominis! ut huic famulo tuo, peccata & facinora ſua confitenti, veniam dare, & præteritorum criminum debita relaxare digneris, qui humeris filii tui ovem perditam reduxiſti ad caulas; qui publicani precibus, vel confeſſione placatus es! tu etiam, Dne, & huic famulo tuo placare, tu eius precibus benignus aſſiſte, ut in confeſſione flebili permanens, clementiam tuam celeriter exoret, & ſanctis altaribus reſtitutus, ſpei rurſus æternæ, & cœleſti gloriæ reformetur, per eundem. *g.*

Alia.

Exaudi, quæſumus omnipotens Deus, preces noſtras, quas in conſpectu pietatis tuæ effundere præſumimus, ſuppliciter deprecantes, ut famulum tuum in tua miſericordia confidentem benedicas, & omnia eius peccata dimittas, tuaque eum protectione conſerves, ut poſſit tibi dignus fieri, & ad æternam beatitudinem valeat pervenire, per Dnm.

Alia.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & hanc famuli tui confeſſionem benignus aſſume, ut qui auxilium tuæ miſerationis implorat, & ſanctificationis gratiam percipiat, & quæ pie precamur, obtineat, per Dnm.

Alia.

Deus miſericors, Deus clemens, qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis evacuas, maieſtatem tuam ſupplices deprecamur, ut huic famulo tuo, longo ſqualore pœnitentiæ macerato, miſerationis tuæ veniam largiri digneris, ut nuptiali veſte recepta, ad regalem menſam, unde eiectus fuerat, mereatur intrare, per Dnm.

Alia.

Maieſtatem tuam quæſumus Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui non mortem, ſed peccatorum vitam ſemper inquiris, reſpice flentes famulos tuos, attende proſtratos, eorumque planctum in gaudium tua miſeratione converte, per Dnm. *g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, miſerere ſupplicibus famulis tuis, & da, quæſumus, ne plus eis, noceat conſcientiæ reatus ad pœnam, quam indulgentia tuæ pietatis ad veniam, per Dnm. *g. p.* 551. *Vat.*

Alia.

Famulos tuos, quæſumus omnipotens Deus, ab ira tua ad te confugientes paterna recipe pietate, ut qui tuæ maieſtatis flagella formidant, de tua mereantur venia gratulari, per Dnm.

Secreta. (1)

Virtutum cœleſtium Deus, de cuius gratiæ rore deſcendit, ut ad myſteria tua purgatis ſenſibus accedamus, præſta quæſumus, ut in eorum traditione ſolemniter celebranda tibi placitum deferamus obſequium, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui es iuſtorum gloria, & miſericordia peccatorum, pietatem tuam humili prece depoſcimus, ut famulos tuos ill. benignus reſpicias, & eis pietatis tuæ cuſtodiam impendas, ut ex toto corde, & ex tota mente tibi deſerviant, & ſub tua ſemper protectione conſiſtant, ut quando eis extrema dies advenerit, ſocietatem Sancto-

(1) In *Gelaſ.* vulg. p. 57. præmittitur hic una oratio *Deus confitentium &c.* quæ in noſtro hoc cod. ultima eſt *ſuper pœnitentem poſtquam communicavit.* Quæ etiam hic coniunguntur pro more miſſæ, *Gelaſianaque* ex vulgato *Gelaſ.* ſe produnt.

Sanctorum percipiant, cum quibus inenarrabilem gloriam sine fine possideant, per Xpm Dnm.

Infra actionem.

Communicantes & diem sacratissimum celebrantes, quo traditus est Dn9 nr Ih9 Xp9, sed & memoriam venerantes. *g.*

Hanc igitur oblationem, Dne, cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerunt ob diem ieiunii cœnæ dominicæ, in qua Dn9 nr Ih9 Xp9 tradidit discipulis suis corporis & sanguinis sui mysteria celebranda, quæsumus Dne, placatus intende, ut per multa curricula annorum salva & incolomis munera sua tibi Dno mereatur offerre. Diesque nostros. *g.*

Item infra actionem.

Qui hac die, antequam traderetur, accepit panem in suis sanctis manibus.

Ad Comm.

Concede, quæsumus Dne, ut percepti novi sacramenti mysterium & corpore sentiamus & mente, per Dnm. *g. p.* 63.

Alia.

Huius, Dne quæsumus, virtute mysterii & a propriis mundemur occultis, & famulos tuos. N. ab omnibus absolve peccatis, per Dnm.

Or. super pœnitentem postquam communicaverit.

Deus, qui confitentium tibi corda purificas, & accusantes se conscientias ab omni vinculo iniquitatis absolvis, da indulgentiam reis, & medicinam tribue vulneratis, ut percepta remissione omnium peccatorum, in sacramentis tuis sincera deinceps devotione permaneant, & nullum redemptionis æternæ sustineant detrimentum, per Dnm. *g.*

Item Missa Chrismalis.

Dne Deus, qui in regenerandis plebibus tuis ministerio uteris sacerdotum! tribue nobis perseverantem in tua voluntate famulatum, ut dono gratiæ tuæ in diebus nostris & merito & numero sacratus tibi populus augeatur, per. *g. p.* 57.

Alia.

Da nobis, omnipotens Deus, remedia conditionis humanæ & sincero tractare servitio, & cum profectu salutis implere, per Dnm. *g.*

Deus, a quo & Iudas reatus sui pœnam, & confessionis suæ latro præmium sumpsit! Concede nobis tuæ propitiationis effectum, ut sicut in passione sua Ih9 Xp9 Dn9 nr diversa utrisque intulit stipendia meritorum; ita nobis ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur, qui tecum. *g. Fer. VI. gg.*

Secreta.

Huius sacrificii potentia, Dne quæsumus, & vetustatem nostram clementer abstergat, & novitatem nobis augeat & salutem, per Dnm. *g.*

Alia.

Ipse tibi, quæsumus Dne sancte Pater omnipotens Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstravit, qui tecum. *gg.*

Præfatio Chrisma.

Dn9 vobiscum.	℟. Et cum spiritu tuo.
Sursum corda.	℟. Habemus ad Dnm.
Gratias agamus Dno Deo nro.	℟. Dignum & iustum est.

Vere quia dignum & iustum est, æquum & salutare; Nos tibi semper hic & ubique gratias agere, dominator Dne Deus, rex unctus, auctor unguenti, speciosus forma, speciosior unctione, sacrator ipse tuus, ipse omnium consecrator; qui unguentum de potestate sanctificas, potestatem consecras de unguento. De unguento fecisti Chrisma, de Chrismate nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine isto sit regalis unctio Xpianis; In tuo ergo nomine fiat hæc creatura iam Chrisma, & habeatur ut Chrisma † forma crucis † signum frontis † sacri titulus bellatoris; In hoc Chrismate mulceatur auditus, purificetur visus, odoratus suavescat, saporetur gustus, tactus in trinitate sit solidus; ut talibus stipendiis Dni milites decorati, atque ambrosio rore madidi, imperanti serviant non suadenti. Et signati hoc chrismate sancto signiferi esse mereantur cœlestes, per Xpm Dnm

Dñm nrm; Per quem maieſtatem tuam laudant angeli, venerantur archangeli, throni, dominationes, virtutes principatꝰ & poteſtates adorant. Quem Cherubim & Seraphim ſocia exultatione concelebrant; cum quibus & noſtras voces ut admitti iubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes: Scus, ſanctus.

Secunda Conteſtatio.

Vere quia dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare; Nos tibi ſemper hic & ubique gratias agere, Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus, per Xpm Dnm nrm; qui cum Deus eſſet in cœlis, ad delenda hominum peccata deſcendit in terras; Et qui hominum genus venerat liberare, tanquam obnoxius debitor, illiciro pretio Dnus a ſervo diſtrahitur; & qui angelos iudicat, in hominis eſt iudicio conſtitutus, ut hominem, quem ipſe fecerat, de morte liberaret. Et ideo cum angelis & archangelis, cum thronis. (1)

Te igitur clementiſſime Pater per Dnm nrm Ihm Xpm filium tuum ſupplices rogamus & petimus, uti accepta habeas & benedicas hæc † dona, hæc † munera, hæc ſca † ſacrificia illibata. Imprimis quæ tibi offerimus pro eccleſia tua ſca catholica, quam pacificare, cuſtodire, *adunare* & regere digneris toto orbe terrarum, unacum famulo *tuo papa* (2) *nro* & ſacerdote tuo pontifice nro ill. & famulo tuo ill. Imperatore, ſed & omnibus orthodoxis, atque catholicæ (3) & apoſtolicæ fidei cultoribus.

Memento Dne famulorum tuorum ill. famulaumque, & omnium circumaſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota devotio; pro quibus tibi offerimo, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe ſuisque omnibus, pro redemptione animarum ſuarum; pro ſpe ſalutis & incolomitatis ſuæ reddunt tibi vota ſua æterno Deo vivo & vero.

Infra actionem.

Communicantes & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo traditus eſt Dnꝰ (4) Ihꝰ Xpꝰ; Tu nos Dne participes filii tui, tu conſortes regni tui, tu incolas paradyſi, tu angelorum comites eſſe iuſſiſti, ſi tamen illæſa & intemerata fide cœleſtis militiæ ſacramenta ſervemus. Aut quid deſperare de tua miſericordia poſſumus? qui tantum munus accepimus, ut talem tibi hoſtiam offerre mereremur: corpus ſcilicet & ſanguinem Dni nri Ihu Xpi, qui ſe pro mundi redemptione piæ illi ac venerandæ tradidit paſſioni; qui formam ſacrificii ſalutis perennis inſtituens, hoſtiam ſe primus obtulit, & primus docuit offerri. Sed & memoriam venerantes, inprimis glorioſæ ſemper virginis Mariæ, (5) genitricis eiusdem Dei ac Dni nri Ihu Xpi, ſed & beatiſſimorum apoſtolorum & martyrum tuorum Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Mathei, Symonis & Tathei, Syxti, Laurentii, Ypoliti, Vincentii, Cornelii, Cypriani, Clementis, Chriſogoni, Iohannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, Apollinaris, Vitalis, Nazarii, Celſi, Protaſii, Gervaſii, Victoris, Naboris, Felicis, Calimeri, Materni, (6) Euſtorgii, Dioniſii, Ambroſii, Simpliciani, Martini, Euſebii, Hylarii & Iulii, & omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio, per Xpm Dnm nrm. Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus ob diem ieiunii cœnæ dominicæ, in qua Dnꝰ nr Ihꝰ Xpꝰ filius tuus, in novo teſtamento ſacrificandi ritum inſtituit, dum panem ac vinum, quod Melchiſedech in præfiguratione futuri myſterii ſacerdos obtulerat, in ſacramentum ſui corporis & ſanguinis transformavit celebrandam, quæſumus Dne, placatus intende, ut per multa curricula annorum ſalvi & incolomes munera noſtra tibi Dno (7) mereamur offerre, diesque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna nos damnatione eripi, (8) & in electorum tuorum iubeas grege numerari, per Xpm Dnm nrm.

Quam oblationem, quam pietati tuæ offerimus, tu Deus in omnibus, quæſumus, Benedictam, Aſcriptam, Ratam, rationabilem, acceptabilemque (9) facere digneris, ut nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filii tui Dni ac Dei nri.

Qui

---

(1) Canon hic *Ambroſianus* convenit, ut conferenti patuit, cum eo, quem MURATORIUS in liturgiæ *Romanæ* præfatione cap. X. p. 131. ſeqq. affert ex duobus antiquiſſimis Mſſ. miſſalibus *Ambroſianis* ſæc. IX. vel X. depromtum; ad quam ætatem prope etiam accedit Mſc. *San-Gallenſe*, quod hic editur.

(2) Verba *tuo papa noſtro* deſunt apud MURATORIUM, in noſtro etiam codice alia manu ſcripta ac ſubducta.

(3) *Catholicæ* deeſt.
(4) Additur *noſter*.
(5) *Mariæ* deeſt.
(6) *Maternı* deeſt.
(7) *Tibi Domine* deeſt.
(8) *Eripias*.
(9) *Acceptabilem* deeſt.

Digitized by Google

Qui pridie, quam pro noſtra & omnium ſalute pateretur, hoc eſt hodierna die, diſcumbens in medio diſcipulorum ſuorum, & accipiens (1) elevavit oculos ad cœlos, ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, bene†dixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens ad eos: accipite & manducate ex hoc omnes, Hoc eſt enim corpus meum.

Simili modo poſtquam cœnatum eſt, accipiens calicem, elevavit oculos ad cœlos ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, item tibi gratias agens, bene†dixit, tradidit diſcipulis ſuis dicens ad eos: Accipite & bibite ex eo omnes, Hic eſt enim calix ſanguinis mei, novi & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Mandans quoque & dicens ad eos: Hæc quotienscumque feceritis, in meam commemorationem facietis (2), mortem meam prædicabitis, reſurrectionem meam adnuntiabitis, adventum meum ſperabitis, donec iterum de cœlis veniam ad vos. Hæc facimus, hæc celebramus, tua Dne præcepta ſervantes, & ad communionem inviolabilem, hoc ipſum quod corpus Dni ſumimus, mortem dominicam nuntiamus. Tuum vero eſt omnipotens Pater, mittere nunc nobis unigenitum Filium tuum, quem non quærentibus (3) ſponte miſiſti; qui cum ſis ipſe immenſus, & inæſtimabilis, Deum quoque ex te immenſum & inæſtimabilem genuiſti, ut cuius paſſione redemtionem humani generis tribuiſti, eius nunc corpus tribuas ad ſalutem, per eundem Xpm Dnm nrm.

In Cœna Dni, antequam dicatur: Per quem hæc omnia Dne ſemper bona creas, benedicis oleum pro infirmis, vel pro populo, his verbis, ut tantum poſſit a circumſtantibus audiri.

Exorciſmus eiusdem Olei.

Exorcizo te creatura olei, in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Ihu Xpi filii eius, & Spiritus Sci! ut ad hanc invocationem trinæ poteſtatis atque virtutem deitatis, omnis nequiſſima virtus adverſarii, omnis inveterata malitia diaboli, omnis violenta occurſio, omne confuſum & cæcum phantaſma eradiceris, effugeris & diſcedas a creatura huius olei, ad utilitatem hominum conſtituta, ut fiat hæc unctio divinis ſacramentis purificata in adoptionem carnis & ſpiritus, eis, qui ex ea ungueri (ungi) habent, in remiſſionem omnium peccatorum, ut efficiatur in eis cor purum, ad omnem gratiam ſpiritalem ſanctificatum, per eundem Dnm nrm Ihm Xpm, qui venturus eſt in Spiritu ſco iudicare vivos & mortuos & ſæculum. *g.*

Benedictio Olei pro Infirmis.

Emitte, quæſumus Dne, Spiritum ſanctum tuum paraclitum de cœlis in hanc pinguedinem olivæ, quam de viridi ligno producere dignatus es, ad refectionem mentis & corporis, ut tua ſca benedictione ſit omni unguenti (ungenti) tangenti tutamentum corporis, animæ & ſpiritus, ad evacuandos omnes dolores, omnem infirmitatem, omnem ægritudinem mentis & corporis; unde unxiſti ſacerdotes, reges, prophetas, & martyres. Chriſma tuum perfectum nobis a te Dne benedictum permanens in viſceribus noſtris, in nomine Dni nri Ihu Xpi, *per quem hæc omnia Dne ſemper bona.* g. El. *Vatic.* gg.

Poſtea oblato a Diacono baptiſmali oleo, benedicis illud his verbis:

Exorciſmus eiusdem.

Exorcizo te creatura olei per Deum Patrem omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt! ut omnis virtus adverſarii, omnis exercitus diaboli, omnis incurſus, omnis phantaſma ſatanæ eradiceris & effugeris ab hac creatura olei. Ut fiat omnibus, qui ex ea unguendi ſunt, in adoptio-

(1) *Panem.* (2) *In meam commemorationem facietis* deſunt. (3) *Inquærentibus.*

ptionem filiorum per Spiritum ſcm, in nomine Dei Patris omnipotentis, & in caritate Ihu Xpi filii eius Dni nri, qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Benedictio exorcizati Olei.

Deus incrementorum & profectuum ſpiritalium remunerator! qui virtute ſancti Spiritus tui imbecillarum mentium rudimenta confirmas, te oramus Dne, ut venturis ad beatæ regenerationis lavacrum tribuas per unctionem iſtius creaturæ purgationem mentis & corporis, ut ſi quæ illis *maculæ* adverſantium ſpirituum inhæſere reliquiæ, ad tactum ſanctificati olei huius abſcedant. Nullus ſpiritalibus nequitiis locus, nulla refugis virtutibus ſit facultas, nulla inſidiantibus malis latendi licentia relinquatur, ſed venientibus ad fidem ſervis tuis, & ſci Spiritus tui operatione mundandis, ſit unctionis huius præparatio utilis ad ſalutem, quam etiam per cœleſtis regenerationis nativitatem in ſacramento ſunt baptiſmatis adepturi, per. *g.*

Benedictio Olei Ambroſ.

Deus, ſacramenti huius inventor, atque diſpoſitor, qui præſentis liquoris pinguedine beatorum confirmaſti corpora cordaque pontificum! qui in hac creatura excellentis nobilitatem nominis, ut eos Xpianos faceres, indidiſti; qua nitentes ac delibutos antiſtites, iuſſiſti participibus anteferri, dignum æſtimans elementum, quo innocentiæ & variarum tribueretur forma virtutum: concede, ut infuſione ſci Spiritus olim tibi placitam præſentis olei confirmes †, nobilitesque ſubſtantiam, ut quicquid ex eo in humano genere tactum fuerit, ad naturam tranſeat mox ſupernam. Nec aliquid ſibi per unctionem eius vindicet hoſtis antiquus, ſed doleat ſe telis beatæ huius propugnationis addictum, & pacis oleo vetuſti furoris comprimi ſuperbias ingemiſcat; per Dnm nrm Ihm Xpm filium tuum, qui tecum vivit & regnat Deus in unitate eiusdem Spiritus ſci, per omnia ſæcula ſæculorum amen. (1)

Per quem hæc omnia Dne ſemper bona creas, ſanctificas † vivificas † benedicis † & nobis famulis tuis largiter præſtas, ad augmentum fidei, & remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum. Et eſt tibi Deo Patri omnipotenti, ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, omnis honor, virtus, laus, gloria, imperium, perpetuitas, & poteſtas, per infinita ſæcula ſæculorum amen.

Tunc unus acolitus involutam ampullam cum ſindone alba ſerica, ita ut videri poſſit a medio, tenet in brachio ſiniſtro, proiectis ſindonibus ſuper ſcapulam ſiniſtram, ita ut pertingant ad ſcapulam dextram, quatenus poſſint dependentia rètineri, a quibus ſub humero ſtantibus, venit ſubdiaconus, & accipit ampullam ipſam commixtam cum ſindone, & dat eam archidiacono, & ille defert pontifici ante ſedem. Tunc pontifex ſtans in ſede, & reſpiciens ad orientem archidiacono tenente ante ipſum ampullam in ſiniſtro brachio, revoluta ſindone, ut ſupra diximus, & balat in ipſam ampullam dicens.:

Exorcizo te, immundiſſime ſpiritus, omnisque incurſio ſatanæ, & omnis phantaſma, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ut recedas ab hoc oleo, ut poſſit effici unctio ſpiritalis, ad corroborandum templum Dei, in quo poſſit Spiritus ſanctus habitare, per nomen Dei Patris omnipotentis, & per nomen dilectiſſimi Filii eius Dni nri Ihu Xpi, qui venturus eſt iudicare.

Præfatio Chriſmæ Ambroſ.

Unanimes atque concordes fratres Kmi, Dei Patris omnipotentis auxilium miſericordiæ deprecemur, ut hoc unguentum, quo in regali gloria populus eius veſtiendus eſt, cœleſti benedictione, & virtutis ſuæ rigore corroboret, & tegmine eius plebs in æternum benedicta tueatur; præſtante Dno nro Ihu Xpo, qui cum ipſo, & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedictio Chriſmæ principalis.

Poſt hæc miſcis balſamum cum ipſo oleo, & benedicis chriſma in his verbis:

Dnus vobiscum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Surſum corda. ℟. Habemus ad Dnm.

(1) Apud MURATORIUM l. c. p. 134. tantum, quod *Amen* in fine deſit, leguntur ſequentia.

Gratias agamus Dno Deo nro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.

Vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare, Nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus! qui in principio inter cætera bonitatis & pietatis tuæ munera, terram producere fructifera ligna iuſſiſti; inter quæ huius pinguiſſimi liquoris miniſtræ oleæ naſcerentur, quarum fructus ſacro chriſmati deſerviret; nam & David prophetico ſpiritu gratiæ tuæ ſacramenta prænoſcens, vultus noſtros in oleo exhilarandos eſſe cantavit; & cum mundi crimina diluvio quondam expiarentur effuſo, ſimilitudinem futuri muneris columba demonſtrans, per olivæ ramum pacem terris redditam nuntiavit; quod in noviſſimis temporibus manifeſtis eſt effectibus declaratum, cum baptiſmatis aquis, omnium criminum commiſſa delentibus, hæc olei unctio vultus noſtros iocundos efficit ac ſerenos. Inde etiam Moyſi famulo tuo mandatum dediſti, ut Aaron fratrem ſuum, prius aqua lotum, per infuſionem huius unguenti conſtitueret ſacerdotem; acceſſit adhuc amplior honor, cum filius tuus Ih9 Xpus Dn9 noſter lavari a Iohanne undis iordanicis exegiſſet, ut Spiritu ſco in columbæ ſimilitudine deſuper miſſo, unigenitum tuum, in quo tibi optime complacuiſſet, teſtimonio ſubſequentis vocis oſtenderes; & hoc illud eſſe manifeſtiſſime comprobares, quod eum oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis unguendum David propheta ceciniſſet. Te igitur deprecamur, Dne ſce Pater omnipotens æterne Deus, per eundem Ihm Xpm filium tuum Dnm nrm, ut huius creaturæ pinguedinem ſanctificare *tua benedictione* digneris, & ſci Spiritus ei admiſcere virtutem, cooperante potentia Xpi tui, a cuius ſancto nomine chriſma nomen accepit; unde unxiſti ſacerdotes, reges, prophetas, & martyres, ut ſit his, qui renati fuerint ex aqua & Spiritu ſancto, chriſma ſalutis, eosque æternæ vitæ participes, & cœleſtis regni facias eſſe conſortes, per eundem &c. in unitate eiusdem Sp9 ſci. *g. g g. Vat.* (1)

Exorciſmus olei ad omnem languorem quocumque tempore.

In tuo nomine, Deus Pater omnipotens, & Ihu Xpi Filii tui Dni nri ſigno, & virtute Spiritus ſancti, hanc creaturam olei exorcizamus, ſimulque ſanctificamus, quia ita benignus Dnus per ſuos apoſtolos declarare dignatus eſt dicens: Si quis infirmatur in vobis, inducat presbyteros, & orent ſuper eum, unguentes eum oleo in nomine Dni, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Et iterum per ipſum omnia poſſibilia eſſe credentibus docuiſti: & ut cunctum ſæculum eius claritate ſalvares, ſic per eundem locutus es dicens: Petite & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulſate & aperietur vobis; Quapropter, Dne, tua ineffabili bonitate comperta, ſummiſſis precibus credentes nullum alium Deum, niſi te Dne, qui dives es in miſericordia, celeriterque ſubvenis, peritiſſimum medicum imploramus, ut apertis cœlis, Spiritus ſci velocitate deducta, virtutis tuæ medicinam in hoc oleum propitius infundas; deſcendat ſuper hoc oleum potentiæ tuæ donum; deſcendat claritas & origo virtutum: deſcendat benignitas,

(1) Poſt hæc in *Sun-Gallenſi* ſequitur hæc rubrica: Hoc expleto veniens ante altare dic. *Oremus præceptis ſalutaribus moniti.* Sequitur oratio Dominica. Poſtea: *Libera nos Domine.* Et communicant. Poſt commun. *Concede qs Dne, ut perceptum novi ſacramenti myſterium & corpore ſentiamus & mente P.* Super populum. *Præſta quæſumus Dne ut ſicut &c.* Item oleo exorcizato confectio *Exorcizo te. . . . ut ad hanc invocationem &c.* ut ſupra. *Ut qui myſteriorum tuorum ſecreta &c.* ut in vulg. *Gelaſ.* p. 61. ubi hæc additur rubrica: Hoc autem expleto, venies ante altare, ponis in ore calicis de ipſa hoſtia: non dicis, *Pax Domini*, nec faciunt pacem, ſed communicant, & reſervant de ipſo ſacrificio in craſtinum, unde communicent. Sequitur miſſa ad veſperum in *Gelaſ.* ſeu *ſero* ut in *Sun-Gallenſi* inſcribitur; *Deus a quo & Iudas &c.* alia *ſecreta &c.* in *Gelaſ.* p. 62.

Digitized by Google

tis, & puritas ſanitatis; exorcizetur crucis Xpi vexillo, benedicatur dextera maieſtatis tuæ, & corroboretur filii tui Dni nri ſignaculo. Præſto ſint Dne angeli & archangeli, & omnis militia cœleſtis: aſſit apoſtolorum, ac martyrum, & fidelium ſacerdotum, vel etiam aliorum ſervorum tuorum ſanctiſſima oratio, ſub quorum præſentia, dum in tuo nomine, Dne Pater immenſe, hoc unguentum compoſitionis atque permixtionis dederimus, liniendis corporibus infirmis, continuo peragratis viſceribus eorum, omnem violentiam evomant fellis. Proſit, Pater miſericordiarum, febribus, & dyſſenteria laborantibus: proſit paralyticis, cæcis, & claudis: ſimulque vexaticiis, quartana, tertiana, & cottidiana excutiat frigora, mutorum ora reſolvat, arentia membra reficiat, dementiam mentis ad ſcientiam revocet, dolorem capitis, oculorum infirmitatem, manuum, pedum, brachiorum, pectoris, ſimulque & inteſtinorum, atque omnium membrorum, tam intrinſecus quam extrinſecus, medullarumque dolorem expellat, ſomnum quietis infundat, & ſalutem conferat ſanitatis. Si qua vero maligna, vel venenoſa naſcentia in corporibus quorumcunque fuerint generata, tactus huius unguenti omnes radices eorum arefaciat fationes; morſus vero beſtiarum, canum rabiem, ſcorpionum, ſerpentium, viperarum, atque omnium monſtruoſorum leniat dolores, & ſuperinducta ſanitate, plagarum ſopiat cicatrices; Impetum quoque dæmonum, vel incurſiones ſpirituum immundorum, atque legionum malignarum vexationes, umbras, & impugnationes, & infeſtationes malignorum, artes quoque maleficorum, Chaldeorum, auguriorum, & divinorum incantationes, & venena promiſcua, quæ ſpirituum immundorum & virtute nefanda, & exercitio diabolico conficiuntur, iubeas Dne, per hanc invocationem tuam ab imis viſceribus eorum omnia expelli venena, ut exiens inimicus de corporibus famulorum famularumque tuarum omnium confuſus & excruciatus, & nullam in eis maculam relinquens, a tuis ſanctis angelis conſtringatur, & in infernum, ſicut eum expectat digna ſententia, gehennæ ignibus mancipetur, nec ultra habeat ad eos ingrediendi locum, ſed ſalvati famuli tui ab his omnibus malis referant honori tuo laudes in perpetuum ſempiternas, & ſciant, quia tu es Deus, inſeparabilis Trinitas, qui regnas a cunctis ſæculis, & nunc, & in perpetua ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedictio olei pro Infirmis.

Dne, qui ſtudio ſalutis humanæ creaturis tuæ vim benedictionis indidiſti, ut animarum noſtrarum ſanctificationis utilitas, creaturarum etiam corporalium miniſterio noſtris ſalus temporibus tribueretur; infunde ſanctificationem tuam huic oleo, ut quæ unxerit membra, fugatis inſidiis adverſariæ poteſtatis, ſuſceptione præſentis olei ſancti Spiritus gratia ſalutaris debilitatem expellat, & plenam conferat ſoſpitatem, per Dnm &c. in unitate eiusdem Spiritus ſci.

Hoc expleto veniens Pontifex ante altare dicit: Oremus.

Præceptis ſalutaribus moniti, & reliqua. Vel: Ipſius præceptum eſt Dne quod agimus, in cuius nunc te præſentia poſtulamus, da ſacrificio auctorem ſuum, ut impleatur fides rei in ſublimitate myſterii, ut ſicut veritatem cœleſtis ſacrificii exſequimur, ſic veritatem dominici corporis & ſanguinis hauriamus, per eundem Xpm Dnm nrm, dicentes: Pater noſter qui es in cœlis. A. (1)

In deſcenſu vero ampullæ omnes eam per ordinem ſalutent. Sequitur Agnus Dei. *Et communio:* Dnꝰ Ihus poſtquam. *Tunc communicat ſolus Pontifex, & Diaconus offert ei calicem, illo tantummodo die. Poſtquam communicaverit, ponit calicem ſuper altare, deinde acceptam a ſubdiacono patenam ponit iuxta calicem de latere ſiniſtro, & ſtatim cooperitur a duobus diaconibus utrumque de ſindone munda, quam prius præparaverant in ora altaris e regione Pontificis, poſt corporalem expanſam. Deinde Diaconi vadant ad altare, & diſcooperiant ſancta, & Pontifex veniens ad altare dividat oblatas ad confringendum, & ſumat de ipſis oblatas integras, ad ſervandum uſque mane diei Paraſceve, de quibus communicent abſque ſanguine. Fractis oblatis communicat tam ipſe, quam ceteri, qui aſſunt.*

Poſt Communionem.

Dne Deus noſter, concede propitius! ut qui unigeniti tui ſumpſimus corpus & ſanguinem, ab infidelis diſcipuli reddamur cæcitate diviſi, qui Xpm Dnm nrm verum Deum hominemque fatemur & colimus, qui tecum vivit & regnat.

Alia poſt Comm.

Præſta quæſumus Dne! ut ſicut de præteritis ad nova venimus, ita vetuſtate depoſita ſanctificatis mentibus innovemur, per Dnm nrm. *l. g.*

Alia

(1) Apud MURAT. p. 134. indicavitque ſcriptor lit. A.

Digitized by Google

Alia poſt Comm.

Refecti vitalibus alimentis, quæſumus Dne, Deus noſter! ut quod tempore noſtræ mortalitatis exſequimur, immortalitatis tuæ munere conſequamur, per. *l. gg.*

Ad Veſp. A.

Parce nobis, omnipotens Deus! ne nos, ſicut meremur, affligas, ſed ad bonum potius tua pietate convertas, per.

Alia. A.

Diſrumpe, quæſumus Dne, noſtrorum vincula peccatorum! & ne dominentur nobis, potenti pietate ſuccurre, per (1)

Feria VI.

In Paraſceve. Mane ad Crucem. Or. A.

Deus, qui pro redemptione noſtra accepiſti ſanguinem Xpi! ſolve opera diaboli, & omnes laqueos diſrumpe peccati, ut creaturam regenerationis nulla polluant contagia vetuſtatis, per eundem.

Poſt Crucem. A.

Immenſæ pietatis Deus, qui latronem per confeſſionem eadem die de cruce in paradiſum transtuliſti! transfer a nobis iniquitates noſtras, & hæredes nos cœleſtium bonorum eſſe concede, per.

Alia. A.

Deus, qui unigeniti tui Dni nri Ihu Xpi pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es! concede propitius, ut qui ad adorandam vivificam eius crucem adveniunt, a peccatorum ſuorum nexibus liberentur, per eundem.

Ad Veſper. A.

Deus, a quo Iudas proditor reatus ſui pœnam ſuſcepit, & latro confeſſionis ſuæ præmium ſumpſit! concede nobis piæ petitionis effectum, ut miſericordiæ tuæ veniam conſequamur, per.

Alia. A.

Largire ſenſibus noſtris ſumme reparator omnipotens Deus, ut per temporalem filii tui mortem, per opera ſancta vitam perpetuam eſſe credamus, per eundem. (2)

Oratio. Et Flectamus genua.

Deus, a quo & Iudas reatus ſui pœnam, & confeſſionis ſuæ latro præmium ſumpſit! concede nobis tuæ propitiationis effectum, ut ſicut in paſſione ſua Ihꝫ Xpꝫ Dnꝫ noſter diverſa utrisque intulit ſtipendia meritorum, ita nobis ablato vetuſtatis errore, reſurrectionis ſuæ gratiam largiatur, qui tecum. *g. gg.*

Tunc legatur Lectio.

Hæc dicit Dnꝫ Deus: In tribulatione ſua.

Sequiturque Gradualis.

Dne audivi auditum.

Alia Or.

Deus, qui peccati veteris hæreditariam mortem, in qua poſteritatis genus omne ſucceſſerat, Xpi Filii tui Dni nri paſſione ſolviſti! da, ut conformes eiusdem facti, ſicut imaginem terreni naturæ neceſſitate portavimus, ita imaginem cœleſtis gratiæ ſanctificatione portemus, per eundem. *g.*

Sequitur alia Lectio.

Dixit Dnꝫ ad Moyſen & Aaron in terra Ægypti &c. *Sequi-*

(1) In *Gelaſ.* vulg. tertia additur in feria V. miſſa ad veſperum p. 62. ut notavimus, inſcribitur in *San-Gall. ad miſſam ſero* eadem, quæ unica hodie habetur in *Vatic.* MURAT. cum rubr. *In ipſo die conficitur chriſma in ultimo ad miſſam antequam dicatur:* Per quem hæc omnia &c. In *San-Blaſiano* rubrica ad marginem recentiori manu adiecta legitur: *Gloria in excelſis ab epiſcopo cantetur tantum, ubi chriſma conſecratur.* Miſſa hodierna in omnibus antiquiſſimis ſacramentariis *Alemannicis Rhenaug. San-Gall. San-Blaſ. &c.* eadem legitur.

(2) *Rhenaug.* Fer. VI. orationes quæ dicendæ ſunt ad *S. maiorem Mariam* in *Hieruſalem. Deus a quo & Iudas &c.* Deinde ſequitur oratio. ſequitur lectio in Ioſe. Deinde ſequitur reſp. *Domine exaudi.* Oratio *Deus qui peccati &c.* Deinde ſequitur lectio in Exodi. Poſtea ℟. *Domine audivi.* Item ſequitur Evangel. Paſſio Dni ſecundum Iohan. Deinde ſequitur Orat. ſolemn. *Oremus dilectiſſimi. San-Gallenſ.* hac rubrica incipit: Orat. quæ dicendæ ſunt ſexta feria maiore mane in *Hieruſ. Deus a quo &c.* ſequuntur duæ lectiones, quas in capitulare commemoratur, una in OSEE, alia in *Exodo* cum reſponſuriis ſuis. Inde ſequitur Evangel. Paſſio &c. Additur in S. ELIG. Hac expleta (Paſſione) venit pontifex ante altare & dicit *Oremus dilectiſſimi &c.*

Sequiturque Tractus: Eripe me Dne ab homine. *Hiç legitur Paſſio:* Egreſſus eſt Ihs cum diſcipulis ſuis.

Poſt hæc ſequuntur orationes ſolemnes.

Oremus, dilectiſſimi nobis, pro eccleſia ſancta Dei, ut eam Deus & Dns noſter pacificare, multiplicare, & cuſtodire dignetur toto orbe terrarum, ſubiiciens ei principatus & poteſtates, detque nobis quietam & tranquillam vitam degentibus, glorificare Deum Patrem omnipotentem. *g. gg.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in Xpo gentibus revelaſti! cuſtodi opera miſericordiæ tuæ, ut eccleſia toto orbe diffuſa, ſtabili fide in confeſſione tui nominis perſeveret, per eundem. *g. gg.* (1)

Oremus & pro beatiſſimo Papa noſtro N. ut Deus & Dns noſter, qui elegit eum in ordinem epiſcopatus, ſalvum atque incolomem cuſtodiat eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ad regendum populum ſanctum Dei. *gg.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, cuius iudicio univerſa fundantur, reſpice propitius ad preces noſtras, & electum a te nobis antiſtitem tua pietate conſerva, ut Xpiana plebs, quæ tali gubernatur auctore, ſub tanto pontifice, credulitatis ſuæ meritis augeatur, per Dnm. *g. gg.*

Oremus & pro omnibus epiſcopis, presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, acolitis, exorciſtis, lectoribus, oſtiariis, confeſſoribus, virginibus, viduis, & pro omni populo ſancto Dei. *g. gg.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, cuius ſpiritu totum corpus eccleſiæ ſanctificatur & regitur! exaudi nos pro univerſis ordinibus ſupplicantes, ut gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſerviatur, per Dnm &c. in unitate eiusdem. *g. gg.* (2)

Oremus & pro Xpianiſſimo Imperatore nro! ut Deus & Dns noſter ſubditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad noſtram perpetuam pacem. *g. gg.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omnia iura regnorum! reſpice ad Xpianum benignus imperium, ut gentes, quæ in ſua feritate confidunt, potentiæ tuæ dextera comprimantur, per Dnm. *gg.*

Oremus & pro cathecuminis noſtris, ut Deus & Dns noſter adaperiat aures præcordiorum ipſorum, ianuamque miſericordiæ, ut per lavacrum regenerationis accepta remiſſione omnium peccatorum, digni inveniantur in Xpo Ihu Dno nro. *g. gg.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui eccleſiam tuam nova ſemper prole fœcundas! auge fidem & intellectum cathecuminis noſtris, ut renati fonte baptiſmatis,

(1) *Rhenaug.* Oremus & pro beatiſſimo Papa noſtro ſedis apoſtolicæ ill. & pro antiſtite noſtro ill. ut Deus &c.

(2) *Rhenaug. Oremus & pro chriſtianiſſimis imperatoribus noſtris vel rege noſtro illo*, ut in vulg. *Gelaſ.* excepto numero ſingulari *imperatore.* & in orat. ſeq. *reſpice propitius ad Romanorum atque Francorum &c.* in Gel. *ad Romanum ſive Francorum &c. San-Gall. Pro chriſtianiſſimis imperatoribus noſtris &c. Reſpice propitius ad Romanorum &c.* alia vetus manus ſuperſcripſit *ad chriſtianorum. San-Blaſ. Pro chriſtianiſſimo rege noſtro &c. Reſpice ad Romanum &c. Solodorenſe* ſacram. *Oremus & pro chriſtianiſſimo imperatore noſtro*, perinde ac *Rhenaug. Gregor.* in quo alia manus eraſo *Romanor.* ſuppoſuit *chriſtianorum.*

Digitized by Google

tis, adoptionis tuæ filiis aggregentur, per Dnm. *g. gg.*

Oremus dilectiſſimi nobis Deum Patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem depellat, aperiat carceres, vincula diſſolvat, peregrinantibus reditum, infirmantibus ſanitatem, navigantibus portum ſalutis indulgeat. *g. gg.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, mœſtorum conſolatio, laborantium fortitudo, perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium! ut omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe, per Dnm. *g. gg.*

Oremus & pro hæreticis & ſchiſmaticis, ut De9 ac Dn9 noſter eruat eos ab erroribus univerſis, & ad ſcam matrem eccleſiam catholicam atque apoſtolicam revocare dignetur. *g. gg.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſalvas omnes, & neminem vis perire, reſpice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni hæretica pravitate depoſita, errantium corda reſipiſcant, & ad veritatis tuæ redeant unitatem, per Dnm. *g. gg.*

Oremus & pro perfidis Iudæis, ut Deus & Dn9 noſter auferat velamen de cordibus eorum, ut & ipſi agnoſcant Xpm Ihm Dnm nrm. *g. gg.* (1)

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui etiam Iudaicam perfidiam a tua miſericordia non repellis! exaudi preces noſtras, quas *tibi* pro illius populi obcæcatione deferimus, ut agnita veritatis tuæ luce, quæ Xp9 eſt, a ſuis tenebris eruantur, per eundem. *g. gg.*

Oremus & pro paganis, ut Deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum, & relictis idolis ſuis convertantur ad Deum vivum & verum, & unicum filium eius Ihm Xpm Deum & Dnm nrm, cum quo vivit & regnat cum Spiritu ſco Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. *g. gg.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui non mortem peccatorum; ſed vitam ſemper inquiris, ſuſcipe propitius orationem nram, & libera eos ab idolorum cultura, & aggrega eccleſiæ tuæ ſanctæ, ad laudem & gloriam nominis tui, per Dnm nrm. *g. gg.* (2)

Or. Mane Die Sabbati ad Lect. A.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in omnium operum tuorum diſpenſatione es mirabilis! intelligant redempti tui non fuiſſe excellentius, quod initio factus eſt mundus, quam quod in fine ſæculorum paſcha noſtrum immolatus eſt Xpus, qui tecum vivit.

Bene-

---

(1) *Rbenaug.* addit rubricam *dicendum ut ſupra* nempe *Flectamus genua.* Vid. *Gelaſ.* p. 66. T. III. opp. S. Greg. S. Elig. p. 64. Murat. p. 59.

(2) Quæ ſequuntur, ex *Rbenaugienſi* ſupplemus. *Iſtas orationes ſupraſcriptas expletas ingrediuntur Diaconi in ſacrario, & procedunt cum corpore & ſanguine Domini, quod ante die remanſit; & ponunt ſuper altare. Et venit ſacerdos ante altare adorans crucem Dni, & oſculans, & dicit:* Oremus, *& ſequitur:* Perceptis (Præceptis) ſalutaribus, *& orat. dominica. Inde:* Libera nos quæſumus Domine. *His omnibus expletis adorant omnes ſanctam Crucem, & communicant.* g. p. 66.

Poſt Communionem.

Refecti vitalibus alimentis, quæſumus Domine, quod tempore noſtræ mortalitatis exequimur, immortalitatis tuæ munere conſequamur. Per.

Ad populum.

Adeſto Domine propitius plebi tuæ, & temporali conſolatione non deſeras, quam vis ad æterna contendere. Per.

Digitized by Google

Benedictio cærei. A. (1)

Exultet iam angelica turba cœlorum! Exultent divina myſteria! & pro tanti regis victoria tuba intonet ſalutaris.

Gaudeat ſe tantis (2) tellus irradiatam fulgoribus, & æterni regis ſplendore luſtrata, totius orbis *ſe* ſentiat amiſiſſe caliginem.

Lætetur & mater eccleſia, tanti luminis adornata fulgore, & magnis populorum vocibus, hæc aula reſultet.

Quapropter aſtantibus vobis fratres Kmi, ad tam miram ſci huius luminis claritatem, una mecum quæſo Dei omnipotentis miſericordiam invocate, ut qui me non meis meritis, intra levitarum numerum dignatus eſt aggregare, luminis ſui gratiam infundendo, cærei huius laudem implere præcipiat.

Præſtante Dno nro Ihu Xpo filio ſuo, ſecum vivente atque regnante Deo in unitate Spiritus ſancti, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Dnꝰ vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Surſum corda. ℟. Habemus ad Dnm.

Gratias agamꝰ Dno

Deo nro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.

Vere quia dignum & iuſtum eſt, æquum, & ſalutare, nos tibi ſemper hic & ubique gratias agere, Dne ſce Pater omnipotens æterne Deus!

Qui populorum paſcha cunctorum, non pecudum cruore, nec adipe, ſed unigeniti tui Dni nri Ihu Xpi ſanguine, corporeque dicaſti; ut ſupplofo ritu gentis ingratæ, legi gratia ſuccederet, & una victima per ſemetipſam tuæ maieſtati ſemel oblata, mundi totius expiaret offenſam;

Hic eſt agnus, lapideis præfiguratus in tabulis, non adductus e gregibus, ſed evectus e cœlo; nec paſtore indigens, ſed paſtor bonus ipſe tantummodo! qui animam ſuam pro ſuis poſuit ovibus, & rurſus aſſumpſit, ut nobis & humilitatem divina dignatio, & ſpem reſurrectio corporalis oſtenderet; qui coram tondente ſe non vocem queruli balatus emiſit, ſed evangelico proclamavit oraculo dicens: Amodo videbitis filium hominis ſedentem ad dexteram maieſtatis;

Ipſe nobis & te reconciliavit Pater omnipotens, & pari tecum maieſtate fultus, indulget; nam quæ patribus in figura contingebant, nobis in veritate proveniunt.

Ecce iam ignis columna reſplendet! quæ plebem Dni beatæ noctis tempore, ad ſalutaria fluenta præcedat; in quibus perſecutor mergitur, & Xpi populus liberatus emergit; nam ſçi Spiritus unda conceptus, per Adam natus ad mortem, per Xpm regignitur ad vitam.

Solvamus igitur voluntarie celebrata ieiunia! quia paſcha noſtrum immolatus eſt Xpus. Nec ſolum corpore epulemur agni, ſed etiam inebriemur & ſanguine.

Huius enim tantummodo cruor non erat (3) piaculum bibentibus, ſed ſalutem; ipſo quoque veſcamur & azyma, quoniam non de ſolo pane vivit homo, ſed de omni verbo Dei.

Siquidem hic eſt panis, qui deſcendit e cœlo, longe præſtantior illo, quondam mannæ ymbre frugifluo, quo tunc Iſrahel epulatus interiit. Hoc vero qui veſcitur corpore, vitæ perennis poſſeſſor exiſtit.

Ecce vetera tranſierunt, facta ſunt omnia nova; nam circumciſionis Moſaicæ mucro iam ſcabruit, & Ieſu Nave acuta lapidum obſolevit aſperitas, Xpi vero populus inſignitur fronte non inguine, lavacro non vulnere, chriſmate non cruore.

Decet ergo in hoc Dni ſalvatoris nri veſpertinæ reſurrectionis adventu cæream nos adolere pinguedinem, cui ſuppetit candor in ſpecie, ſuavitas in odore, ſplendor in lumine, quæ nec marceſcenti liquore defluit, nec offenſam tetri nidoris exhalat.

Quid enim magis accommodum, magisque feſtivum, quam leſſeico flori floreis excubemus ut tædis! præſertim cum & ſapientia de ſemetipſa cecinerit: Ego ſum flos agri, & lilium convallium. Cæ-

(1) In *San-Gall.* præmittitur hæc rubrica: Sabbato ſancto, poſtquam reddunt ſymbolum & catechizantur infantes impletur cerei benedictio his orationibus *Exultet &c.* ut hodieque habetur exceptis additionibus de apibus, quæ paſſim in Mſſ. liturgiæ *Rom.* legitur, hic autem *Ambroſiana* notatur.

(2) *In Cod.* tot.

(3) Vel generat *in margine.*

Digitized by Google

Cæra igitur nec pinus exuſta deſudat, nec crebris ſauciata bipennibus cedrus illacrimat, ſed eſt illis arcana de virginitate creatio, & ipſæ transfiguratione nivei candoris albeſcunt.

Eandem vero papirum liquida fontis unda producit, quæ inſtar inſontis animæ nullis articulatur ſinuata compagibus, ſed virginali circumſepta materiæ fit hoſpitalis ignibus, alumna rivorum.

Decet ergo adventum ſponſi dulcatis eccleſiæ luminaribus opperiri, & largitatem ſanctitatis acceptam, quanta valet, devotionis dote penſare; nec ſanctas interpolare tenebris excubias, ſed tædam, ſapienter perpetuis præparare luminibus. Nec dum oleum candelis adiungitur, adventum Dni tardo proſequamur obſequio, qui certe in ictu oculi ut coruſco adveniet.

Igitur in huius diei veſpere cuncta venerabilis ſacramenti plenitudo colligitur; & quæ diverſis ſunt præfigurata vel geſta temporibus, huius noctis curriculo devoluta ſupplentur.

Nam primum hoc veſpertinum lumen, ſicut illa dux Magorum ſtella præcedit. Deinde myſticæ regenerationis unda ſubſequitur, velut dignante Dno fluenta Iordanis. Tertio reſurrectionem Xpi vox apoſtolica ſacerdotis adnuntiat.

Tum ad totius myſterii ſupplementum Xpo veſcitur turba fidelium, qua ſummi ſacerdotis & apoſtoli tui Petri oratione ſanctificata vel meritis, reſurrectionis dominicæ diem Xpo in omnibus proſperante ſuſcipiat;

Per bonum & benedictum filium tuum Dnm nrm Ihm Xpm, cum quo beatus vivis & regnas Deus in unitate Spiritus ſancti, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. (1)

Benedictio Salis.

Benedic, omnipotens Deus, hanc creaturam ſalis tua benedictione cœleſti in nomine Dni nri Ihu Xpi, & in virtute Spiritus tui, ad effugandum inimicum, quam ſanctificando ſanctifices, & benedicendo benedicas; fiatque omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus ſumentium, in nomine Dni nri Ihu Xpi, *qui venturus eſt iud. gg.* MURAT. *p.* 60.

Ad Catichumenum faciendum.

Omnipotens ſempiterne Deus, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo expelle, diſrumpe omnes laqueos ſatanæ, quibus fuerat colligatus; aperi ei *Due* ianuam miſericordiæ tuæ, & ſigno ſapientiæ tuæ imbutus (2) omnium cupiditatum fœtoribus careat, atque ad ſuavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem ſignatus promiſſæ gratiæ tuæ. *gg.*

Or. ſuper infantes in XL.ma ad IIII. Evangl.

Æternam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor Dne ſce Pater omnipotens æterne Deus luminis & veritatis, ſuper hos famulos & famulas tuas! ut digneris eos illuminare lumine intelligentiæ tuæ. Munda eos & ſanctifica. Da eis ſcientiam veram, ut digni efficiantur accedere ad gratiam baptiſmi tui; teneant firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanam, ut apti ſint ad percipiendam gratiam baptiſmi tui, per. *g. gg.*

Or. in Sabbato Paſchæ ad reddentes dicit dominus Papa, poſt piſteugis. Item ad catbicizandos infantes.

Nec te latet ſatanas imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, diem iudicii, diem ſupplicii ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi atque angelis tuis præparatus ſempiternus erit interitus. Et ideo pro tua nequitia damnate atque damnande, da honorem Deo vivo, da honorem Ihu Xpo filio eius, da honorem Spiritui ſancto paraclito, & recede ab his famulis & famulabus Dei, quos hodie Deus & Dnus noſter ad ſuam gratiam & benedictionem vocare dignatus eſt, in nomine Dni nri Ihu Xpi, qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos. *g. gg.*

Poſt hoc tangit ſingulis nares & aures, & dicit

(1) *Rhenaug.* ſic concludit benedictionem: Precamur ergo te Domine, ut nos famulos tuos, omnemque clerum, & devotiſſimum populum, unacum Patre noſtro beatiſſimo Viro ill. nec non & clementiſſimo Rege noſtro ill. Coniugeque eius, ac filiis, cunctoque exercitu *Francorum*, quiete temporum conceſſa, in his paſchalibus gaudiis conſervare digneris. Per Dum.

Sancte Domine omnipotens Deus, qui ad noſtram contemplationem tenebrarum hæc in mundi huius obſcuri luminaria micare iuſſiſti; Præſta, ut dum ad illum æternitatis diem unigeniti tui properamus, occurſum ad hanc interim quam tenebras præparaſti lucernam, dum nox iſta transcurritur, ſine peccatorum offendiculo ambulemus. Per.

Deus templum ignis æterni, Deus veræ lucis habitaculum, Deus ſedis perpetuæ claritatis vota tibi Domine ſolemnia diei conſummationis, & noctis inchoationis celebramus, ac luminibus altaris tui incenſis temporalium lumen offerentes, ut famulis tuis verbum ac perenne lumen largiaris oramus. Per.

San-Gall. ſolum Papam memorat: *Unacum Patre noſtro beatiſſimo Viro Papa ill. quiete temporum conceſſa &c.*

(2) *In Cod.* indutus.

dicit iis effeta. *Poſtea tangit de oleo ſco ſcapulas & pectus, & dicit:* Abrenuntias ſatanæ? *Et reſpondit:* Abrenuntio. *Et omnibus operibus eius? & reſpondit:* Abrenuntio. *Et omnibus pompis eius? reſpondit:* Abrenuntio.

Orationes in Sabbato ſco Paſchæ, per ſingulas Lectiones.

Or. ante Primam Lectionem. (1)

Deus, qui divitias miſericordiæ tuæ in hac præcipue nocte largiris! propitiare univerſo ordini ſacerdotalis officii, & omnes gradus famulatus noſtri, perfecta delictorum remiſſione ſanctifica, ut miniſtraturos regeneratrici gratiæ tuæ, nulli eſſe obnoxios patiaris offenſe, per. *ſ. gg.*

I. Lect. Lib. Geneſ. In principio fecit Deus &c.

Deus, qui mirabiliter creaſti hominem, & mirabilius redemiſti! da nobis quæſumus contra oblectamenta peccati mentis ratione reſiſtere, ut mereamur ad gaudia æterna pervenire, per. *gg.*

II. Lect. Libr. Geneſ. Noe vero cum quingentorum &c.

Deus incommutabilis virtus, lumen æternum! reſpice propitius eccleſiæ tuæ mirabile ſacramentum, & opus ſalutis humanæ, perpetuæ diſpoſitionis effectu tranquillus operare, totusque mundus experiatur, & videat, deiecta erigi: inveterata novari, & per ipſum redire omnia in integrum, a quo ſumpſere principium, per eundem. *g. gg.*

III. Lect. Lib. Geneſ. Temptavit Deus Abraham &c. (2)

Deus fidelium Pater ſumme, qui in toto orbe terrarum promiſſionis tuæ filios, diffuſa adoptionis gratia multiplicas, & per paſchale ſacramentum Abraham puerum tuum univerſarum, ſicut iuraſti, gentium efficis patrem! da populis tuis digne ad gratiam tuæ vocationis intrare, per. *g. gg.*

IIII. Lect. Lib. Exodi. Factum eſt in vigilia &c. *Canticum.* Cantemus Dno &c.

Deus, cuius antiqua miracula in præſenti quoque ſæculo coruſcare ſentimus! præſta quæſumus, ut ſicut priorem populum ab Ægyptiis liberaſti, hoc ad ſalutem gentium per aquas baptiſmatis opereris, per. *g. gg.*

V. Lect. Eſaiæ Proph. Omnes ſitientes venite &c.

Omnipotens ſempiterne Deus, multiplica in honore nominis tui, quod patrum fidei ſpopondiſti, & promiſſionis filios ſacra adoptione dilata, ut quod priores Sancti non dubitaverunt futurum, eccleſia tua magna iam ex parte cognoſcat impletum, per. *g. gg.*

VI.

(1) *Rbenaug.* & *San-Gall.* antiquior ut *Gelaſian.* vulgat. præmittunt orationem *Deus qui divitias &c.* In *Vaticano* tamen & *Ottoboniano* ſacramentar. a MURATORIO edit. immediate poſt benedictionem cerei notatur Oratio hæc dicenda antequam legatur prima lectio *Geneſis*, ſecus ac in noſtris Mſſ. *Gregorianis*, ubi deſideratur hæc oratio. Vid. THOMASIUS in præf. T. VI. idemque VEZZOSIUS p. 70. ubi n. 2. ex MARTENIO affertur rubrica ſequens ex Mſc. Si vero lectiones ſecundum GELASIUM recitandæ fuerint poſt benedictionem cerei, antequam legatur prima lectio, *In principio creavit Deus*, dicitur a ſacerdote oratio hæc: *Deus qui divitias miſericordiæ tuæ.* Similis rubrica ex cod. Bibl. Angel. recenſetur variaque, quæ ad ritum *Gregorianum* pertinent, quo lectio orationi præmittitur: id quod diſcrimen modo ex antiquiſſimis noſtris ſacramentariis *Alemannicis* notavimus.

(2) *Rbenaug. Gregor.* quatuor tantum habet lectiones, & vulgat. *Gelaſ.* decem: variantque nonnunquam orationes in eodem *Gelaſ.* ac *Gregoriano.*

VI. Lect. Hieremiæ Proph. Audi Iſrael mandata vitæ &c.

Deus qui eccleſiam tuam ſemper gentium vocatione multiplicas! concede propitius, ut quos aqua baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis, per. *gg.*

VII. Lect. Ezechiel: Proph. Facta eſt ſuper me manus Dni &c.

Deus, qui nos ad celebrandum paſchale ſacramentum utriusque teſtamenti paginis imbuiſti! da nobis intelligere miſericordiam tuam, ut ex perceptione præſentium munerum, firma ſit expectatio futurorum, per. *g. gg.*

VIII. Lect. Eſaiæ Proph. Apprehendent VII. mulieres &c.

Canticum. Vinea facta eſt &c.

Deus, qui in omnibus eccleſiæ tuæ filiis ſanctorum prophetarum voce manifeſtaſti! in omni loco dominationis tuæ ſatorem te bonorum ſeminum, & electorum palmitum eſſe cultorem! tribue populis tuis, ut qui vinearum apud te nomine cenſentur & ſegetum, ſpinarum & tribulorum ſqualore reſecato, digna efficiantur fruge fœcundi, per. *g. gg.*

VIIII. Lect. Lib. Exodi. Dixit Dn9 ad Moyſen & Aaron in terra Ægypti &c.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in omnium operum tuorum diſpenſatione mirabilis es! intelligant redempti tui non fuiſſe excellentius, quod initio factus eſt mundus, quam quod in fine ſæculorum paſcha noſtrum immolatus eſt Xpus, qui cum Patre in unitate Spiritus ſancti vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. *gg.*

X. Lect. Ionæ Proph. Factum eſt verbum Domini &c.

Deus qui diverſitatem omnium gentium in confeſſione tui nominis adunaſti! da nobis & velle & poſſe quæ præcipis, ut populo ad æternitatem vocato, una ſit fides mentium, & pietas actionum, per. *g. gg. fer. V. in alb.*

XI. Lect. lib. Deuteron. Scripſit Moyſes Canticum &c.

Canticum. Attende cœlum &c.

Deus, celſitudo humilium, & fortitudo rectorum, qui per ſcm Moyſen puerum tuum ita erudire populos tuos ſacri carminis tui decantatione voluiſti, ut illa legis iteratio fieret etiam noſtra directio; excita in omnem iuſtificatarum gentium plenitudinem potentiam tuam, & da lætitiam mitigando terrorem: ut omnium peccatis tua remiſſione deletis, quod denuntiatum eſt in ultionem, tranſeat in ſalutem, per. *g. gg.*

XII. Lect. Daniel. Proph. Nabuchodonoſor &c.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſpes unica mundi, qui prophetarum tuorum præconio, præſentium temporum declaraſti myſteria! auge populi tui vota placatus, quia in nullo fidelium, niſi ex tua inſpiratione proveniunt quarumlibet incrementa virtutum, per. *g. gg.*

Cant. de Pſal. XLI. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus, reſpice propi-

(1) *San-Blaſ.* de pſalmo XLI. tractus *ſicut Cervus. Concede quæſumus, omnipotens Deus, ut qui feſta paſchalia agimus, cæleſtibus deſideriis accenſi fontem vitæ ſitiamus. Per.* Alia. *Omnipotens* ut ſupra.

Digitized by Google

propitius ad devotionem populi renaſcentis, qui ſicut cervus aquarum (1) expetit fontem; & concede propitius, ut fidei ipſius ſitis baptiſmatis myſterio animam corpusque ſanctificet, per.

Miſſa, vel dedicatio Baptiſterii.

Omnipotens ſempiterne Deus, hoc baptiſterium cœlesti viſitatione dedicandum, Spiritus tui illuſtratione ſanctifica! ut quoscunque fons iſte lavaturus eſt, tua ablutione purgati, indulgentiam omnium delictorum tuo munere conſequantur, per Dnm.

Orat. ad Miſſam.

Omnipotens ſempiterne Deus, fons omnium virtutum, & plenitudo gratiarum, dignare ædem ſacro baptiſmati præparatam maieſtatis tuæ præſentia conſecrare, ut qui ubique totus es, etiam hic adeſſe te noſtris precibus ſentiamus, per Dnm nrm.

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, preces noſtras cum oblationibus ſupplicantum, & concede propitius, ut quicquid hic novum regenerandi per Spiritum ſanctum acceperint, tua gratia hat æternum, per Dnm. *in unitate eiusdem*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm; Per quem nobis regenerationis munus exortum eſt, ut (qui) per carnalem originem mortales in hoc ſæculo veneramus, ad ſpem vitæ æternæ ex aqua & Spiritu ſco renaſceremur. Quod ſacramentum pietatis tuæ Dne, ut in hoc loco gratiæ tuæ potentia celebretur, ſupplices tibi hoc ſacrificium laudis offerimus, obſecrantes miſericordiam tuam, ut huic fonti virtutem Spiritus tui indefinenter præſidere concedas; quo operante omnes, qui in hæc fluenta deſcenderint, ab universorum criminum contagiis emundati, & perpetua ſanctificatione purgati, libro beatæ vitæ mereantur aſſcribi, per eundem Xpm Dnm nrm, per quem.

Infra act.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus in huius conſecratione baptiſterii, quæſumus Dne, ut placatus accipias, & tua pietate concedas, ut quoscumque fons iſte loturus eſt, omnium criminum abolitione purgentur, atque famulis tuis eiusdem conditoribus mercedem tanti operis promiſſa retributione rependas. Quam oblationem &c.

Ad Comm

Multiplica Dne benedictionem tuam, & per Spm tui muneris fidem noſtram corrobora! ut qui in hæc fluenta deſcenderint, eos in libro vitæ aſſcribi iubeas, in regnum tibi Deo in reſurrectione tradendos, per.

Super populum.

Propitiare Dne familiæ tuæ, & benignus humilitatis noſtræ vota ſanctifica! & omnes in hoc fonte regenerandos universali adoptione cuſtodi, per.

Hoc expleto, procedit Pontifex hora nona de ſua ſedis ſtatione cum omni ordine ſacerdotum & cleri, letaniam canendo, præcedentibus duobus cereis ſtaturam hominis habentibus, cum turibulis, vel timiamateriis ad fontem benedicendum. Completa autem ipſa letania in circuitu fontis, facto ſilentio, benedicat Pontifex fontem ita: (2)

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, adeſto magnæ pietatis tuæ myſteriis, adeſto ſacramentis! & ad creandos novos populos, quos tibi fons baptiſmatis parturit, Spiritum adoptionis emitte, ut quod noſtræ humilitatis gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu, per Dnm. in unitate eiusdem Spiritus ſci *per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. g. p. 73. gg.*
Dnus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Surſum corda. ℟. Habem9 ad Dnm.
Gratias agam9 Dno
Deo nro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.

VD. uſque *æterne Deus. Qui inviſibili potentia ſacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum! & licet nos tantis myſteriis exſequendis ſimus indigni, tu tamen gratiæ tuæ dona non deſerens, etiam ad noſtras preces aures tuæ pietatis inclinas.*

Deus, cuius Spiritus ſuper aquas inter ipſa mundi primordia ferebatur, ut iam tunc

(1) *In margine* tuarum.

(2) In *Rhenaugienſi* ſeorſim poſt totius anni officia ſequitur in parte ſecunda ordo baptiſterii cum Miſſis etiam pro ſcrutinio, aliisque omnibus, ad catechumenos & ſolemnis baptiſmi ordinem pertinentibus.

tunc virtutem ſanctificationis aquarum natura comciperet;

Deus, qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis ſpeciem in ipſa diluvii effuſione ſignaſti, ut unins eiusdemque elementi myſterio & finis eſſet vitiis, & origo virtutibus;

Reſpice Dne in faciem eccleſiæ tuæ, & multiplica in ea generationes tuas, qui gratiæ affluentis impetu lætificas civitatem tuam, fontemque baptiſmatis aperis toto orbe terrarum gentibus innovandis, ut tuæ maieſtatis imperio ſumat unigeniti tui gratiam de Spiritu ſancto;

Qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatam arcana ſui luminis admixtione fœcundet, ut ſanctificatione concepta ab immaculato divini fontis utero, in novam renata creaturam, progenies cœleſtis emergat;

Et quos aut ſexus in corpore, aut ætas diſcernit in tempore, omnes in unam gratia mater infantiam;

Procul, ergo hinc iubente te Dne, omnis ſpiritus immundus abſcedat: procul tota nequitia diabolicæ fraudis abſiſtat;

Nihil hic loci habeat contrariæ virtutis admixtio, non inſidiando circumvolet, non (1) latendo ſubripiat, non inficiendo conrumpat;

Sit hæc ſancta & innocens creatura libera ab omni impugnatoris incurſu, & totius nequitiæ purgata diſceſſu;

Sit fons vivus, aqua regenerans, unde (unda) purificans, ut omnes hoc lavacro ſalutifero diluendi, operante in eis Spiritu ſco, perfectæ purgationis indulgentiam conſequantur;

Unde bene†dico te creatura aquæ per De†um vivum, per De†um ſanctum! qui te in principio verbo ſeparavit ab arida, & in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit;

Qui te in deſerto amaram ſuavitate indita fecit eſſe potabilem, & ſitienti populo de petra produxit;

Bene†dico te & per Ihm Xpm filium eius unicum Dnm nrm, qui te in Chana Galileæ ſigno admirabili ſua potentia convertit in vinum; qui pedibus ſuper te ambulavit, & a Iohanne in Iordane in te baptizatus eſt;

Qui te unacum ſanguine de latere ſuo produxit; & diſcipulis ſuis iuſſit, ut credentes baptizarentur in te dicens: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. g. g g.

Hic mutas vocem quaſi lectionem legas.

Hæc nobis præcepta ſervantibus, tu Deus omnipotens, clemens adeſto, tu benignus aſpira, tu has ſimplices aquas tuo ore benedicito, ut præter naturalem emundationem, quam lavandis poſſunt adhibere corporibus, ſint etiam purificandis mentibus efficaces. *g. gg.*

Hic ponantur cærei in fontem.

Deſcendat in hanc plenitudinem fontis virtus ſpiritus tui.

Ψ *Iuxta hanc figuram hic inſuffla tribus vicibus.*

Totamque huius aquæ ſubſtantiam regenerandi fœcundet effectu; hic omnium peccatorum maculæ deleantur; hic natura ad imaginem tuam condita, & ad honorem ſui reformata principii, cunctis vetuſtatis ſqualoribus emundetur.

Ut omnis homo hoc ſacramentum rege-

(1) *In Cod.* nec.

generationis ingreſſus in veræ innocentiæ novam infantiam renaſcatur; Per Dnm nrm Ihm Xpm filium tuum, qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *g. gg.* (1)

Poſt hæc fundat ſacerdos chriſma in modum crucis ſuper ipſam aquam, ita dicens:

Sanctificetur & fœcundetur fons iſte in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſci.

Deinde miſceat ipſum chriſma cum eadem aqua, & aſpergat ſuper fontem, & ſuper circumſtantes. Et qui voluerint, accipiant de ipſa aqua in vaſis ſuis ad ſpargendum ubi velint. Et interroget presbyter ſymbolum tenentibus ipſis, qui eos ſunt ſuſcepturi, ita:

Credis in Deum Patrem omnipotentem?

℟. Credo.

Credis & in Ihm Xpm Filium eius unicum Dnm nrm natum & paſſum?

℟. Credo.

Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem?

℟. Credo.

Tunc presbyteri vel diaconi, etiam ſi neceſſe erit, acoliti, accipiant eos a parentibus, & baptizent primo maſculos, deinde feminas ſub trina merſione ſanctam Trinitatem ſemel invocantes, ita dicendo:

Baptizo te in nomine Patris: *& mergat ſemel.* Et Filii: *& mergat ſecundo.* Et Spiritus ſancti. *& mergat tertio.*

Ut autem levantur a fonte, facit presbyter de chriſmate ſignum crucis cum pollice in vertice eorum dicens: (2)

Deus omnipotens, Pater Dni nri Ihu Xpi, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu ſco, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum; ipſe te liṫnit chriſmate ſalutis in vitam æternam.

Et tunc ſuſcipiantur ab his, qui eos ſuſcipere debent, detque eis ſacerdos pannum chriſmatis dicens: g. gg.

Accipe veſtem candidam, quam ſine macula repræſentes ante tribunal Xpi, ut habeas vitam æternam, & gaudeas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Tunc veſtiatur infans, & ſi Epus adeſt, ſtatim confirmari oportet, poſtea communicari. Omnino etiam præcavendum eſt, ut confirmatio non negligatur, quia tunc legitimum baptiſma Xpianitatis nomine confirmatur. Epiſcopus autem, ſi præſens non fuerit, antequam lacteṫur, aut aliquid accipiat, communicet eum ſacerdos corpori & ſanguini Dni, ita dicens:

Accipe corpus & ſanguinem Dni nri Ihu Xpi in vitam æternam.

Poſtea, ſi ſacerdos fuerit, dicat hanc orationem ſuper eum.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui regeneraſti hunc famulum tuum ex aqua & Spiritu ſco, quique dediſti ei remiſſionem omnium peccatorum! tribue ei continuam & longævam ſanitatem ad agnoſcendam unitatis tuæ veritatem, per Dnum &c. in unitate eiusdem Spiritus ſci. *g. gg.*

Ordo, quomodo baptizati confirmentur.

Cum autem baptizati fuerint infantes, ſtatuentur per ordinem, & minores quidem in brachiis dextris habeantur: maiores vero pedem ponant ſuper pedem patroni ſui. Pontifex vero veniens ad infantes; tenente archidiacono chriſma, elevata manu ſuper capita omnium dicat: Spiritus ſanctus ſuperveniat in vos, & virtus Altiſſimi obumbret vobis. ℟. Amen. *& deinde dicat:*

Dnꝰ vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos & famulas tuas ex aqua & Spiritu tuo, quique dediſti eis remiſſionem omnium peccatorum! emitte in eos ſeptiformem Spiritum tuum paraclitum de cœlis, Spiritum ſapientiæ & intellectus, Spiritum conſilii & fortitudinis, Spiritum ſcientiæ & pietatis, adimple eos Spiritu timoris Dni, & conſigna eos ſigno crucis in vitam propitiatus æternam, per Dnm. . . in unitate eiusdem Spiritus ſci. *g. gg.*

Ea finita tincto pollice in chriſma faciat crucem in fronte ſingulorum dicens:

Confirmo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Tunc

(1) In *Rhenaugienſi* antiquiſſimo ſacramentario nil niſi hæc ſequitur rubrica. *In ordine ſuo inde benedicto* (fonte) *baptizas unumquemque.* Ac immediate ſubditur oratio *Deus omnipotens Pater Domini &c.*

(2) Poſt hanc orationem in antiquiſſimo ſacramentario *Rhenaugienſi*, in quo deeſt ordo confirmandi, hæc immediate ſequitur rubrica. *Deinde* vero cum letania aſcendit ad ſedem ſuam dicens: *Gloria in excelſis.* Add. GEL. p. 76. MURAT. p. 65.

Digitized by Google

Tunc pronuntiet Diaconus:
Humiliate vos ad benedictionem. ℟. Deo gratias.
Et Epiſcopus det benedictionem ſuper Confirmatos dicens:

Omnipotens Dnꝰ, qui vos fecit aqua baptiſmatis renaſci, ipſe vos corroboret dono ſeptiformis Spiritus paracliti, quia ſic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum, ut habeat regni cœleſtis introitum. Amen.

Benedicat vobis ex Sion, ut videatis bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ veſtræ, & in omnibus ſumatis ſcutum fidei, ut mereamini in caſtris æterni regis aſſcribi. Amen.

Cuſtodiatque vos in timore ſanctmo ſui, & tribuat vobis pacis unitatem, & contra omnes hoſtes victoriam triumphalem fidei quod tenetis, uſque in finem inpollutum cuſtodiatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre & Spiritu ſco vivit.

Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritꝰ ſci deſcendat ſuper vos. Amen. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Et Diaconus dicat: Ite in pace.

Incipiunt or. ad fontes benedicendos.

Ambroſiana.

Omnipotens ſempiterne Deus, adeſto magnæ &c.
Ut ſupra in Gregoriano.

Deum immenſum, maieſtatis æternæ, ſuppliciter exoremus! ut per verbum & virtutem, & ſapientiam ſuam Dnm nrm Ihm Xpm, in hoc lavacro ſalutari peccatorum omnium admiſſa concedat, detque ſanctificationem ſuam aquis, ut quicumque easdem ingreſſi fuerint, remiſſionem criminum, & benedictionem conſequantur, per eundem Dnm nrm Ihm Xpm filium ſuum, ſecum viventem atque regnantem Deum in unitate Spiritus ſci, per omnia ſæcula ſæculorum, amen.

Oremus, & deprecemur Dei Patris omnipotentis clementiam, ut famulis ſuis competentibus, quos in hac hora ad hunc beatæ regenerationis fontem dexteræ ſuæ protectione perduxit, det gratiam miſericordiæ ſuæ, & corda eorum ſpiritali repleat intellectu, ut cœleſte Sacramentum plena fide & credula mente ſuſcipiant. Nobis etiam famulis ſuis det veniam omnium delictorum, & gratiæ ſuæ præſentiam tribuat, ut myſteria ſalutaris baptiſmatis ſine offenſione celebremus, per Dnm nrm Ihm Xpm filium ſuum, ſecum viventem atque regnantem Deum in unitate Spiritꝰ ſci per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Inſuffla in ipſam aquam, & dic:

Adiuro te creatura aquæ per Deum verum, Deum vivum, Deum ſcm, qui te in principio a terra ſeparavit; qui te de paradiſi fonte ante produxit, & in quatuor fluminibus totam terram rigari præcepit; adiuro te per Dnm nrm Ihum Xpm, filium Dei vivi, qui te in Chana Galileæ ſigno admirabili in vinum convertit; qui pedibus ſuper te ambulavit, & a Iohanne in te eſt baptizatus; qui te amariſſimam aquam per lignum paſſionis ſuæ indulcavit, & populum ſitientem te de petra producens ſatiavit, & Naman Syrum in te a lepra ſua mundavit, & nomen tibi impoſuit Syloe, in qua cæcus, ut lumen reciperet, oculos lavari præcepit; qui te de latere ſuo unacum ſanguine produxit; qui diſcipulis ſuis dixit: Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſci, (1) Efficere ergo aqua exorcizata, ad effugandam omnem diaboli infeſtationem, omneque phantaſma inimici! & ipſum inimicum eradicare & effugare, atque ſupplantare a ſervis Dei, qui in te hodie baptizandi ſunt! accepturi etiam remiſſionem peccatorum ſuorum, in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Ieſu Xpi filii Dei vivi, qui venturꝰ eſt in Spiritu ſco iudicare ſæculum per ignem.

Item Benedictio fontis.

Sancti†ficare per verbum Dei unda cœleſtis! ſan†ctificare a†qua Xpi calcata veſtigiis; quæ montibus preſſa non clauderis; quæ ſcopulis illiſa non frangeris; quæ terris infuſa non deficis; tu ſuſtines aridam, portas montium pondera, nec demergis; tu cœlorum vertice contineris, circumfuſa per totum lavas omnia, nec lavaris; tu fugientibus Hebreorum populis in glaciem durata conſtringeris. tu rurſus altis reſoluta verticibus, Nili incolas perdis, & hoſtili globo freto ſæviente perſequeris; una eademque ſalus fidelium, & ultio criminoſis. Te per Moyſen percuſſa rupes evomuit, nec abdita cautibus latere potuiſti, cum maieſtatis imperio iuſſa prodires; tu geſtata nubibus imbre iocundo arva fœcundas, ne ſiccatis exanimata viſceribus, ſublimes neget terra proventus; A te principium, in te finis exultat; vel potius tuum eſt, ut terminum neſciamus; neque enim Dne omnipotens Pater, virtutum tuarum neſcii, aquarum merita laudamus, ſed in his operis tui prædicamus inſignia; ſuſcipe igitur noxios, ſolve captivos, redde quod in paradiſo Adam perdidit, quod uxor amiſit, quod intemperantia crudelis abſorbuit; da ſalutarem potum male ſaturis acerbitate pomorum! ut indigeſta mortalium & annoſa pernicies divino ſalvetur antidoto; ablue terram ſqualoris illuvie, diſcute paradiſi

(1) Uſque huc *Geliſ.*

Digitized by Google

radiſi macheram flammeis obicibus fluctuantem; pateat redeuntibus floribus ruris ingreſſus, recipiant imaginem deitatis, olim perditam livore ſerpentis; quicquid noxium de prævaricatione contractum eſt, huius purgitis puritate deponant; ſurgant ad requiem, producantur ad veniam, ut myſtico corpore & ſanguine innovati, & redemptos ſe noverint, & renatos, per Xpm filium tuum Dnm nrm, tecum viventem atque regnantem Deum in unitate Spiritus ſci, per omnia ſæcula ſæc. Amen.

Poſt hæc mittendum eſt chriſma in ipſam aquam, & deinde cum ingreſſus fuerit presbyter & diaconus in ipſum fontem, interrogantur a ſacerdote, qui fontem benedixit:

Quid veniſtis? ℟. Baptizare. *Et dicit ſacerdos:* Ite baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Interrogatio ſymboli.

Creditis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ? ℟. Credimus. *Interrog.* Et in Ihm Xpm filium eius unicum Dnm nrm natum & paſſum? ℟. Credimus. *Interrog.* Creditis & in Spiritum ſcm, ſcam eccleſiam catholicam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam? ℟. Credimus. *Dicit ſacerdos:*

Baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Dum ſignantur renati chriſmate, dicit ſacerdos:

Deus omnipotens Pater Dni nri Ihu Xpi, qui te regeneravit. *Ut ſupra.*

Or. poſt regreſſum a fonte.

Celebratis atque perfectis divini baptiſmatis ſacramentis, Dno cœli & terræ Deo Patri omnipotenti indefeſſas gratias referamus! ipſumque ſupplices poſtulemus, ut nos atque omnem familiam ſuam glorioſæ reſurrectionis Dni nri Ihu Xpi annuat eſſe participes, præſtante ipſo Dno nro Ihu Xpo filio ſuo, ſecum vivente atque regnante Deo in unitate Spiritus ſci per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio in Sabbato ſancto Paſchæ Nocte ad Miſſam.

Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem gloria dominicæ reſurrectionis illuſtras! conſerva in novam familiæ tuæ progeniem adoptionis ſpiritum, quem dediſti; ut corpore & mente renovati, puram tibi exhibeant ſervitutem, per eundem. In unitate eiusdem Spiritus ſci. *g. gg.* *Alia.*

Deus qui per unigenitum tuum æternitatis nobis aditum devicta morte reſeraſti! da nobis quæſumus, ut qui reſurrectionis dominicæ ſolemnia colimus, per innovationem tui Spiritus a morte animæ reſurgamus, per eundem. In unitate eiusdem. *Secreta.*

Suſcipe, quæſumus Dne, & plebis tuæ & tuorum hoſtias renatorum! ut & confeſſione tui nominis & baptiſmate renovati, ſempiternam beatitudinem conſequantur, per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! adeſt nobis optatiſſimum tempus, & deſideratæ noctis lumen advenit; quid enim maius vel melius inveniri poterit, quam Dni reſurgentis prædicare virtutem? hic namque inferorum clauſtra disrumpens, clariſſima nobis hodie ſuæ reſurrectionis vexilla reportavit, & triumphato diabolo victor inclytus cœlorum regna conſcendit; atque hominem reparans, invidia inimici deiectum, mirantibus intulit aſtris. O noctis iſtius myſtica & veneranda commercia, o ſcæ matris eccleſiæ pia ſempiternaque beneficia! quia non vult Deus noſter habere quod perimat, ſed cupit invenire quod redimat; exultavit Maria in ſacratiſſimo puerperio! exultat eccleſia in filiorum ſuorum regenerationis ſacramento; ſic fons ille beatus, qui dominico lateri circumfluxit, moles expulit vitiorum, ut his ſacris altaribus vitalis eſca perpetuam vitam conferat renatorum; & ideo. *g.*

Digitized by Google

Alia Præfatio.

VD. æterne Deus ! te quidem Dne omni tempore, ſed in hac potiſſimum nocte glorioſius prædicare, cum paſcha noſtrum immolatus eſt Xpꝰ ; ipſe enim verus eſt agnus, qui abſtulit peccata mundi; qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparavit ; & ideo cum angelis & archangelis. g. gg.

Communicantes, & noctem ſacratiſſimam celebrantes reſurrectionis Dni nri Ihu Xpi ſecundum carnem, ſed & memoriam venerantes. *g. gg.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum ; quæſumus Dne, ut placatus. *g. gg.*

[*Item benedictio ſuper agnum in Paſcha.*

Deus creator univerſæ carnis, qui Noe & filiis eius de mundis & immundis animalibus præcepta dediſti ! quique ſicut olera herbarum humano generi quadrupedia munda edere permiſiſti ; qui agnum in Ægypto Moyſi & populo tuo in vigilia paſchæ comedere præcepiſti, in figuram agni Dni nri Ihu Xpi, cuius ſanguine omnia primogenita tibi de mundis redemiſti, & in nocte illa omne primogenitum in Ægypto percuti præcepiſti, ſervans populum tuum, agni ſanguine prænotatum. Dignare, Dne omnipotens, benedicere & ſanctificare has ovium mundarum carnes, ut quicumque ex eis de populis tuis fidelibus comederint, omni benedictione cœleſti, & gratia tua ſaturati, repleantur in bonis, per eundem Xpm Dnm nrm. Per quem hæc omnia Dne ſemper bona.]

Ad Comm.

Præſta quæſumus omnipotens Deus ! ut divino munere ſatiati, & ſacris myſteriis innovemur & moribus, per Dnm. *g.*

Alia.

Spiritum nobis Dne tuæ caritatis infunde, ut quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes, per Dnm. In unit. eiusdem. *l. g g.*

Alia.

Digne nos tuo nomini, quæſumus Dne, famulari, ſalutaris cibus & ſacer potus inſtituat, & renovationem conditionis humanæ, quam myſterio continet, in noſtris iugiter ſenſibus operetur, per Dnm. *g. Fer. III. Paſch.*

Super populum.

Mentes noſtras, quæſumus Dne, lumine tuæ claritatis illuſtra ! ut videre poſſimus quæ agenda ſunt, & quæ recta ſunt agere valeamus, per Dnm.

Alia Miſſa Gregoriana.

Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem. Ut ſupra.

Secreta.

Suſcipe Dne preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum ! ut paſchalibus initiatæ myſtertis, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiant, per. gg.

Præfatio.

VD. te quidem Dne omni tempore. Ut ſupra. Infra Act.

Communicantes. Et hanc igitur. Ut ſup.

Ad Comm.

Spiritum nobis Dne tuæ caritatis. Ut ſupra.

Item

Digitized by Google

Item alia Ambroſiana.

Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem. *Ut ſupra.*

Secreta.

Deus, cuius munere honoranda baptiſmatis ſunt impleta myſteria! concede populo tuo, originalis delicti errore mundato, poſt ſacratiſſimum fontem terram tuæ promiſſionis intrare, ut dulcia ſacramentorum tuorum iam nunc alimenta percipiat, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia vetuſtate deſtructa, vitæ nobis in Xpo reparatur integritas; propterea profuſis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat! ſed & ſupernæ virtutes & angelicæ concinunt poteſtates, hymnum gloriæ tuæ perpetim ſine ceſſatione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Ad Comm.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut divino. *Ut ſupra.*

Item alia eiusdem in Eccleſia maiore.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in omnium operum. *Ut ſupra.*

Alia.

Deus, qui ſolemnitate paſchali cœleſtia mundo remedia benignus operaris, annuæ feſtivitatis huius nobis dona proſequere, ut per obſervantiam temporalem ad vitam perveniamus æternam, per. *g.*

Ad Comm. (1)

Accipe Dne munera exultantis eccleſiæ! & cui cauſam tanti gaudii contuliſti, perpetuæ fructum concede lætitiæ, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare! Nos te quidem Dne omni tempore benedicere, ſed in hac potiſſimum nocte profuſius exultantibus animis prædicare, cum Paſcha nrm immolatus eſt Xpus; ille eſt enim vetus agnus, qui abſtulit peccata mundi; qui mortem nram moriendo deſtruxit, & vitam nobis reſurgendo reparavit; unde profuſis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat! ſed & ſupernæ virtutes & angelicæ concinunt poteſtates, hymnum gloriæ tuæ ſine fine dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus. *g.* *Infra Act.*

Hanc igitur oblationem ſervitutis nræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus Dne, ut placatus accipias, diesque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari, per Xpm vere ſanctum & benedictum Dnm nrm; qui cum Dominus eſſet maieſtatis, deſcendit de cœlo, formam ſervi, qui primus perierat, ſuſcepit, & ſponte pati dignatus, ut eum, quem ipſe fecerat, de morte liberaret; unde & hoc paſchale ſacrificium tibi offerimus, pro his quoque, quos ex aqua & Spiritu ſancto regenerare dignatus es, dans eis remiſſionem omnium peccatorum, ut invenires eos in Xpo Ihu Dno nro; pro quibus tibi Dne ſupplices fundimus preces, ut nomina eorum, pariterque famuli tui N. ſcripta habeas in libro viventium, per Xpm Dnm nrm; Qui pridie, quam pro noſtra & omnium ſalute pateretur, accipiens panem, elevavit oculos ad cœlos.

Ad Comm.

Cibi ſalutaris ac populi dona libantes, quæſumus Dne, ut qui paſchale myſterium ſumpſimus, prodeſſe nobis in perpetuum gaudeamus, per.

Ad Vesp.

Perveniant ad te Dne ſupplicum preces, ut quibus tuam clementiam noſſe tribuiſti, hanc eis facias iugiter non deeſſe, per.

Alia.

Da miſericors Deus, ut in reſurrectione Dni nri Ihu Xpi percipiamus veraciter portionem, per eundem. *g.*

Alia.

Da univerſis famulis tuis, quæſumus Dne, plenius atque perfectius omnia paſchalis feſtivitatis introire myſteria, ut incunctanter pia corda cognoſcant, quantum debeant de confirmata in Xpo credentium glorificatione gaudere, per eundem Dnm nrm.

Alia.

Paſchalia nobis Dne gaudia quæſumus, futuræ ſalutis æternitate confirma, per Dnm.

Oratio in Dominica ſancta Paſchæ ad Miſſam. G. & GG.

Deus, qui hodierna die per unigenitum tuum æternitatis nobis aditum devicta morte reſeraſti! vota noſtra, quæ præveniendo aſpiras, etiam adiuvando proſequere, per eundem Dnm nrm. *g. gg.*

Alia. G.

Deus, qui paſchale nobis remedium contuliſti, populum tuum cœleſti dono proſequere! ut inde poſt in perpetuum gaudeat, unde nunc temporaliter exultat, per. *El. g.*

Secreta. G. & GG.

Suſcipe, Dne quæſumus, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum, ut paſchalibus initiatæ myſteriis, ad æternita-

(1) *l. Secreta.*

tis nobis medelam te operante proficiant, per. *g. gg.* *Præfatio.* (1) G.

VD. & iuſtum eſt, æquum & ſalutare, te quidem Dne omni tempore, ſed in hoc præcipue die laudare, benedicere, & prædicare, quando paſcha noſtrum immolatus eſt Xpus; per quem ad æternam vitam filii lucis oriuntur, fidelibus regni cœleſtis atria reſerantur, & beati lege commercii divinis humana mutantur, quia noſtrum omnium mors cruce Xpi perempta eſt, & in reſurrectione eius omnium vita reſurrexit; quem in ſuſceptione mortalitatis Deum maieſtatis agnoſcimus, & in divinitatis gloria Deum & hominem confitemur; qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparavit; & ideo cum angelis, & archangelis. *g. gg.*

Alia Præfatio. GG.

VD. & iuſtum eſt, æquum & ſalutare, te quidem omni tempore, ſed in hac potiſſimum die glorioſius. Rel. ut ſupra.

Communicantes & diem ſacratiſſimum celebrantes reſurrectionis Dni nri Ihu Xpi ſecundum carnem, ſed & memoriam.

Hanc igitur &c. ut ſupra.

Ad Comm. G. & GG.

Spiritum nobis Dne tuæ caritatis infunde, ut quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes, per. in unit. eiusdem. *l. gg.*

Super populum. G.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ad æternam vitam in Xpi reſurrectione nos reparas, cuſtodi opera miſericordiæ tuæ, & ſuavitatem corporis & ſanguinis Dni nri Ihu Xpi unigeniti filii tui noſtris infunde pectoribus, per eundem. *g.*

Ad

Veſperum ad Scm IOHAN. G. & GG. (2)

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui reſurrectionis dominicæ ſolemnia colimus, innovatione tui ſpiritus a morte animæ reſurgam9, per eundem. In unit. eiusd. Spiritus. *gg.*

Ad font. G. & GG.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui reſurrectionis dominicæ ſolemnia colimus, ereptionis noſtræ ſuſcipere lætitiam mereamur, per eundem. *gg.*

Ad Scm Andream.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui gratiam dominicæ reſurrectionis agnovimus, ipſi per amorem ſpiritus a morte animæ reſurgamus, per eundem. In unitate eiusdem Spiritus ſci. *gg.*

Alia.

Deus, qui nos feciſti hodierna die paſchalia feſta celebrare, fac nos quæſumus, in cœleſti regno gaudere, per Dnm. *gg.*

Alia Miſſa Ambroſiana in Eccleſia minore pro Baptizatis.

Deus, qui humanam naturam ſupra primæ originis reparas dignitatem! reſpice ad pietatis tuæ ineffabile ſacramentum, ut quos regenerationis myſterio dignatus es innovare, in his dona tuæ perpetis gratiæ benedictionisque conſerva, per.

Alia.

(1) Abhinc *Eligiuæ* præfationes, quæ hactenus ſemper fere cum noſtris conveniebant, ſunt diverſæ.

(2) Orationes *ad veſperum, ad S. Andream &c.* quæ hoc & ſequentibus diebus octavæ paſchalis notantur, collectæ habentur in antiquiſſimo *San-Gallenſi* cod. orationum pro præcipuis feſtis. Complectitur autem orat. ad matut. ſive ad veſper. poſt orationes paſchales, *in feſto Annuntiationis S. Mariæ*; deinde poſt orationes in litania maiore in Aſcenſa Dni: die dominico Pentecoſten: nat. S. Ioan. *Baptiſtæ*: Apoſtolorum Petri & Pauli ad vigil. & in Nativitate, ut ſuis locis notabimus. Nec quidquam aliud continet initio quidem & fine mancus codex ille collectarius ſeu orationum pro horis canonicis, quales paſſim copioſiores pro diebus feſtis, dominicis & feriis inter codices liturgicos *Alemanniæ* reperi.

Digitized by Google

Alia.

Deus, qui credentes in te fonte baptiſmatis innovaſti, hanc renatis in Xpo concede cuſtodiam, ut nullo erroris incurſu gratiam tuæ benedictionis amittant, per eundem. *g g.*

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, plebis tuæ & tuorum hoſtias renatorum! ut & confeſſione tui nominis, & baptiſmate renovati, ſempiternam beatitudinem conſequántur, per. *g.* (1)

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et pro humani generis mirabili reparatione exultantibus te gaudiis hac die laudare, quæ omnibus diebus temporibusque præcellens, & ſuæ crucis interitu, & beatæ reſurrectionis eſt clara primatu; in hac enim Unigenitus tuus, ut primogenitus eſſet ex mortuis, ad glorificandam in ſe carnis noſtræ animæque naturam, qua poteſtate occubuit, eadem reſurrexit; unde profuſis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed & ſupernæ virtutes, atque angelicæ poteſtates hymnum gloriæ tuæ concinunt ſine fine dicentes: Sc9 Sc9 Sc9.

Ad Compl.

Digne nos tuo nomini, quæſumus Dne, famulari ſalutaris cibus & ſacer potus inſtituat, ut renovatio conditionis humanæ, quam myſterio continet, in noſtris iugiter ſenſibus operetur, per Dnm nrm. *g.* (2)

Item alia Miſſa Ambroſiana in Eccleſia matore.

Deus, qui ad æternam vitam in Xpi reſurrectione nos reparas! da populo tuo fidei ſpeique conſtantiam, ut non dubitemus implenda, quæ te novimus auctore promiſſa, per eundem Dnm.

Alia.

Deus, qui per Unigenitum tuum æternitatis nobis aditum devicta morte reſeraſti! erige ad te fidelium corda, ut a terrenis cupiditatibus liberati, ad cœleſtia deſideria tranſeamus, per eundem.

Secreta.

Quæſumus Dne, ut iam non teneamur obnoxii damnationis humanæ ſententia, cuius nos vinculis hæc hoſtia paſchalis abſolvat, per Dnm nrm.

Præfatio.

Vere quia dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſancte Deus omnipotens gratias agere; nos devotas laudes referre, Pater inclyte, omnium auctor & conditor; quia cum Dnus eſſet maieſtatis Xp9 Ih9 filius tuus, ob liberationem humani generis crucem ſubire dignatus eſt; quem dudum Abraham præfigurabat in filio, turba Moſaica immaculati agni immolatione ſignabat; ipſe eſt enim, quem ſacra tuba cecinerat prophetarum; qui omnium peccata portaret, aboleret & crimina. Hoc eſt illud paſcha Xpi nobilitatum cruore, in quo fidelis populus præcipua devotione reſultat; o myſterium gratia plenum! o ineffabile divini muneris ſacramentum! o ſolemnitatum omnium honoranda ſolemnitas! in qua ut ſervos redimeret, mortalibus ſe præbuit occidendum. Quam utique beata mors, quæ mortis nodos reſolvit! Iam nunc ſentiat ſe tartareus princeps attritum, & nos de profundi labe eductos, ad cœleſte regnum conſcendiſſe gratulemur; Et ideo cum angelis & archangelis.

Communicantes, & diem. *Ut ſupra.*

Oremus.

Præceptis ſalutaribus moniti, & divina.

Vel:

Divino magiſterio edocti, & ſalutaribus monitis inſtituti audemus dicere: Pater noſter, qui es in cœlis. *Ad Comm.*

Perpetuo Deus eccleſiam tuam pio favore tuere, ut paſchalibus reſuſcitata myſteriis, ad reſurrectionis perveniat claritatem, per Dnm nrm.

Ad Veſperum ut ſupra.

Feria II. ad S. PETRUM. G. & GG.

Deus, qui ſolemnitate paſchali mundo remedia contuliſti! populum tuum, quæſumus, cœleſti dono proſequere, ut & perfectam libertatem conſequi mereatur, & ad vitam proficiat ſempiternam, per. *gg.* *Alia.* G.

Paſchale myſterium recenſentes, apoſtolorum Dne beatorum precibus foveamur, quorum magiſterium cognovimus exſequendum, per Dnm. *g.*

Secreta.

Paſchales hoſtias recenſentes, quæſumus Dne! ut quod frequentamus actu, comprehendamus effectu, per *El.*

Alia

(1) Suſcipe Dne propitio munera famulorum tuorum, ut &c.

(2) Lectiones variantes hic iam THOMASIUS annotavit T. VI. p. 79. ex PAMELIO; concordatque noſtra lectio.

Alia Secreta. G. & GG.

Suſcipe, Dne quæſumus, preces populi tui. *Ut ſupra.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! & precari clementiam tuam! ut ad celebrandum digne paſchale myſterium, beatorum apoſtolorum precib9 adiuvemur; Et quorum prædicatione hæc credenda ſuſcepimus, eorum patrociniis fideliter exſequamur, per Xpm. *g. El.*

Alia Præfatio, Communicantes, & Hanc igitur &c. Ut ſupra. in GG.

Ad Comm. G.

Impleatur in nobis, quæſumus Dne, ſacramenti paſchalis ſancta libatio, nosque a terrenis affectibus ad cœleſte transferat inſtitutum, per Dnm nrm. *g. El.*

Alia ad Comm. G. & GG.

Spiritum nobis Dne tuæ caritatis infunde. Ut ſupra. *gg.*

Ad Veſp. G. & GG.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, a cunctis malis imminentibus per hæc paſchalia feſta liberemur, per. *gg.*

Ad font.

Deus, qui populum tuum de hoſtis callidi ſervitute liberaſti! preces eius miſericorditer reſpice, & adverſantes ei tua virtute proſterne, per. *gg.*

Ad Scm Andream. G. & GG.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut feſta paſchalia, quæ venerando colimus, etiam vivendo teneamus, per. *gg.*

Alia Miſſa Ambroſiana pro Baptizatis.

Deus, qui populum tuum de hoſtis. *Ut iuxta.*

Alia.

Da, quæſumus omnipotens Deus! ut eccleſia tua & ſuorum firmitate membrorum, & nova ſemper fœcunditate lætetur, per. *gg.*

Secreta.

Clementiam tuam ſuppliciter exoramus omnipotens Deus! ut populum tuum, quem ſacro baptiſmate renovare dignatus es, per hæc paſchalia munera ad æternæ vitæ gaudia pervenire concedas, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! redemptionis noſtræ feſta recolentes, quibus humana ſubſtantia vinculis prævaricationis exuta, ſpem reſurrectionis per renovatam ſumplit originis dignitatem, per Xpm Dnm nrm. *gg.* (1)

Ad Comm.

Solita (2) quæſumus Dne, quos ſalvaſti pietate cuſtodi, ut qui tua paſſione ſunt redempti, tua reſurrectione lætentur, qui vivis & regnas. *g.*

Item alia eiusdem. Or ſup. populum.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut huiꝰ paſchalis feſtivitatis mirabile ſacramentum & temporalem nobis tranquillitatem tribuat, & vitam conferat ſempiternam, per.

Alia.

Perfice Dne benignus in nobis paſchalium munerum votiva commercia, ut a terrenis affectibus ad cœleſte deſiderium transferamur, per.

Secreta.

Plebis tuæ Dne munera placatus admitte, ut quæ myſteriis paſchalibus exhibet, in tuæ remunerationis veritate percipiat, per.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; qui ſemper in nobis paſchale perficiat ſacramentum, ut per initiata remedia continuis educare non deſinat augmentis, unde profuſis gaudiis, & reliq. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Spiritum nobis Dne tuæ caritatis. *Ut ſupra.*

Ad Veſp.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui paſchalis feſtivitatis ſolemnia colimus, in tua ſemper ſanctificatione vivamus, per Dnm nrm. *gg.*

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ſpiritalibus gaudiis nos repleri, ut quod actu gerimus, mente ſectemur, per. *l.*

Fer. III.

Ad Scm PAULUM. G. & GG.

Deus, qui eccleſiam tuam novo ſemper fœtu

(1) In paſcha annotina, *æterne Deus, & redemptionis nræ feſta recolere, quibus &c.*

(2) Solicita &c. quos lavaſti, &c.

Digitized by Google

fœtu multiplicas, concede famulis tuis, ut ſacramentum vivendo teneant, quod fide perceperunt, per. *gg.*

Alia. G.

Deus eccleſiæ tuæ redemptor atque perfector, fac quæſumus, ut apoſtolorum precibus paſchalis ſacramenti dona capiamus, quorum nobis ea tribuiſti magiſterio prædicari, per. *g.*

Secreta. G.

Suſcipe, Dne quæſumus, oblationes familiæ tuæ, ut ſub tuæ protectionis auxilio & collata non perdant, & ad æterna dona perveniamus, per.

Alia. G. & GG.

Suſcipe Dne fid. Ut ſupra. *gg.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm. qui oblatione ſui corporis, remotis ſacrificiis carnalium victimarum, ſeipſum tibi pro ſalute noſtra offerens, idem ſacerdos, & ſacer agnus exhibuit; per quem maieſtatem. *l.* (1)

Alia Præfat. Commun. & Hanc igitur. Ut ſupra.

Ad Comm. G & GG.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut paſchalis perceptio ſacramenti continua in noſtris mentibus perſeveret, per. *gg.*

Ad Veſp. G. GG. & A.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui paſchalis feſtivit. *Ut ſupra. gg.*

Deus, qui conſpicis familiam tuam omni humana virtute deſtitui, paſchali interveniente ſolemnitate tui eam brachii protectione cuſtodi, per. *gg.*

Alia Miſſa Ambroſ. pro Baptizatis.

Deus qui eccleſiam tuam novo. *Ut ſupra.*

Alia.

Deus, qui renatis ex aqua & Spiritu ſco cœleſtis regni pandis introitum! auge ſuper famulos tuos gratiam quam dediſti, ut qui ab omnib9 ſunt purgati peccatis, a nullis priventur promiſſis, per Dnm. In unit. eiusd. Spirit9. *g. gg.*

Secreta.

Suſcipe, Dne quæſumus, oblationes familiæ tuæ. *Ut ſupra*

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; Nos te quidem Dne omni tempore benedicere, ſed in hoc præcipue die, quo Dni nri Ihu Xpi reſurrectio celebratur, omni devotione laudare; hoc itaque die, quo Xpus a mortuis reſurrexit, poteſtas diaboli cecidit, tartarea ſunt interni vincula reſoluta, chirographum eſt antiquæ prævaricationis extinctum, & aculeus mortis obtritus; nos quoque de ſervitutis iugo dominationis Ægyptiæ per ſpiritales aquas educens, triumphator reſurrexit in gloriam. Propterea profuſis gaudiis totus in orbe. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Impleatur in nobis, quæſumus Dne, ſacramenti. *Ut ſupra.*

Item alia eiusdem. Or. ſuper populum.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui populum tuum Unigeniti tui ſanguine redemiſti! ſolve opera diaboli, rumpe vincula peccati, ut qui æternam vitam in confeſſione tui nominis ſunt adepti, nihil debeant mortis auctori, per eundem Dnm nrm.

Alia.

Exaudi nos, miſericors Deus, & redemptionis noſtræ ſubſidia devota nos effice ſemper mente tractare, per.

Secreta.

Sacrificia Dne paſchalibus gaudiis immolamus, quibus eccleſia tua mirabiliter paſcitur & nutritur, per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! tuam magnificentiam deprecantes, ut qui alligans fortem noſtri generis inimicum, vaſa eius diripere non deſiſtis, ad conſortium nos Xpi tui facias venire vincentes, per eundem Xpm.

Ad Comm. G. GG. & A.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut paſchalis perceptio.

Ad Veſp.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui peccatorum. *Ut ſupra.*

Alia.

Deus, qui conſpicis familiam tuam omni humana. *Ut ſupra.*

Feria

(1) Qui ſeipſum tibi pro nobis offerens immolandum, idem ſacerdos &c. *g. El. gg.* parum var.

Feria IIII.

Ad S. LAURENTIUM foris murum. G. & GG.

Deus, qui nos reſurrectionis dominicæ annua ſolemnitate lætificas! concede propitius, ut per temporalia feſta, quæ agimus, pervenire ad gaudia æterna mereamur, per eundem. *gg.*

Alia. G.

Deus, qui ſolemnitate paſchali cœleſtia mundo remedia benignus operaris! annua feſtivitatis huius dona proſequere, ut obſervantia temporalis ad vitam nobis proficiat ſempiternam, per Dnm. *g.*

Secreta. G. GG. & A.

Sacrificia Dne paſchalibus gaudiis.

Præfatio.

VD. per Xpm. Dnm nrm; circumdantes altaria tua Dne virtutum, & in ipſius agni immaculati agnitione gloriantes, qui ſeipſum pro nobis obtulit immolandum; ut corpore eius & ſanguine, quo a peccatis redempti ſumus, ad æternam vitam ſacrificiis utique cœleſtibus nutriamur; per quem maieſtatem. *g.*

Alia Præfatio. Communicantes, & *Hanc igitur.* Ut ſupra.

Ad Comm. G. & GG.

Ab omni nos, quæſumus Dne, vetuſtate purgatos ſacramenti tui veneranda perceptio in novam transferat creaturam, per. *gg.*

Ad Veſp. G. GG. & A.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut huius paſchalis. *Ut ſupra. gg.*

Ad font. G. GG. & A.

Deus, qui nos per paſchalia feſta lætificas, concede propitius, ut ea, quæ devote agimus, te adiuvante fideliter teneamus, per Dnm. *gg.*

Ad Scm ANDREAM.

Tribue, quæſumus omnipotens Deus, ut illuc tendat Xpianæ devotionis affectus, quo tecum eſt noſtra ſubſtantia, per eundem. *l. gg.*

Alia Miſſa Ambroſiana pro Baptizatis.

Tuere familiam tuam, quæſumus Dne, paſchali myſterio gloriantem, ut cuius ſalutarem fidei veneratur originem, iugiter inſtituta cuſtodiat, per.

Alia.

Deus, conditor totius creaturæ, famulos tuos, quos fonte renovaſti baptiſmatis, quosque gratiæ tuæ plenitudine ſolidaſti, in adoptionis ſorte, quæſumus, facias dignanter aſcribi, per. *gg.*

Secreta.

Clementiam tuam Dne ſuppliciter exoramus, ut quod paſchalis muneris ſacramentum fide recolimus, & ſpe deſideramus intenti, per tuam dilectionem capiamus, per. *g.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm; qui ſe pro nobis obtulit immolandum, ut corpore eius & ſanguine, quo a peccatis redempti ſumus, ad æternam vitam ſacrificiis cœleſtibus paſceremur; Propterea profuſis paſchalibus gaudiis totus in orbe.

Ad Comm.

Eccleſia tua Dne cœleſti gratia repleatur, atque ab omnibus vitiis expiata, percipiat ſempiternæ redemptionis augmentum, per Dnm nrm. *g.*

Item alia eiusdem. Or. ſuper populum.

Deus qui nos reſurrectionis dominicæ. *Ut ſupra.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui reſurgens a mortuis paſſione caſſata promptiorem te tuis diſcipulis reddidiſti! concede propitius, ut nos quoque maieſtatis tuæ myſteria celebrantes, præſentiæ divinæ beneficia conſequamur, qui vivis.

Secreta.

Accipe Dne preces nomini tuo dicatas cum oblationibus ſupplicantium, & quod myſteriis paſchalibus fideliter exſequimur, in tuæ remunerationis veritate percipiant, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia refulſit in æternum dies noſtræ reſurrectionis, & gloriæ Dni nri Ihu Xpi, qui idem ſacerdos & hoſtia dignanter extitit, non ſolum

Digitized by Google

solum qui sanctificet populum, sed ipsos quoque dicatos maiestati tuæ commendet; unde profusis. *Ut supra.* *Ad Comm.*

Ab omni nos, quæsumus Dne, vetustate. *Ut supra.* *Ad Vesp.*

Deus, qui nos per paschalia festa lætificas. *Ut supra.* *Alia.*

Tribue, quæsumus omnipotens Deus, ut illuc tendat. *Ut supra.*

Alia.

Da nobis, quæsumus Dne, ut quæ piis operibus celebramus, & intelligere possimus, & assequi, per Dnm.

Feria V. ad Apostolos. G. GG. & A.

Deus, qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti! da, ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium, & pietas actionum, per. *gg.*

Alia. G. GG. & A.

Deus, qui multiplicas ecclesiam tuam in sobole renascentium, fac eam gaudere propitius de suorum profectibus filiorum, per. *g.*

Secreta. G. GG. & A.

Suscipe, quæsumus Dne, munera populorum tuorum propitius, ut confessione tui nominis & baptismate renovati, sempiternam beatitudinem consequantur, per Xpm Dnm nrm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia vetustate destructa renovantur universa deiecta, & vitæ nobis in Xpo reparatur integritas; per quem maiestatem. *g.*

Alia Præfatio.

Communicantes, & *Hanc igitur*, ut supra. *Ad Comm.* G. & GG.

Exaudi Dne preces nostras, ut redemptionis nostræ sacrosancta commercia, & vitæ nobis conferant præsentis auxilium, & gaudia sempiterna concilient, per. *l. gg.*

Ad Vesp. G. GG. & A.

Deus, qui nobis ad celebrandum paschale sacramentum liberiores animos præstitisti! doce nos & metuere, quo irascaris, & amare, quod præcipis, per. *gg.*

Ad font. G. & GG.

Da, quæsumus omnipotens Deus, ut ecclesia tua & suorum firmitate membrorum, & nova semper fœcunditate lætetur, per Dnm. *gg.*

Ad S. ANDREAM. G. & GG.

Multiplica, quæsumus Dne, fidem populi tui, ut cuius per te sumpsit initium, per te consequatur augmentum, per. *gg.*

Alia Missa Ambros. pro Baptizatis.

Deus, qui diversitatem gentium. *Ut supra.*

Alia.

Deus, qui multiplicas sobolem renascentium, fac eos gaudere propitius de suorum venia peccatorum, per *g.*

Secreta.

Suscipe, quæsumus Dne, munera populorum. *Ut supra.*

Præfatio.

VD. Per Dnm nrm, de cuius morte vita surrexit, de passione salus ascendit, de pœna crucis remedium pietatis, gloria de damnatione, medicina de vulnere; unus namque mori voluit, ne nos omnes moreremur: immo unus mori dignatus est, ut omnes nos perpetuo viveremus; propterea profusis gaudiis.

Ad Comm.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui paschalia sacramenta percepimus, æternæ vitæ gaudia percipere mereamur, per.

Item alia eiusdem. Or. super populum.

Deus, qui nobis ad celebrandum. *Ut supra.*

Alia.

Deus, qui ad æternam vitam in Xpi resurrectione reparas! erige nos ad consedentem in dextera tua nostræ salutis auctorem, ut qui propter nos iudicandus advenit, pro nobis iudicaturus mitis adveniat Dnus noster, qui tecum.

Secreta.

Concede, misericors Deus, ut quod paschalibus exsequimur institutis, fructiferum nobis omni tempore sentiamus, per Dominum nostrum. *g.*

Digitized by Google

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm; qui oblationem ſui corporis, remotis ſacrificiis carnalibus victimarum, ſeipſum tibi pro ſalute noſtra offerens, idem ſacerdos & ſacer agnus exhibuit; unde profuſis gaudiis totus in orbe. *g.*

Ad Comm.

Exaudi Dne preces noſtras, ut redempt. *Ut ſup.*

Die V. menſis April.

Depoſit. S. AMBROSII Epi.

Oratio ſuper populum.

Deus, qui propter eccleſiæ tuæ gubernacula diſponenda, ſic eius principes ſublimaſti, ut minimos quosque non deſeras; præſta quæſumus, ut apoſtolicæ fidei doctrinæque veſtigia vel longe ſequamur imitando, quæ licet infirmo comitamur officio, per.

Alia.

Sci Ambroſii nos Dne iugiter proſequatur oratio, ut quod petitio noſtra non impetrat, ipſo pro nobis interveniente præſtetur, per.

Secreta

Hæc in nobis ſacrificia Deus, intercedente beatiſſimo Confeſſore tuo Ambroſio, & actione permaneant, & operatione firmentur, per.

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm; In cuius ſalutifera oportunitatis reſurrectione magnis exultationibus, atque gaudiorum lætitia totius mundi orbis exultat; quo etiam ſacratiſſimo ſinceritatis die almificus antiſtes Ambroſius ætherium migravit ad regnum, quem infantum caterva ſacri baptiſmatis perfuſione dicata, tribunali throno decibiliter conſedentem, ſuis digito parentibus inſignabat; & quia iam ætate vergentes, obtecta piaculis lumina geſtabant, natorum munda corda ferentium, creduli demonſtratione pariter & animo exiſtebant. O quam digna paſtoralis actio declaratur in populis! quæ glorioſius in vita fulgidis prædicationum viſibus rutilabat; Et ideo cum angelis.

Ad Comm.

Hæc nos communio Dne purget a crimine, & intercedente beato ſacerdote & confeſſore tuo Ambroſio cœleſtibus remediis faciat eſſe conſortes. *I. gg.*

Feria VI.

ad Scam MARIAM ad Mart. G. & GG.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui paſchale ſacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contuliſti! da mentibus noſtris, ut quod profeſſione celebramus, imitemur effectu, per Dnm. *gg.*

Alia. G.

Deus, qui ad cœleſte regnum nonniſi renatis ex aqua & Spiritu ſancto pandis introitum! auge ſemper ſuper famulos tuos gratiæ tuæ dona, ut qui ab omnibus ſunt purgati peccatis, a nullis fraudentur promiſſis, per. *g.*

Secreta. G. & GG.

Hoſtias, quæſumus Dne, placatus aſſume, quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cœleſtis auxilii, per Dnm nrm. *gg.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; qui cœleſtis pontifex factus in æternum, ſolus omnium ſacerdotum peccati remiſſione non eguit, ſed potius peccatum mundi idem verus agnus abſterſit; per quem maieſtatem. *g. El.*

Alia Præfatio. *Communicantes.* & *Hanc igitur.* Ut ſupra.

Ad Comm. G. GG.

Reſpice, quæſumus Dne, populum tuum, & quem æternis dignatus es renovare myſteriis, a temporalibus culpis dignanter abſolve, per. *gg.*

Ad Veſp. in Hieruſalem. G. & GG.

Deus, per quem nobis & redemptio venit, & præſtatur adoptio; reſpice in opera miſericordiæ tuæ, ut in Xpo renatis & æterna tribuatur hæreditas, & vera libertas, per eundem. *g g.*

Ad fontes. G. & GG.

Adeſto, quæſumus Dne, familiæ tuæ, & dignanter impende, ut quibus fidei gratiam contuliſti, & coronam largiaris æternam, per Dnm. *g g.*

Alia.

Digitized by Google

Alia. GG.

Familiam tuam, quæſumus Dne, dextera tua perpetuo circumdet auxilio, ut paſchali intereveniente ſ lemnitate, ab omni pravitate defenſa, donis cœleſtibus proſequatur, per. gg.

Alia Miſſa, Ambroſiana pro Baptizatis.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui populum tuum, quondam Iordane transiecto, terram feciſti promiſſionis intrare! præſta quæſumus, ut ſignificationis antiquæ & veritatis patefacta myſteria, per ſacramenta baptiſmatis, adoptionis tuæ filii regno cœleſti mereantur aſcribi, per.

Alia.

Deus, qui credentes in te populos gratiæ tuæ largitate multiplicas! reſpice propitius ad electionem tuam, ut qui ſacramento baptiſmatis ſunt renati, regni cœleſtis mereantur introitum, per Dnm. *g. gg.*

Secreta.

Hoſtias Dne quæſumus placatus aſſume. *Ut ſup.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; qui ſecundum promiſſionis ſuæ incommutabilem veritatem cœleſtis pontifex factus in æternum, ſolus omnium ſacerdotum. *Ut ſupra. g. gg.*

Ad Comm.

Fac, quæſumus omnipotens Deus, ut qui paſchalibus remediis innovati, ſimilitudinem terreni parentis evaſimus, ad formam cœleſtis transferamur auctoris, qui tecum. *g g.*

Item alia eiusdem in Eccleſia maiore.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui paſchale. *Ut ſupra.*

Alia.

Da nobis Dne, quæſumus, paſchalia gaudia, ut quæ lætanter exſequimur, perpetua virtute nos tueantur, & ſalvent, per.

Secreta.

Accipe (1) Dne fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum, ut per hæc piæ devotionis officia ad cœleſtem gloriam tranſeamus, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Poſcentes, ut cuius muneris myſticum pignus accepimus, manifeſta dona comprehendere valeamus; & quæ nobis fideliter ſperanda paſchale contulit ſacramentum, attingere mereamur reſurrectionis dominicæ firmitate, per eundem Xpm. *g g.* (2)

Ad Comm.

Reſpice, quæſumus Dne, populum tuum. *Ut ſup.*

Ad Veſp.

Deus, per quem nobis & redemptio venit. *Ut ſupra.*

Alia.

Adeſto, quæſumus Dne, familiæ tuæ. *Ut ſupra.*

Sabbato ad S. IOHANNEM. G. GG. & A.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui feſta paſchalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur, per. *gg.*

Alia. G.

Deus innocentiæ reſtitutor & amator, dirige ad te tuorum corda famulorum, ut de infidelitatis tenebris liberati, nunquam a tuæ veritatis luce diſcedant, per. *g.*

Secreta. G. & GG.

Concede, quæſumus Dne, ſemper nos per hæc myſteria paſchalia gratulari, ut continua noſtræ reparationis operatio perpetuæ nobis fiat cauſa lætitiæ, per. *g. gg.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! Et te ſuppliciter obſecrare, per Ihm Xpm Dnm nrm; ut cuius muneris pignus accepimus, manifeſta dona comprehendere valeamus; & quæ nobis fideliter ſperanda paſchali contulit ſacramento, reſurrectionis eius attingere mereamur exemplo; per quem maieſtatem. *g. El.*

Alia Prætatio, *Communicantes*, &
Hanc igitur. Ut ſupra.

Ad Comm. G. GG. & A.

Redemptionis noſtræ munere vegetati, quæſumus Dne, ut (per) hoc perpetuæ ſalutis auxilium fides ſemper vera perficiat, per Dnm. *l. gg.*

Ad Veſp. ad S. MARIAM. G. GG. & A.

Deus totius conditor creaturæ, famulos tuos, quos fonte renovaſti baptiſmatis. *Ut ſupra. gg.* Deus

(1) Suſcipe &c. (2) Per quem ſupplices expoſcimꝰ &c.

Deus, qui multiplicas ecclesiam tuam. *Ut supra gg.* G. GG. & A.

Alia Missa Ambrosii pro Baptizatis.

Deus, humani generis reparator & rector! fac ecclesiam tuam in nova plebe semper augeri, & devotione cunctorum crescere filiorum, per. *g.*

Alia.

Largire, quæsumus, ecclesiæ tuæ Deus, & a suis semper, & ab alienis abstinere delictis, ut pura tibi mente serviens, pietatis tuæ remedia sine cessatione percipiat, per. *g.*

Secreta.

Familiam tuam Dne, quam per paschalia festa lætificas, his quoque sacrificiis a cunctis defende periculis, per.

Præfatio.

VD. æquum & salutare; Nos te omnipotens Dne suppliciter exorare, ut fidelibus tuis dignanter impendas, quo & paschalia capiant sacramenta, & desideranter expectent ventura; ut in mysteriis, quibus renati sunt, permanentes, ad novam vitam his operantibus perducantur; Et ideo cum angelis. *g.*

Ad Compl.

Exaudi nos, omnipotens Deus, & familiæ tuæ corda, cui perfectam baptismatis gratiam contulisti, ad promerendam beatitudinem aptes æternam, per Dnm. *g.*

Item alia eiusdem in Ecclesia maiore.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui festa. *Ut supra.*

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, quem docente Spiritu sco paterno nomine invocare præsumimo, effice in nobis filiorum corda fidelium, ut hæreditatem promissam mereamur ingredi per debitam servitutem, per Dnm nrm. In unitate eiusd. Spir.

Secreta.

Accipe, Dne, fidelium preces cum oblationibus supplicantium, ut paschalibus initiatæ mysteriis, ad æternitatis nobis proficiant hæc dona suffragium, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! & nunc maxime gratulari, quando dies salutis nostræ, & tuæ erga nos pietatis mysterium solemniter celebratur, quo de tenebris captivitatis antiquæ filii lucis & libertatis efficimur, & terrenis exuti, ad cœlestia regna transimus; propterea profusis. *Ut supra.*

Ad Comm.

Redemptionis nostræ munere vegetati. *Ut supra.*

Alia.

Præsta quæsumus, omnipotens Deus, ut nova proles ecclesiæ sempiterna retributione percipiat, quod magnis est mysteriis assecuta, per Dnm.

Ad Vesper. G. GG. & A.

Deus, qui multiplicas ecclesiam tuam. *Ut supra.*

Die Dominica post Albas. G. GG. & A.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui paschalia festa peregimus, hæc te largiente moribus & vita teneamus, per. *gg.* *Alia.* G.

Deus, qui renatis baptismate mortem adimis, & vitam tribuis sempiternam! concede, quæsumus, ut quorum nunc regenerationis sacræ diem celebramus octavum, ita corpora eorum animasque custodias, ut gratiam se catholicæ fidei percepisse, pietatis tuæ defensione cognoscant, per Dnm nrm. *g.*

Secreta. G. GG.

Suscipe munera, quæsumus Dne, exultantis ecclesiæ, & cui causam tanti gaudii præstitisti, perpetuum fructum concede lætitiæ, per Dnm nrm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! suppliciter obsecrantes, ne nos ad illum finas redire actum, cui iure dominetur inimicus, sed in hac potius facias absolutione persistere, per quam diabolus factus est filio tuo vincente captivus, per eundem Xpm. *El. gg.*

Hanc igitur. *Ut supra.*

Postcomm. G.

Exuberet, quæsumus Dne, in mentibus nostris paschalis gratia sacramenti, & donis suis ipsa nos dignos efficiat, per. *g.*

Alia ad Comm. GG.

Quæsumus, Dne Deus noster, ut sacrosancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, & præsens nobis remedium esse facias & futurum, per. gg.

Ad

Digitized by Google

Ad Veſp. G.

Maieſtatem tuam, Dne, ſupplices exoramus, ut quos viam feciſti perpetuæ ſalutis intrare, nullis permittas errorum laqueis implicari, per Dnm nrm. *g.*

Ad Scm COSMAM & DAMIANUM. G. & GG.

Deus, qui nos exultantibus animis paſcha tuum celebrare tribuiſti! fac nos, quæſumus, & temporalibus gaudere ſubſidiis, & æternitatis effectibus gratulari, per Dnm nrm. *g. gg.*

Alia. GG.

Largire, quæſumus Dne, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem, ut pariter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſerviant, per Dnm. nrm. *gg.*

Alia Miſſa Ambr. Albis depoſitis. Orat. ſuper populum.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui paſchalia. *Ut ſupra.*

Alia

Deus innocentiæ reſtitutor & amator. *Ut ſupra.*

Secreta.

Reſpice Dne munera exultantis eccleſiæ, & ſaluti credentium perpetua ſanctificatione ſumenda concede, per. gg. (1)

Præfatio.

VD. æterne Deus! ſuppliciter exorantes, ne nos ad illum ſinas redire actum. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Exuberet, quæſumus Dne, mentibus noſtris. *Ut ſupra.*

Aliæ Orationes Paſchales.

Deus, qui omnes in Xpo renatos genus regium & ſacerdotale feciſti; da nobis & velle & poſſe quæ præcipis, ut populo ad æternitatem vocato una ſit fides cordium & pietas actionum, per eundem. *g. El. gg.* *Alia.*

Deus, qui pro ſalute mundi ſacrificium paſchale feciſti! propitiare ſupplicationibus noſtris, ut interpellans pro nobis pontifex ſummus, nos per id, quod noſtri eſt ſimilis, reconciliet, per id, quod tibi eſt æqualis, abſolvat, qui tecum. *g. El. gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui humanam naturam ſupra primæ originis reparas dignitatem! reſpice pietatis tuæ ineffabile ſacramentum, & quos regenerationis myſterio innovare dignatus es, in his dona tua perpetua gratiæ protectione conſerva, per Dnm. *g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, deduc nos ad ſocietatem cœleſtium gaudiorum, ut Spiritu ſco renatos regnum tuum facias introire, atque eo perveniat humilitas gregis, quo præceſſit celſitudo paſtoris, qui tecum. *g. gg.*

Alia.

Præſta nobis, omnipotens & miſericors Deus, ut in reſurrectione Dni nri Ihu Xpi percipiamus veraciter portionem, per eundem Dnm nrm. *g. gg.*

Alia.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut veterem cum ſuis actibus hominem deponentes, illius converſatione vivamus, ad cuius nos ſubſtantiam paſchalibus remediis tranſtuliſti, per eundem. *gg.*

Alia.

Repelle Dne conſcriptum peccati lege chirographum, quod in nobis paſchali myſterio per reſurrectionem tui filii vacuaſti, per eundem. *g. gg.*

Alia.

Deus, qui ad æternam vitam in Xpi reſurrectione nos reparas! imple pietatis tuæ ineffabile ſacramentum, ut cum in maieſtate ſua ſalvator noſter advenerit, quos feciſti baptiſmo regenerari, facias beata immortalitate veſtiri, per eundem. *g. gg.*

Alia.

Deus humani generis conditor & redemptor! da quæſumus, ut reparationis

(1) Supplicantis eccl. &c. Dom. IV. poſt Pent. &c.

noſtræ collata ſubſidia te iugiter inſpirante ſectemur, per. *g g.*

Alia.

Gaudeat Dne plebs fidelis! & cum propriæ recolit ſalvationis exordia, eius promoveatur augmentis, per. *gg.*

Alia.

Deus, qui renatis ex aqua & Spiritu ſco cœleſtis regni pandis introitum! auge ſuper famulos tuos gratiam quam dediſti, ut qui ab omnibus ſunt purgati peccatis, a nullis priventur promiſſis, per Dnm. In unitate eiusdem Spiritus ſci. *g. gg.* *Alia.*

Paſchalibus nobis, quæſumus Dne, remediis dignanter impende, ut terrena deſideria reſpuentes, diſcamus inhiare cœleſtia, per Dnm nrm. *g.*

Alia.

Quæſumus omnipotens Deus, ut iam non teneamur obnoxii ſententia damnationis humanæ, cuius nos vinculis hæc redemptio paſchalis abſolvit, per Dnm. *g.*

Alia.

Concede miſericors Deus, ut quod paſchalibus exſequimur inſtitutis, fructiferum nobis omni tempore ſentiamus, per. *g.*

Alia.

Adeſto, quæſumus Dne, familiæ tuæ, & dignanter impende, ut quibus fidei gratiam contuliſti, & coronam largiaris æternam, per Dnm nrm. *g.*

Alia.

Da miſericors Deus, ut in reſurrectione Dni nri Ihu' Xpi inveniamus & nos veraciter portionem, per eundem. *g. gg.*

Alia.

Exaudi nos omnipotens Deus, & familiæ tuæ corda, cui perfectam baptiſmi gratiam contuliſti, ad promerendam beatitudinem aptes æternam, per Dnm. *g. El.* *Alia.*

Conſerva nobis Dne miſericordiam tuam, & quos ab erroris liberaſti caligine, veritatis tuæ firmius inhærere facias documento, per. *g. El.*

Alia.

Solita, quæſumus Dne, quos ſalvaſti, pietate cu[ſto]dire, ut qui tua paſſione ſunt redempti, tua re[ſur]rectione lætentur, qui cum Deo Patre & Spiritu [ſco] *g. El.* *Alia.*

Omnipotens ſempiterne Deus, propenſius his diebus tuam miſericordiam conſequamur, quibus eam plenius te largiente cognovimus, per Dnm nrm. *g.*

Al Comm. Diebus Feſtis.

Præſta quæſumus Dne Deus noſter, ut quæ ſolemni celebramus officio, purificatæ mentis intelligentia conſequamur, per *g g.*

Alia. GG.

Cœleſti lumine, quæſumus Dne, ſemper & ubique nos præveni, ut myſterium, cuius nos participes eſſe voluiſti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus effectu, per. *g g.*

Alia. G.

Præſta nobis, omnipotens Deus, ut percipientes paſchali munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus, per. *g.*

Alia.

Deus, qui per unigenitum tuum devicta morte æternitatis nobis aditum reſeraſti, erige ad te tuorum corda credentium, ut omnes regenerati apprehendant meritis, quod ſuſcepere myſteriis, per eundem. *g.* *Alia*

Xpianam, quæſumus Dne, reſpice plebem, & quam æternis dignatus es renovare myſteriis, a temporalibus culpis dignanter abſolve, per Dnm. *g.*

Alia.

Deus, qui ſenſus noſtros terrenis actionibus perſpicis retardari! concede quæſumus, ut tuo potius munere tuis aptemur remediis, per Dnm *g.*

Alia.

Largire, quæſumus, eccleſiæ tuæ Deus, & a ſuis ſemper & ab alienis abſtinere delictis, ut pura tibi mente deſerviens, pietatis tuæ remedia ſine ceſſatione percipiat, per. *g.*

Orationes de Paſcha Annotino. G.

Deus, apud cuius providentiam nec præteritorum momenta deficiunt, nec ulla ſupereſt expectatio futurorum! tribue permanentem, peractæ, quam colimus, ſolemnitatis effectum, ut quod recordatione percurrimus, ſemper in opere teneamus, per. *g.*

Alia. G.

Deus, qui renatis fonte baptiſmatis delictorum veniam tribuiſti! præſta miſeri-

cors

ors, ut recolentibus huius nativitatis ignia, plenam adoptionis gratiam largiaris, per. *g.* *Secreta.* G.

Clementiam tuam Dne ſuppliciter exoramus, ut paſchalis muneris ſacramentum, quod fide recolimus, & ſpe deſideramus intenta, perpetua dilectione capiamus, per. *g.* *Præfatio.* G.

VD. æterne Deus! Et redemptionis noſtræ feſta recolere, quibus humana ſubſtantia, vinculis prævaricationis exuta, ſpem reſurrectionis per renovatam originis dignitatem percepit, per Xpm Dnm. *g.*

Infra Act. G.

Hanc igitur oblationem famulorum famularumque tuarum, quam tibi offerunt, annua recolentes myſteria, quibus eos tuis adoptaſti regalibus inſtitutis, quæſumus Dne, placatus intende; pro quibus ſupplices preces effundimus, ut in eis & collata cuſtodias, & promiſſæ beatitudinis præmia largiaris. Diesque noſtros. *g.*

Ad Comm. G.

Tua nos, quæſumus Dne, quæ ſumpſimus, ſancta purificent, & operationis ſuæ remedio perficiant eſſe placatos, per. *g.*

[*Orat. & Preces in Paræchiis.* G. (1)

Deus qui humani generis es reparator & rector! da quæſumus, eccleſiam tuam & nova prole ſemper augeri, & devotione ſuorum creſcere filiorum, per. *g.*

Alia. G.

Renovatos, Dne, fontis ac ſpiritus tui potentia in hæreditarium populum clementer adnumera, ut qui a multitudine purgati ſunt criminum, inviſibilium etiam mereantur copiam præmiorum; per. *g.*

Secreta. G.

Offerimus tibi Dne laudes & munera, & pro conceſſis beneficiis exhibentes gratias, & pro concedendis ſuppliciter deprecantes, per. *g.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! & te ſuppliciter exorare, ut fidelibus tuis dignanter impendas, quo & paſchalia capiant ſacramenta, & deſideranter expectent ventura; ut in myſteriis, quibus renati ſunt, permanentes, ad novam vitam his operibus perducantur, per Xpm Dnm. *g.*

Ad Comm. G.

Adiuvet nos, quæſumus Dne, ſcm iſtud paſchale myſterium, & ut devotis hoc mentibus exſequamur, obtineat, per. *g.*

Alia. G.

Populus tuus, quæſumus Dne, renovata ſemper exultet animæ iuventute, ut qui antea peccatorum veternoſo in mortem venerat ſenio, nunc lætetur in priſtinæ ſe novitatis gloriam reſtitutum, per.] *g.*

Dom. I. poſt Octavas Paſchæ. G.

Deus, qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexiſti, fidelibus tuis perpetuam concede lætitiam, ut quos perpetuæ mortis eripuiſti caſibus, gaudiis facias perfrui ſempiternis, per eundem. *g. El. gg.* (2) *Alia.*

---

(1) Hic loci in antiquiſſimo *Alemannico* cod. *Rhenaug.* ponitur Annuntiatio S. Mariæ; in antiquiori *San-Gallenſi* vero poſt *orat. & preces in parochiis*, quæ in *Rhenaugienſi* deſunt. Feſtum illud iuxta ſacramentarium triplicis ritus, quod hic edimus, ſupra p. 31. retulimus, notare autem negleximus orationes tres poſteriores, *Beatæ & gloriosæ Virginis &c.* quæ p. 32. habentur, occurruntque in vulgato *Gelaſiano*, ac in collectario ſeu codice orationum antiquiſſimo *San-Gallenſi ad matut. ſive ad veſper.* & quidem poſt orationes paſchales, quales hic leguntur, paucis exceptis, quæ tamen ex vulgatis *Gelaſiano* & *Gregoriano* Muratorii ſuppleri poſſunt.

(2) Dom. I. poſt oct. Paſch.

Alia. G.

Deus, in cuius præcipuis mirabilibus eſt humana reparatio, ſolve opera diaboli, & mortifera peccati vincula diſrumpe, ut deſtructa malignitate, quæ nocuit, vincat miſericordia, quæ redemit, per. *g.*

Secreta. G.

Benedictionem Dne nobis conferat ſalutarem ſacra ſemper oblatio, ut quod agit myſterio, virtute perficiat, per. *g. gg. l. c.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! quem maieſtatem tuam precari ſine ceſſatione debemus, ut ignorantiam noſtræ mortalitatis attendens, ex tua inſpiratione nos facias poſtulare, quod rectum eſt, & tua clementia tribuas impetrare, quod poſcimus per Xpm Dnm.

Ad Comm. G.

Præſta nobis, omnipotens Deus, ut vivificationis tuæ gratiam conſequentes, in tuo ſemper munere gloriemur, per. *g. gg. ib.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Miſericors Dne, fidelium tuorum conſolator & doctor! auge in eccleſia tua deſideria, quæ dediſti, & de intelligenda altitudine promiſſionum, ſperantium in te corda confirma, ut omnes adoptionis filii lumen, quod nondum oſtendis, fidei oculis incunctanter intueantur, & patienter expectent, per. *Secreta.*

Deus, qui nos per huius ſacrificii veneranda commercia unius ſummæ divinitatis participes effeciſti! præſta quæſumus, ut ſicut tuam cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur, per. *gg.* (1) *Præfatio.*

VD. æterne Deus! qui omnia mundi elementa feciſti, & varias diſpoſuiſti temporum vices, atque homini ad tuam imaginem condito, univerſa ſimul animantia rerumque miracula ſubieciſti; cui licet origo terrena ſit, tamen generatione baptiſmatis cœleſtis ei vita confertur; nam devicto mortis auctore, immortalitatis eſt gratiam conſecutus, & prævaricationis errore caſſato, viam repperit veritatis, per Xpm Dnm.

Ad Comm.

Præſta nobis omnipotens & miſericors Deus, ut vivificationis tuæ gratiam conſequentes, in tuo ſemper munere gloriamur, per. *gg.*

XII. Kl. Apr.
Nat. S. BENEDICTI Abb.

Aures tuas, quæſumus Dne, precibus noſtris inclina, ut qui peccatorum noſtrorum flagellis percutimur, intercedente confeſſore tuo Benedicto tua gratia liberemur, per. *gg.* (2)

Alia.

Deus qui nos beati Benedicti confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas! concede propitius, ut cuius natalicia colimus, per eius apud te exempla gradiamur, per. *gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſo in beati Benedicti Abbatis exemplo humilitatis triumphale nobis oſtendiſti iter! da quæſumus, ut viam tibi placitæ obedientiæ, per quam ille venerabilis Pater illæſus antecedebat, nos præclaris eius meritis adiuti, ſine errore ſubſequamur, per.

Secreta.

Paternis interceſſionibus magnifici paſtoris Benedicti quæſumus familiæ tuæ omnipotens Deus commendetur oblatio, cuius vitalibo decoratur exemplis, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et gloriam tuam profuſis precibus exorare, ut ſci Benedicti patrocinio nos adiuvante, debita nomini tuo ſervitute placeamus, per Xpm. *Ad Comm.*

Perceptis Dne Deus noſter ſacramentis ſalutaribus humiliter deprecamur, ut intercedente beato Benedicto abbate, quæ pro illius venerando egimus obitu, nobis proficiant ad medelam, per Dnm nrm. (3)

III.

(1) Dom. III. poſt oct. Paſch.

(2) Ultima pro peccatis.

(3) Ad calcem eiusdem ſacramentarii *San-Gall.* ſequens legitur miſſa *XII. Kal. April. depoſitio S. Benedicti abb.* Omnipotens ſempiterne Deus, qui hodierna die carnis eductum ergaſtulo beatiſſimum confeſſorem tuum Benedictum ſublevaſti ad cœlum, concede quæſumus, hæc feſta tuis famulis celebrantibus cunctorum veniam delictorum, ut qui exultantibus animis eius claritate congaudent, ipſo apud te interveniente conſocientur & meritis. Per. *Secreta.*

Oblatis, Dne, ob honorem beati confeſſoris tui Bene-

[*III. Id. April.*

Nat. Sci LEONIS Papæ. G.

Emudi Dne preces noſtras, quas in ſci confeſſoris tui atque pontificis Leonis ſolemnitate deferimus, & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolve peccatis, per. *gg.*

Alia. G.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut beatꝰ Leo tibi placita fulgens ſorte pontificatus, pietati tuæ nos pia ſupplicatione commendet, per Dnm.

Secreta. G.

Sci Leonis confeſſoris tui atque pontificis, quæſumus Dne, annua ſolemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos, atque per hæc piæ oblationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona concilientur, per. *gg.*

Ad Comm.

Deus fidelium remunerator animarum, præſta, ut beati Leonis confeſſoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus feſtivitatem, precibus indulgentiam conſequamur, per Dnm. *gg.*]

Id. April.

Natale ſanctæ EUFEMIÆ. Gel.

Concede quæſumus omnipotens Deus, ſcæ martyris Eufemiæ & exultare meritis, & beneficia referre ſuffragiis, per Dnm. *g.*

Aliæ.

Annue, quæſumus Dne, ut ſanctæ martyris Eufemiæ tibi placitis deprecationibus adiuvemur, per Dnm. *g.*

Secreta.

Muneribus Dne, te magnificamus oblatis, quibus in ſanctæ nobis ſolemnitate Eufemiæ & gaudia ſuperna concilies, & patrocinia ſempiterna largiaris, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et in exultatione ſolemnitatis præcipuæ hodiernæ, qua beatæ Eufemiæ martyris tuæ paſſionem conſummatam recolimus venerando, & ad gloriam nominis tui nitimur debitis magnificare præconiis, per Xpm. *gg.*

Ad Compl.

Sanctæ nos martyris Eufemiæ precatio tibi Dne grata comitetur, & tuam nobis indulgentiam poſcere non deſiſtat, per Dnm. *g.*

XVIII. Kl. Mai.

Natale Scorum TYBURTII, VALERIANI, & MAXIMI. Gelaſ.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui ſcorum tuorum Tyburtii, Valeriani, & Maximi ſolemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Suſcipe, Dne, munera pro tuorum com-

dicti placare muneribus, & ipſius interventu tuis famulis, cunctorum tribue indulgentiam peccatorum. Per.

Ad Comm.

Perceptis tui corporis & ſanguinis Dne ſacramentis, concede nobis ſupplicante beato Benedicto confeſſore tuo ita muniri, ut & temporalibus abundemus commodis, & fulciamur aternis. Per.

Alia.

Deus qui nos in beati confeſſoris tui, Benedicti vitæ laudabilis ſpeculum nobis converſationis, ac normam rectitudinis oſtendiſti; concede propitius, ut & præclaris exemplis eius ad iuſtitiam informemur, & ſanctiſſimis meritis, ac precibus ad cœleſtis regni gaudia perducamur. Per. *Alia.*

Deus qui beatum &c. *Ut infra V. Id. Iul.*

commemoratione Sanctorum, ut quod illos paſſio glorioſos, nos devotio reddat innocuos, per Dnm. *l.*

Secreta alia.

Hoſtia hæc, quæſumus Dne, quam Sanctorum tuorum natalicia recenſentes offerimus, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet, per Dnm. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Te in ſanctorum Martyrum tuorum feſtivitate laudantes; tu enim ſemper es in tuorum mirabilis commemoratione Sanctorum, qui & magnæ fidei largiris affectum, & tolerantiam tribuis paſſionum, & exquiſita diaboli facis machinamenta ſuperari, ut egregii martyres tui ad capiendam ſupernorum beatitudinem præmiorum, nec vanis huius ſæculi blandimentis, nec ullis retardentur anguſtiis; Et ideo cum angelis. *gg.*

Ad Compl.

Cœleſti munere ſaginati, quæſumus Dne Deus noſter, ut hæc nobis dona martyrum tuorum ſupplicatio beata prodeſſe perficiat, per Dnm. *El. gg.*

Alia ad Comm.

Sacro munere ſatiati, ſupplices te Dne deprecamur, ut quod debitæ ſervitutis celebramꝰ officio, ſalvationis tuæ ſentiamus augmentum, per Dnm. gg.

Dom. II.

Poſt Octavam Paſchæ. Gel. (1)

Deus, qui errantibus, ut in viam poſſint redire iuſtitiæ, veritatis tuæ lumen oſtendis! da cunctis, qui Xpiana profeſſione cenſentur, & illa reſpuere, quæ huic inimica ſunt nomini, & ea quæ ſunt apta ſectari, per eundem. *l. g. gg.*

Alia.

Tibi placitam, Deus noſter, populo tuo tribue voluntatem, quia tunc illi proſpera cuncta præſtabis, cum tuis aptum feceris inſtitutis, per Dnm. *l. g.*

Secreta.

His nobis, Dne, myſteriis conferatur, quo terrena deſideria vitantes, diſcamus habere cœleſtia, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; qui humanos miſeratus errores per virginem naſci dignatꝰ eſt, & per paſſionem mortis a perpetua nos morte liberavit, ac reſurrectione ſua æternam nobis vitam donavit; per quem maieſtatem. *g. El.*

Ad Compl.

Sacramenta quæ ſumpſimus, quæſumus Dne, & ſpiritalibus nos expient alimentis, & corporalibus tueantur auxiliis, per Dnm. *g. gg.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui miſericordiæ ianuam fidelibus patere voluiſti, reſpice in nos, & miſerere noſtri, ut qui voluntatis tuæ viam donante te ſequimur, a vitæ nunquam tramite deviemus, per Dnm. *g.*

Se-

(1) Sic demta prima oratione *Deus qui errantibus* & Præfatione inſcribitur miſſa hæc in Mſc. bibliothecæ *Vallicellanæ PP.* Oratorii *Romæ*, ut V. THOMASIUS annotavit in præfat. ad Codd. ſacram. *alia miſſa ſancti Gelaſii:* habeturque in eodem codice pro dominicis diebus poſt Paſcha & Pentecoſten duplex fere miſſa, quarum altera inſcribitur *Item alia miſſa.* quemadmodum in noſtro hoc, quem edimus, codice per integram Quadrageſimam *Item alia miſſa Gregoriana* notatur, ut paſſim alias, exceptis illis ipſis Dominicis poſt Paſcha & Pentecoſten, in quibus duæ habentur in cod. *Vallicellano.* Cumque in noſtro cod. plerumque illis in dominicis *miſſa Gelaſ.* notetur, conferenti hæc cum codice *Vallicellano* patebit, quænam ex duabus *Gelaſiana* ſit aut *Gregoriana.* Id quod mihi facere iam non licet, poſtquam ea quæ olim *Romæ* ex ipſo illo codice *Vallicellano* ad rem confeceram adverſaria, flamma vorax abſumſit.

Digitized by Google

Secreta.

Benedictionem tuam, Dne, nobis conferat ſalutarem ſacra ſemper oblatio, ut quod agit myſterio, virtute perficiat, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; qui humanos miſeratus. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Sacramenta quæ ſumpſimus. *Ut ſupra.*

Item alia cuius ſupra.

Deus, per cuius providentiam nec præteritorum momenta deficiunt, nec ulla ſupereſt expectatio futurorum, tribue permanentem peractæ, quam recolimus, ſolemnitatis effectum, ut quod recordatione percurrimus, ſemper in opere teneamus, per Dnm. *g.*

Alia.

Populus tuus, quæſumus Dne, renovata ſemper exultet animæ iuventute, ut qui antea in peccatorum veternoſæ mortis venerat ſenio, nunc lætetur in priſtinam ſe gloriam reſtitutum, per Dnm.

Secreta.

Munera tibi, Dne, oblata ſanctifica, ut tui nobis Unigeniti corpus & ſanguis fiant, qui tecum.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Per mediatorem Dei & hominum Ihm Xpm Dnm nrm; qui mediante die feſto aſcendit in templum docere: qui de cœlo deſcendit, mundum ab ignorantiæ tenebris liberare; cuius deſcenſus genus humanum doctrina ſalutari inſtruxit, mors a perpetua morte redemit, aſcenſio ad cœleſtia regna perduxit; per quem te ſumme Pater poſcimus, ut eius inſtitutione edocti, ſalutaris parſimoniæ devotione purificati, ad tua perveniamus promiſſa ſecuri, per eundem Xpm.

Ad Comm.

Adjuvet nos, quæſumus Dne, ſcm iſtud paſchale myſterium, & ut devotis mentibus exſequamur obtineat, per Dnm. *g.*

VIIII. Kl. Maii.
Natl. Sci GEORGII Mart.

Tuus ſanctus martyr Georgius, quæſumus Dne, nos ubique lætificet, ut dum eius merita in præſenti feſtivitate recolimus, patrocinia in augmento virtutum ſentiamus, per Dnm.

Alia.

Deus, qui nos beati Georgii martyris tui meritis & interceſſione lætificas! concede propitius, ut qui eius beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur, per Dnm. gg.

Secreta.

Tanto placabiles in conſpectu maieſtatis tuæ, quæſumus Dne, noſtræ ſint hoſtiæ, quanto ſci martyris Georgii, pro cuius ſolemnitate exhibentur, tibi grata ſunt merita, per. *l.*

Alia Secreta.

Munera, Dne, oblata ſanctifica, & intercedente beato Georgio martyre tuo nos per hæc a peccatorum (noſtrorum) *maculis emunda, per Dnm.* g g.

Præfatio.

VD. æterne Deus! & te in omnium martyrum triumphis laudare! quoniam tuis donis atque muneribus, cunctis victoriæ palma provenit, de quorum numeroſitate beati martyris Georgii paſſionem hodierna ſolemnitate veneramur; qui pro confeſſione Ihu Xpi filii tui diverſa ſupplicia ſuſtinuit, & ea devincens coronam perpetuitatis promerunt, per eundem Xpm Dnm.

Ad Comm.

Beati Georgii martyris tui, Dne, ſuffragiis exorat9, percepta ſacramenti tui nos virtute defende, per Dnm. *El.*

Alia ad Comm.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſervire, per Dnm. gg.

Alia Miſſa Ambroſiana de ſco Georgio.

Fac nos, quæſumus Dne, beati martyris tui Georgii ſolemnitatem multipliciter celebrare, ut de tanto agonis certamine diſcat populus Xpianus & firmam ſolidare patientiam, & pie exultare de eius victoria, per Dnm.

Alia.

Sanctus martyr tuus Georgius, quæſumus Dne, nos ubique lætificet, ut dum eius merita in præſenti feſtivitate recolimus, patrocinia in augmento virtutum ſentiamus, per Dnm.

Secreta.

Quæſumus omnipotens Deus, ut tanto placabiles ſint noſtræ hoſtiæ, quanto ſci martyris Georgii, pro cuius ſolemnitate exhibentur, tibi grata ſunt merita, per Dnm.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; qui ita humano generi myſticæ ſalutis remedia contulit moriendo, ut & totius doli artificem ſua paſſione deſtrueret, & ſuis fidelibus exemplum ſuo pro nomine tribueret moriendi; unde & non ſurdus auditor fideliſſimus miles ac teſtis Xpi Georgius, dum pene tribus exactis menſibus Xpianitatis profeſſio ſilentio tegeretur profano, ſolus inter Xpicolas intrepidus, Dei filium eſt confeſſus; cui & tantam fidei conſtantiam gratia divina conceſſit, ut & tyrannicæ poteſtatis præcepta contemneret, & innumerabilium non formidaret tormenta pœnarum; o felix & inclytus Dni præliator! quem non ſolum temporalis regni blanda non perſuaſit promiſſio, ſed & perſecutore deluſo, ſimulacrorum eius in abyſſum portenta deiecit; ob hoc & gentium regina Perſarum crudeli a viro dictata ſententia, nondum baptiſmi gratiam conſecuta, glorioſæ paſſionis meruit palmam; unde nec dubitare poſſumus, quod roſea perfuſa ſanguinis unda reſeratas poli ianuas, præcedens beatiſſimum Xpi martyrem Georgium, ingredi meruit, regnumque poſſidere cœlorum; hæc tua eſt, Dne, bonæ voluntatis operatio, qui ſalvas omnes, nec pateris ullum perire, & magna cum pietate mirabiliter cuncta diſponis; & ideo cum angelis.

Ad Compl.

Beati Georgii martyris tui, Dne, ſuffragiis. *Ut ſupra.*

VII. Kl. Mai.

Letania Maior ad S. LAURENTIUM.

Mentem familiæ tuæ, quæſumus Dne, intercedente beato Laurentio martyre tuo, & munere compunctionis aperi, & largitate pietatis exaudi, per Dnm. *gg.*

Ad S. VALENTINUM.

Deus, qui culpas delinquentium diſtricte feriendo percutis, fletus quoque lugentium non recuſes, ut qui pondus tuæ animadverſionis cognovimus, etiam pietatis gratiam ſentiamus, per Dnm. *gg.*

Ad Pontem Molbi. (1)

Deus, qui culpas noſtras piis verberibus percutis, ut nos a noſtris iniquitatibus emundes! da nobis & de verbere tuo proficere, & de tua citius conſolatione gaudere, per Dnm. *gg.*

Ad Crucem.

Parce, Dne, quæſumus, parce populo tuo, & nullis iam patiaris adverſitatibus fatigari, quos precioſo filii tui ſanguine redemiſti, qui tecum. *gg.*

In Atrio.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & ſperantes in tua miſericordia, intercedente beato Petro apoſtolo tuo cœleſti protege benignus auxilio, per Dnm. *l. gg.*

Alia Oratio in Atrio.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut ad te toto corde clamantes intercedente beato Petro apoſtolo tuæ pietatis indulgentiam conſequamur, per Dnm. gg.

Ad Miſſam.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus, contra adverſa omnia tua ſemper protectione muniamur, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Hæc munera, Dne quæſumus, & vincula

(1) *Greg. Olbi;* veluti etiam legitur in antiquiſſimis *Sax-Gall.* codd. quorum uni (ex quo deſcriptum eſt alterum hoc *Sax-Gallenſe* ſacramentarium compoſitum ex triplici ritu) alia antiqua manus addidit litteram m.

cula noſtræ pravitatis abſolvant, & tuæ nobis miſericordiæ dona concilient, per Dnm. *gg.*

Præfatio. GG. (1)

VD. æterne Deus! Et te ſanctificatorem ieiunii collaudare, per quod nos liberas a noſtrorum debitis peccatorum. Ergo ſuſcipe ieiunantium preces, atque ut nos a malis omnibus propitiatus eripias, iniquitates noſtras, quibus merito affligimur, placatus abſolve, per Xpm Dnm nrm.

Ad Comm.

Vota noſtra, quæſumus Dne, pio favore proſequere, ut dum dona tua in tribulatione percipimus, de conſolatione noſtra in tuo amore creſcamus, per Dnm. *gg.*

Alia.

Prætende nobis Dne miſericordiam tuam, ut quæ votis expetimus; converſatione tibi placita conſequamur, per. *l. gg*

Feria III. Præfatio. GG. (2)

VD. æterne Deus! Et maieſtatem tuam ſuppliciter exorare, ut non noſtræ malitiæ, ſed indulgentiæ tuæ proveniat ſemper effectus, qui nos a noxiis voluptatibus indeſinenter expediat, & a mundanis cladibus dignanter eripiat, per Dnm nrm. *El. p.* 93.

Feria IIII. Præfatio. GG.

VD. æterne Deus! ut quia tui eſt operis, ſi quid tibi placitum aut cogitemus aut agamus, tu nobis ſemper & intelligendi quæ recta ſunt, & exſequendi tribuas facultatem, per Xpm Dnm nrm. *El. pag.* 94.

IIII. Kal. May.

Natal. Sci VITALIS. (3)

Sancti nos quæſumus Dne Vitalis natalicia votiva lætificent, & ſui beneficii interceſſione attollant, per Dnm.

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut intercedente beato Vitale martyre tuo & a cunctis adverſitatibus muniamur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente, per Dnm. gg.

Secreta.

Accepta ſit in conſpectu tuo, Dne, noſtra devotio, & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolemnitate defertur, per Dnm. *l. gg.*

Ad Compl.

Exultet, quæſumus Dne, populus tuus in Sci tui commemoratione Vitalis, ut cuius votivo lætatur officio, ſuffragio relevetur optato, per Dnm. *l. El. g.*

Alia ad Compl.

Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Dne Deus noſter, ut cuius exſequimur cultum, ſentiamus effectum, per Dnm. l. gg. *Dom.*

(1) Et te auctorem & ſanctificatorem &c.

(2) Hæc Præfatio infra iterum recurrit die ſecundo, id eſt Feria II. Rogationum, ad quas videntur hæ Præfationes eſſe revocandæ. Vid diſquiſ. X. c. 7.

(3) Ex *San-Blaſ.*

In natale S. MARCI evang. Deus, qui nobis per miniſterium beati Marci evangeliſtæ & martyris tui veritatem evangelii patefieri voluiſti, concede quæſumus, ut quod ab illius ore didicimus, gratia tua adiuti operari valeamus. Per.

Secreta.

Hanc Dne qs oblationem pro commemoratione beati Marci oblatam contuere, & præſta, ut & nomini tuo ad gloriam, & nobis proficiat ad medelam. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus. Et te nos ingiter collaudare benedicere, & prædicare: qui per beatum Marcum evangeliſtam atque pontificem meruimus cognoſcere filii tui Incarnationis & divinitatis mirabile myſterium. Petimus ergo miſericordiam tuam, ut eo annuente fides noſtra operum executione ornetur, & perſeverantiæ fine claudatur, per eundem filium tuum Ihm Xpm Dnm nrm. Per quem.

Ad Comm.

Paſti cibo ſpiritualis alimoniæ qs Dne Deus noſter, ut quod myſterio frequentamus, intercedente beato Marco evangeliſta atque pontifice, plena veritate conſequamur. Per.

Dom. III. poſt Octav. Paſchæ.

Deus, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id deſiderare quod promittis, ut inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda, ubi vera ſunt gaudia, per Dnm. *g.*

Alia. GG.

Exaudi, Dne, preces noſtras, ut quod tui Verbi ſanctione promiſſum eſt, evangelico ubique compleatur effectu, & plenitudo adoptionis obtineat, quod prædixit teſtificatio veritatis, per Dum. *l. g.*

Secreta.

Deus, qui nos per huius ſacrificii veneranda commercia unius ſummæ divinitatis participes effeciſti, præſta quæſumus, ut ſicut tuam cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et tui muneris miſericordiam poſtulare, ut tempora, quibus poſt reſurrectionem ſuam Dnus noſter Ih9 Xp9 cum diſcipulis corporaliter converſatus eſt, ſic ipſo opitulante pia devotione tranſigamus, quatenus in his omnium vitiorum ſordibus careamus, per eundem Xpm Dnm nrm. *g. El.*

Ad Comm. GG.

Adeſto nobis, Dne Deus noſter, ut per hæc, quæ fideliter ſumpſimus, & purgemur a vitiis, & a periculis omnibus exuamur, per Dnm. *g. gg.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Actiones noſtras, quæſumus Dne, & aſpirando prævені, & adiuvando proſequere, ut cuncta noſtra operatio & a te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur, per Dnm. *gg.*

Secreta.

His nobis Dne, myſteriis conferatur, quo terrena deſideria mitigantes, diſcamus habere cœleſtia, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Poſtulantes, ut tempora, quibus poſt reſurrectionem ſuam Dn9 noſter Ihus Xpus cum diſcipulis ſuis corporaliter habitavit, pia devotione tractemus; quem una tecum. *g. gg.*

Ad Comm.

Adeſto nobis, Dne Deus noſter, ut per hæc, quæ fideliter. *Ut ſupra.*

Kalend. Maii. Natal. Apoſtolorum
PHILIPPI & IACOBI.

Deus, qui nos annua apoſtolorum tuorum Philippi & Iacobi ſolemnitate lætificas, præſta quæſumus, ut quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis, per Dnm. *gg.*

Alia. (1)

Deus, qui es omnium Sanctorum tuorum ſplendor mirabilis, quique hunc diem beatorum apoſtolorum Philippi & Iacobi martyrio conſecraſti! da eccleſiæ tuæ de natalicia tantæ feſtivitatis lætari, ut apud miſericordiam tuam eorum & meritis adiuvemur & precibus, per Dnm. *g.*

Secreta.

Munera, Dne, quæ pro apoſtolorum tuorum Philippi & Iacobi ſolemnitate deferimus, propitius ſuſcipe, & mala omnia quæ meremur, averte, per Dnm. *gg.*

Præfatio. (2)

VD. æterne Deus! quia tui eſt operis tuæque virtutis, ut beatorum apoſtolorum Philippi & Iacobi glorioſa confeſſio uſque in finem ſæculi nobis tribuat regni cœleſtis augmentum, per Xpm. *g.*

Ad

(1) Similem fere habet gg. de S. Andr. pag. 133.

(2) *l.* De SS. Petro & Paulo poſt *confeſſio* var.

Ad Comm.

Beatorum apoſtolorum Philippi & Iacobi honore continuo Dne plebs tua ſemper exultet, & his præſulibus gubernetur, quorum & doctrinis gaudet & meritis, per Dnm. *g. El.*

Alia ad Com.

Quæſumus Dne ſalutaribus repleti myſteriis, ut quorum ſolemnia celebramus, eorum orationibus adiuvemur, per Dnm. gg. (1)

Alia Miſſa Ambroſ.

Deus qui conſpicis, quia nos undique mala noſtra conturbant, præſta quæſumus, ut beatorum aplorum tuorum Philippi & Iacobi interceſſio gloriosa nos protegat, per Dnm. *g g.*

Alia.

Interceſſionibus nos, Dne quæſumus, ſcorum Philippi & Iacobi ubique confoveas, ut eorum ſacra natalicia & temporaliter frequentemus, & conſpiciamus æterna, per Dnm.

Secreta.

Sacrificium noſtrum, tibi Dne, quæſumus beatorum aplorum Philippi & Iacobi precatio ſancta conciliet, ut in quorum honore ſolemniter exhibetur, meritis efficiatur acceptum, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus? quia tui eſt operis, tuæque virtutis. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Beatorum aplorum Philippi & Iacobi. *Ut ſupra.*

V. Non. Maii.
Natl. Sci IUVENALIS.

Beati nobis, quæſumus Dne, Iuvenalis & confeſſio ſemper proſit & meritum, per Dnm. *g.* *Alia.*

Annue, quæſumus Dne, ut merita tibi placita ſci confeſſoris tui & epi Iuvenalis pro gregibus, quos ſincèro tibi miniſterio gubernavit, pietatem tuam ſemper exorent, per Dnm. *g.*

Secreta.

Hoſtias noſtras, quæſumus Dne, ſcȝ Iuvenalis pontifex nomini tuo reddat acceptas, qui eas tibi digne complacuit oferendas, per Dnm. *g.*

Ad Compl.

Læti, Dne, ſumpſimus ſacramenta cœleſtia, quæ nobis intercedente beato Iuvenale confeſſore tuo atque pontifice uberius confidimus profutura, per Dnm. *g.*

Eodem die Natl. S. ALEXANDRI EVENTII & THEODULI.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui Sanctorum tuorum Alexandri, Eventii, & Theoduli natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur, per Dnm. *gg. El.*

Secreta. (2)

Sacrificium laudis, tibi Dne, offerimus in

(1) Infra poſt feſta dominicamque ultimam poſt Pentecoſten legitur ad Kal. Maii. *Nat. S. Waltpurgæ virginis.* Deus, qui inter innumera gratiæ tuæ dona etiam in ſexu femineo tua operaris miracula, concede propitius, ut beatæ Waldpurgæ virginis tuæ apud miſericordiam tuam patrocinia ſentiamus, cuius non ſolum exſultatis illuſtramur exemplis, verum etiam miraculorum gloria iocundamur. Per Dnm.

Secreta.

Sacrificium oblatum, quæſumus Dne, interceſſio beatæ virginis tuæ Waldpurgæ tuæ maieſtati reddat acceptum, pro cuius veneranda commemoratione tibi devoto defertur obſequio. Per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et te laudabilem Deum in Sanctorum tuorum actibus collaudare, benedicere & prædicare, de quorum collegio beatiſſimam Waldpurgam virginem tuam pronis mentibus veneramur, quæ tibi grata ſemper extitit & fidei puritate, & corporis integritate, & meritorum prærogativis. Cuius quanta ſit in conſpectu maieſtatis tuæ in ſuperna patria clarificatio, oſtendit concurſus populorum ad eius ſanctum tumulum, medela languentium, mirandorum ſigna virtutum.

Ad Comm.

Benedictionis tuæ Dne gratiam, intercedente beata N. virgine tua, conſequamur, ut cuius venerando gloriam prædicamus, eius in omnibus noſtris neceſſitatibus auxilium ſentiamns. Per. (2) *l.* In venerabilium comm. &c.

Digitized by Google

in tuorum commemoratione Sanctorum, da quæſumus, ut quod illis contulit gloriam, nobis profit ad ſalutem, per Dnm. *l.*

Alia Secreta.

Super has hoſtias, quæſumus Dne, benedictio copioſa deſcendat, quæ & ſanctificationem nobis clementer operetur, & de martyrum nos ſolemnitate lætificet, per Dnm. l. g g. El.

Ad Comm.

Paſce nos, Dne, tuorum gaudiis ubique Sanctorum, quia noſtræ ſalutis augmenta ſunt, quotiens illis honor impenditur, in quibus tu mirabilis prædicaris, per Dnm. *El.*

Alia ad Comm.

Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Dne Deus noſter, ut cuius exſequimur cultum, ſentiamus effectum, per Dnm. l. g g.

Item eodem die Inventio Scæ Crucis.

Deus, qui in præclara ſalutiferæ crucis inventione paſſionis tuæ miracula ſuſcitaſti, concede, ut vitalis ligni pretio æternæ vitæ ſuffragia conſequamur, qui cum Deo Patre & Spiritu ſco vivis. *g. El. gg.*

Secreta.

Sacrificium Dne, quod immolamus, placatus intende, ut ab omni nos exuat bellorum nequitia, & per vexillum ſcæ crucis filii tui ad conterendas poteſtates adverſariorum vel inſidias, nos in tuæ protectionis ſecuritate conſtituat, per Dnm. *g. El.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; qui per paſſionem crucis mundum redemit, & antiquæ arboris amariſſimum guſtum crucis medicamine indulcavit, mortemque, quæ per lignum vetitum venerat, per ligni ſalutaris tropheum devicit, ut mirabili ſuæ pietatis diſpenſatione, qui per ligni guſtum a florigera ſede diſceſſeramus, per crucis lignum ad paradyſi gaudia redeamus, per quem maieſtatem *vel* Et ideo. *El. gg.*

Ad Comm.

Repleti alimonia cœleſti, & ſpiritali poculo recreati, quæſumus omnipotens Deus, ut ab hoſtium furore defendas, quos per lignum ſcæ Crucis filii tui, etiam contra ſpiritales nequitias armare non ceſſas, per eundem. *g. El.*

Alia poſt Comm.

Deus, cui cunctæ obediunt creaturæ, & omnia in Verbi tui feciſti ſapientia, ſupplices quæſumus ineffabilem clementiam tuam, ut quos per lignum ſanctæ Crucis filii tui pio cruore es dignatus redimere, per eum, qui eſt lignum vitæ, paradyſique reparator, ab eis diri ſerpentis venena excludas, & per gratiam Spiritus ſci poculum ſalutis ſemper infundas, per eundem. *g. El.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui in præclara ſalutiferæ. *Ut ſupra.*

Alia.

Adeſto familiæ tuæ, clementiſſime Deus, ut in adverſis & proſperis preces eius exaudias, & nefarias adverſariorum inſidias per vexillum ſcæ Crucis digneris conterere, ut perennis gaudii ſalutem poſſit te protegente mereri, per Dnm.

Secreta.

Sacrificium, Dne, quod immolamus. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. Per X. D. N; cuius hodie dudum a ſudæis abditum, glorioſum inventum eſt vexillum; qui protoplaſti facinus, quod per ligni vetiti guſtum in genus humanum derivatum eſt, per idem lignum ſimulque noſtra affigens delicta delere dignatus eſt; cuius typum virga tenuit, in ſeparando æquoris undas, & viam populo per Moyſen præparando ſecuram; per cuius quoque umbram aſpera mors populis ligno deducta cucurrit, in quo pendens redemptor factus eſt maledictum, ut a ma-

Digitized by Google

a maledicto nos eriperet legis, cuius ligni myſterio ſalvari credimus omnes, per eundem Xpm.

Ad Comm.

Repleti alimonia cœleſti. *Ut ſupra.*

Dom. IIII. poſt Octavam Paſchæ.

Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire ſupplicibus tuis, ut cogitemus te inſpirante quæ recta ſunt, & te gubernante eadem faciamus, per Dnm. *g.* gg.

Alia.

Deus, qui miſericordiæ ianuam fidelibus patere voluiſti, reſpice in nos & miſerere noſtri, ut qui voluntatis tuæ viam donante te ſequimur, a vitæ nunquam ſemitis deviemus, per Dnm. *g.*

Secreta.

Suſcipe, Dne, fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum, ut per hæc piæ devotionis officia ad cœleſtem gloriam tranſeamus, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et clementiam tuam humiliter implorare, ut tu mentes noſtras bonis operibus ſemper informes; quia ſic erimus præclari muneris prompta ſecuritate (vel *ſinceritate*) cultores, ſi ad meliora iugiter tranſeuntes paſchale myſterium ſtudeamus habere perpetuum, per X. D. N. *El.*

Ad Comm.

Tribue nobis, Dne, cœleſtis menſæ virtute ſatiatis, & deſiderare quæ recta ſunt, & deſiderata percipere, per Dnm. *l. g. gg.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui hoc nobis confers gratia, ut iuſti ex impiis, & beati efficiamur ex miſeris; adeſto operibus tuis, adeſto muneribus, ut quibus ineſt fidei iuſtificatio, non deſit perſeverantiæ fortitudo, per Dnm.

Alia.

Auxiliare, Dne, temporibus noſtris, & tua nos ubique dextera protegente, & religionis integritas, & Xpiani (in *l.* leg. *Romani*) nominis ſecuritas reparata conſiliis, per Dnm. *l.*

Secreta.

Concede nobis hæc, quæſumus Dne, frequentare myſteria, quia quotiens huius hoſtiæ commemoratio celebratur, opus noſtræ redemptionis exercetur, per Dnm. *g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et maieſtatem tuam indefeſſis precibus exorare, ut mentes noſtras bonis operibus. *Et reliqua ut ſupra.*

Ad Comm.

Tribue nobis, Dne quæſumus, cæleſtis menſæ. *Ut ſupra.*

II. Non. Maii. Nat. S. IOH. Apli ante Portam Latinam.

Deus, qui conſpicis, quia nos undique mala noſtra conturbant! præſta quæſumus, ut beati Iohannis Apli tui interceſſio glorioſa nos protegat, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Sacrificium noſtrum, tibi Dne quæſumus, beati Iohannis Apli precatio ſancta conciliet, ut cuius honore ſolemniter exhibetur, meritis efficiatur acceptum, per Dnm. *gg.*

Alia Secreta.

Muneribus noſtris, quæſumus Dne, precibusque ſuſceptis, & cæleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi, per. l.gg.

Ad Comm.

Sumpſimus, Dne, divina myſteria beati Iohannis apli feſtivitate lætantes! quæ ſicut tuis Sanctis ad gloriam, ita nobis quæſumus ad veniam prodeſſe perficias, per Dnm. *l. gg.*

Alia.

Refecti, Dne, pane cæleſti, ad vitam quæſumus nutriamur æternam, per Dnm. gg.

VIII. Id. Maii.

Natl. S. VICTORIS Martyris.

Deus, qui beatum Victorem martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti, ex eius. nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius adverſa formidare, per Dnm. *gg.*

Alia.

Deus, cuius virtute beatiſſimus Victor carcerum ſqualores horrificos, & dira tyranni ſuperavit tormenta! præſta quæſumus, eiusdem intervenientibus meritis univerſas nos inimici inſidias ſuperare, per Dnm.

Alia.

Fortitudo fidelium Deus, & martyrum coronator, cuius gratia beatus Victor in diverſis cruciatibus ſui nominis extitit auctor! concede propitius, ipſius orationum ſuffragiis omnium malignarum temptationum nos eſſe victores, per.

Alia.

Deus, qui laticum inſtar gelidorum, plumbi ardorem mutaſti, ne glorioſi martyris tui Victoris corpus exureretur! tribue quæſumus, ut ipſo pro nobis interveniente, a præſentibus liberemur periculis & futuris, per Dnm.

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ut intercedente beato Victore martyre tuo, & a cunctis adverſitatibus muniamur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente, per. *gg.*

Secreta.

Sancto Victore interveniente, Dne, tibi ſervitus noſtra complaceat, & obſequia munerum fiant præſidia devotorum, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! cuius providentiæ fultus præſidio beatus Victor celeberrimus martyr terreni ſub clamide imperii Xpi tui miles agebat abſconditus, non paſſionis timore perterritus, ſed divino arbitrio ſubdens propriam voluntatem; latuit enim mundanis excubiis digniſſimus cœleſtis patriæ miles, ut perpetui regni coruſcans angelicis obſequiis conſors exiſteret; digne etiam regi regum meruit famulari Xpo; quem a primæva ætate ita animi tota intentione dilexit, ut eius pro nomine crudeliſſimi Imperatoris præcepta contemneret, & ipſius ante tribunal extenſus, proprias præberet impiorum manibus ſcapulas flagellandas; deinde flammivoma plumbi unda perfuſus, ita cœlitus divino nutu angelica eſt viſitatione defenſus, ut & frigidior aqua ſubito ex tonte levata ſævus ardor exiſteret, & verberum innumerabiles plagæ ſalutifero curarentur unguento; ad ultimum vero capitali iubetur feriri ſententia, ut victoriæ palmam adeptus, & auctor ſui eſſet nominis, & exemplum magiſtri; hæc tua eſt, Dne, virtus & gloria, per X. D. N.

Ad Complendum.

Percepta myſteria, quæſumus Dne, & eruditione nos inſtruant, & participatione reſtaurent, ut ad ſpiritalia mereamur munera pervenire, per Dnm.

VI. Id. Maii.

Natl. S. GORDIANI.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos Sci martyris tui Gordiani feſtivitate lætificas! præſta, ut cuius commemoratione gaudemus, præſidio muniamur, per Dnm. *g.* (1)

Secreta.

Grata tibi ſint, Dne, munera noſtra, quæ & tuis ſunt inſtituta præceptis, & beati Gordiani feſtivitas glorioſa commendat, per Dnm. *l.* (2) *g. de S. Magno M.* *Ad Com.*

Quæſumus omnipotens Deus, ut qui cœleſtia alimenta percepimus, intercedente beato Gordiano martyre tuo, per hæc contra omnia adverſa muniamur, per Dnm. *gg.*

Item alia de Natl. GORDIANI & EPIMACHI.

Da, quæſumus omnipotens Deus, ut qui beatorum martyrum Gordiani atque Epimachi ſolemnia colimus, eorum apud te interceſſionibus adiuvemur, per. gg.

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, beatorum martyrum Gordiani atque Epimachi dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per Dnm. l. gg.

Ad

(1) De S. Tiburtio.

(2) Et Scorum tuorum feſtiv. &c.

Digitized by Google

Ad Comm.

Quæsumus omnipotens Deus, ut qui cœlestia. *Ut supra.*

IIII. Id. Maii. Nat. S. NEREI, ACHILLEI, & PANCRATII.

Semper nos, Dne, martyrum tuorum Nerei, Achillei, & Pancratii foveat, quæsumus, beata solemnitas, & tuo dignos reddat obsequio, per Dnm. *g.*

Secreta.

Sanctorum tuorum, Dne, Nerei, Achillei, & Pancratii tibi grata confessio, & munera nostra commendet, & tuam nobis indulgentiam semper imploret, per Dnm. *l. g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quoniam a te constantiam fides, a te virtutem sumit infirmitas, & quicquid in persecutionibus sævum est, quicquid in morte terribile, nominis tui facis confessione superari; unde benedicimus te, Dne, in operibus tuis, teque in Sanctorum tuorum Nerei, Achillei & Pancratii provectione laudamus, per X. D. N. *gg.*

Ad Comm.

Quæsumus Dne, ut beatorum martyrum tuorum Nerei & Achillei vel Pancratii deprecationibus sacramenta sancta, quæ sumpsimus, ad tuæ nobis proficiant placationis augmentum, per Dnm. *g.*

Item alia De Sco Pancratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui beati Pancratii martyris tui natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur, per Dnm. gg.

Secreta.

Munera, quæsumus Dne, tibi dicata sanctifica, & intercedente beato Pancratio martyre tuo, per eadem nos placatus intende, per Dnm. gg.

Ad Comm.

Beati Pancratii martyris tui, Dne, intercessione placatus, præsta quæsumus, ut quæ temporali celebramus actione, perpetua salvatione capiamus, per Dnm. gg.

VI. Id. Maii.
Translatio S. NAZARII.

Præveniant nos, Dne quæsumus, beatissimi martyris tui Nazarii desiderata commercia, ut cuius perpetuam dignitatem sacro ministerio frequentamus in terris, & præsentia nobis subsidia postulent & æterna, per Dnm. *a.*

Alia.

Fac nos, quæsumus Dne, sci martyris tui Nazarii semper festa sectarii, cuius suffragiis protectionis tuæ dona sentimus, per Dnm. *a. l.* & *g.*

Secreta.

Fiat, Dne quæsumus, hostia sacranda placabilis pretiosi celebritate tui martyris Nazarii, quæ & peccata nostra purificet, & tuorum tibi vota conciliet famulorum, per Dnm. *a. l. g.*

Præfatio.

VD. æquum & salutare; Nos tibi reddere grates vis trina Deus fator optime rerum; qui cuncta propriis animata figuris artifici sermone facis, quique facta conservas, qui dudum multo latitantem pulvere dragmam invenis accensa verbi virtute lucerna, ut pateant cunctis tua munera Sctis; reddens ecclesiæ secundum certaminis palmam, angelicos ut cernant humana lumina vultus, micent & splendida tumuli membra loco; iam iamque repertus olim absconditus agro rutilat thesaurus, evangelicis præsignatus figuris. En superexultat intemerata ecclesiæ fides, dum sacrum mercatum margaritæ lucrum capessat, in qua martyr sancte tuus inclytus martyr geminam insignem Nazarius portat coronam, qui meruit Dni pro laude fidelis sanguine martyrium clarificare suum. O nimium dilecta Dei membra, Xpi servata promisso! O testis flagrantissime nitore cœli fulgide! cuius inæstimabilis odor Sabeicis præpollet aro-

 matibus,

matibus, quem pius Ambrosius, sacrum locans ecclesiæ munus, perennem reperiens patronum, dedit & medicum, propugnatorem fidei, sacri prælii bellatorem; propterea cum angelis &c.

Ad Comm.

Quæsumus omnipotens Deus, ut beati martyris tui Nazarii cœlestibus mysteriis celebrata solemnitas indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat, per Dnm. *g. a.*

[*III. Id. Maii.*

Dedicatio Ecclesiæ B. MARIÆ ad Mart.

Concede, quæsumus omnipotens Deus, ad eorum nos gaudia æterna pertingere, de quorum nos virtute tribuis annua solemnitate gaudere, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Super has hostias, quæsumus Dne, benedictio copiosa descendat, quæ & sanctificationem nobis clementer operetur, & de martyrum nos solemnitate lætificet, per Dnm. *l. g. gg.*

Ad Comm.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas, per Dnm. *gg.*]

II. Id. Maii.

Translatio S. VICTORIS. Et Natl. Scorum FELICIS & FORTUNATI.

Adesto, Dne, fidelibus tuis, nec ullis eos mentis & corporis sinas subiacere periculis, quos beatorum martyrum tuorum Victoris, Felicis, & Fortunati munit gloriosa confessio, per Dnm. *l. a.* (1)

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, fortitudo certantium, & palma martyrum, solemnitatem hodiernæ diei propitius intuere, & ecclesiam tuam continua fac celebritate lætari, & intercessionibus beatorum martyrum tuorum Victoris, Felicis, & Fortunati prosequatur oratio, per quam nos expiari concedas, & defendi, per Dnm. *a.*

Secreta.

Hostias, Dne, quas nomini tuo sacrandas offerimus, sanctorum martyrum tuorum Victoris, Felicis, & Fortunati prosequatur oratio, per quam nos expiari concedas & defendi per Dnm. *l.* (2)

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui es glorioſus in sanctis & digno laudandus præconio! tua nos gratia ex mundi accersitos illecebris, tyrannidis diræ contemnere minas, sævisque fecit agonizare principibus; qua præventi beatissimi martyres Felix & Fortunatus, alvus quos protulit una, ætherio afflati suffragio, profana idolorum sprevere præstigia; nam agnita Xpi Ihu filii tui mira credulitate potentia, scelestorum vitantes contagia, reliquerunt propria loca, potissimum censentes, in nemoribus inter feras, æterno famulari regi, quam in sacrilegis continuatum cœtibus vanissimo degere cultu; Denique obtutibus crudelissimi acciti præsidis, pia confessione Xpi nominis indagata, atrocibus pœnarum iubentur exagitari suppliciis; quos celeberrimi martyres cruciatus, superno fulti superarunt supplicio (suffragio) cruento postremum cervicibus mucrone præcisis, polorum regna scandentes, Xpi locari gremio meruerunt; quibus etiam ad iocundissimum hodiernæ festivitatis augetur triumphum sacratissimi Victoris martyris translatio corporis, quæ totius plebis celebratur lætitia, per Xpm Dnm nrm. *a.*

Ad Comm.

Recreatis sacri muneris gustu, quæsumo Dne, non indigne sumentibus nobis vertatur ad pœnam, sed intercedentibus sanctis tuis Victore, Felice, & Fortunato, fideliter libantibus prosit ad veniam, per Dnm. *a.*

Incipiunt Orationes, quæ dicendæ sunt in letaniis, vel in Vigil. cottidian. Dierum. Die Primo. (3)

Deus, qui ad ineffabilis observantiam sacramenti famulorum tuorum præparas voluntates! donis tuis corda nostra purifica, ut quod sancta est devotione tractandum, finceris mentibus exsequamur, per Dnm. *g.*

Alia.

Inclina, Dne, precibus nostris aures pias, ut qui auxilium tuæ miserationis implorant, sanctificatio-

(1) De SS. PETRO & PAULO Ap.
(2) De iisdem gg. de S. PETRO 29. Iunii. *a.*
(3) In *San-Gallensi* deest hoc triduum. Confer *Eig.* T. III. opp. S. GREG. M. p. 91.

Digitized by Google

cationis gratiam referant, & quæ pie precantur obtineant, quodque fideliter poſtulant, efficaciter conſequi mereantur, per.

Alia.

Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter, & æternitatis tuæ nobis dona concede, ut qui te totis ſenſibus confitemur, nulla fraude diaboli capiamur, per Dnm.

Alia.

Dne Deus omnipotens, in cuius iudicio miſericordia ſemper obtinet principatum, tribue indulgentiam reis, ut maieſtatis tuæ parcente iam dextera, non iudicium, ſed indulgentiam ſentiamus, per Dnm.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, cui poteſtas eſt ſine fine miſerandi, preces humilitatis noſtræ placatus intende, ut quod delictorum noſtrorum catena conſtringit, a tua nobis miſericordia relaxetur, per Dnm.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ad correctionem plebis tuæ indulgentiæ magis quam iuſtitiæ uteris poteſtate, confitentium tibi parce peccatis, ut quos ſalubri emendas verbere, clementi foveas lenitate, per Dnm.

Alia.

Propitiare, Dne, iniquitatibus noſtris, & exorabilis tuis eſto ſupplicibus, non extendatur ſuper nos ira iuſtitiæ, nec differatur medicinæ miſericordia, ut conceſſa peccatorum venia, quam precamur, perpetuo maieſtatis tuæ munere gloriemur, per Dnm.

Alia.

Deus, qui confitentium tibi corda purificas, & accuſantem ſe conſcientiam ab omni vinculo iniquitatis abſolvis! da indulgentiam reis, & medicinam tribue vulneratis, ut excluſa dominatione peccati, liberis tibi mentibus ſerviamus, per Dnm.

Alia.

Reſpice propitius, quæſumus Dne, afflictionem populi tui! & ne ad perdendum nos peccata noſtra prævaleant, tua nos potius ad ſalvandum miſericordia copioſa præveniat, per.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, cuius bonitatis immenſitas nullo fine concluditur, præſta, ut qui de noſtris meritis diffidimus, de tua tibi indulgentia placeamus, per Dnm.

Alia.

Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter, & ne dies noſtros ante finiri iubeas, quam peccata dimittas! & quia in inferno ſuperflua pœnitentia eſt, & nullum ſpacium corrigendi, hic te ſupplices oramus & petimus, ut ubi das ſpacium ſupplicandi, iubeas & peccata dimitti, qui vivis.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, da populo tuo digne ac ſapienter ad confeſſionem tuæ laudis accedere, ut ſi qua ſunt in nobis ſauciata per culpas, ſentiamus reparari poſſe per gratiam, per.

Item ad Miſſam. Or. ſuper populum.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus, contra adverſa omnia tua ſemper protectione muniamur, per Dnm. *El. gg.*

Alia.

Dne Deus, qui ad hoc iraſceris, ut ſubvenias, ad hoc minaris, ut parcas! lapſis manum porrige, & laborantibus multiplici miſeratione ſuccurre, ut qui per te redempti ſunt, ad ſpem vitæ æternæ tua moderatione ſerventur, qui vivis & regnas. *g.*

Secreta. (1)

Ieiunantium, Dne quæſumus, ſupplicum vota propitius intuere, & munera præſentia ſanctificans, perceptionem eorum occulta cordis noſtri remedia tua effice pietate, ut opera carnalia & fluxa non teneant, quos inſtitutor ieiunii Xp9 reparavit redemptor, qui tecum vivit.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; Nos te obſervatione ieiunii quærere, qui es panis verus & vivus de cœlo deſcendens. Te itaque humiliantes ieiunio corpora, menteque famulantes devota, per huius ſacrificii immolationem rogamus, ut humiliationem ieiunii huius, quam pro noſtris reatibus in hac triduana obſervatione perſolvimus, intuearis placatus, & a delictis ieiunantes abſolvens, quos incontinentia ciborum in pravitatis transgreſſio-

(1) Hæc Secreta & Præfatio ſequens ponitur in *Rhenaugienſi* (ubi paginæ exſciſſæ ſunt) tertio die ad miſſam, aliæ vero orationes variant.

ſionem immerſit, eosdem continentia revocet ad ſalutem, quem laudant angeli.

Ad Comm.

Vitia cordis humani, hæc, Dne quæſumus, medicina compeſcat, quæ mortalitatis noſtræ venit curare languores, per Dnm. *g.*

Item Orationes in die ſecundo.

Dne Deus, qui timore ſentiris, qui te diligentium ore caneris, confeſſione placaris! miſericordiam tuam nobis tuis oſtende ſupplicibus, ut qui de meritorum qualitate diffidimus, de tua ſemper potentia gloriemur, per Dnm.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, cuius indignatio tarda eſt, & cita propitiatio, cuius continua eſt pietas, & miſericordia ſempiterna, impende te ſupplicationibus noſtris, & ad preces famulorum tuorum aures pias inclina, ut tuo beneficio roborati, ea quæ præcipis, implere poſſimus, per Dnm.

Alia.

Deus, cui nihil eſt impoſſibile, nihilque difficile; concede propitius, ut ad omnipotentiæ tuæ beneficia dignæ converſationis provocemur obſequio, per Dnm.

Alia.

Conſerva in nobis, quæſumus Dne, maieſtatis tuæ conſuetudinem miſerendi, ut ſicut humanitatem noſtram ſine merito redemiſti, ita redemptionis tuæ operam per noſtram caſſari non patiaris offenſam, qui vivis.

Alia.

Deus, qui ſola nos miſeratione reſervas; tribue quæſumus, ut eam iugiter conſequentes, auſteritatem poſſimus evitare iudicii, quod nemo niſi per tuam gratiam ſecurus ingreditur, per.

Alia.

Exaudi, Dne, tuorum ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut quos conſcientiæ reatus accuſat, indulgentia tuæ miſerationis abſolvat, per Dnm. *g.*

In Baſilica Aplorum.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & ſperantes in tua miſericordia intercedentibus omnibus apoſtolis tuis, cœleſti protege benignus auxilio, per Dnm. *El. l. var. p.* 358.

Alia.

Deus, qui diligentibus te facis cuncta prodeſſe, da cordibus noſtris inviolabilis caritatis affectum, ut deſideria de tua inſpiratione concepta, nulla poſſint temptatione mutari, per. *g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus; qui nos caſtigando ſanas, & ignoſcendo conſervas, præſta quæſumus ſupplicibus tuis, ut ſanitatis optatæ conſolatione fruamur, & ad correptionis effectum tuam mereamur conſequi medicinam, per Dnm. *g. abhinc var. p.* 718.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui facturam tuam pio gubernas affectu! inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris, & famulos tuos, nimia tribulatione laborantes, placito intuere obtutu, per Dnm.

Alia.

Dne Deus omnipotens, qui pulſantibus miſericordiæ ianuam pandis! reſpice propitius ſuper famulos tuos, remiſſionem peccatorum poſcentes, ut qui lacrimarum gemitibus ſuppliciter obſecramus, ſerena tranquillitate portum ſalutis arripere valeamus, per Dnm.

Alia.

Propitiare, Dne, famulis tuis, & clementer gratiæ tuæ ſuper eos dona multiplica, ut ſpei, fideique & caritatis amore ferventes, ſemper in mandatis tuis vigili cuſtodia perſeverent, per Dnm.

Alia. (1)

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui iram tuæ indignationis cognovimus, miſericordiæ tuæ indulgentiam conſequamur. Per.

Item alia.

Parce, Domine, parce populo tuo, ut dignis flagellationibus caſtigatus in tua miſeratione reſpiret.

Item Miſſa.

In ieiunio hoc afflicti corpore, & corde contriti frequentamus ad te preces, clementiſſime Deus, ut cum abſtinentia corporali, abſtinentia nobis vitiorum donetur, ut reſtricto corpore ab epulis, tu, qui es refectio vera, in noſtris cordibus oriaris. Per.

Secreta.

Oblatis, quæſumus Domine, placare mune-

(1) Sequentes duas orationes cum Miſſa ſupplemus ex *Rhenaugienſi*, in quo immediate ſequitur *Orat. in tertio die* Miſerere iam &c. *ut poſtea.*

Digitized by Google

muneribus, & a cunctis nos defende periculis. Per.

Præfatio.

VD. In hoc ieiunio noſtro ſuppliciter exorare, quæ Unigenitus tuus ita ſanctificavit, ut & regnum tuum nobis per ieiunium panderet, & peccatis noſtris veniam condonaret. Per.

Poſtcomm.

Prætende nobis, Domine, miſericordiam tuam, ut quæ votis expetimus, converſatione tibi placita conſequamur. Per.

Ad populum.

Præſta populo tuo, Domine quæſumus, conſolationis auxilium, & a diuturnis calamitatibus laborantem propitius reſpirare concede. Per.

Item ad Miſſam. Or. ſuper populum.

Deus, qui culpas delinquentium diſtricte feriendo percutis, fletus quoque lugentium non recuſes, ut qui pondus tuæ animadverſionis cognovimus, etiam pietatis gratiam conſequamur, per Dnm. *gg.*

Alia.

Parce, Dne, parce populo tuo, & nullis iam patiaris adverſitatibus fatigari, quos pretioſo filii tui ſanguine ſanguine redemiſti, qui tecum. *gg.*

Secreta.

Hæc munera, quæſumus Dne, & vincula noſtræ pravitatis abſolvant, & tuæ nobis miſericordiæ dona concilient, per Dnm *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et maieſtatem tuam ſuppliciter exorare, ut non noſtræ malitiæ, ſed indulgentiæ tuæ præveniat nos ſemper affectus, qui & a noxiis voluptatibus indeſinenter expediat, & a mundanis cladibus dignanter eripiat, per Dnm. *gg.*

Ad Comm.

Vota noſtra, quæſumus Dne, pio favore proſequere, ut dum dona tua in tribulatione percipimus, de conſolatione noſtra in tuo amore creſcamus, per Dnm. *gg.*

Item Orationes de Die Tertio.

Deus, qui per adoptionem gratiæ lucis nos eſſe filios voluiſti! præſta quæſumus, ut errorum non involvamur tenebris, ſed in ſplendore veritatis ſemper maneamus conſpicui, per.

Alia.

Deus, cuius ſpiritu regimur, cuius protectione ſervamur! prætende nobis miſericordiam tuam, & exorabilis tuis eſto ſupplicibus, ut in te credentium fides cuis ſemper beneficiis adiuvetur, per Dnm.

Alia.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas! multiplica ſuper nos gratiam tuam, ut ad tua promiſſa currentes, cœleſtium bonorum faciat eſſe conſortes, per. *g. gg.*

Alia.

Deus, qui es mirabilis in operibus, iuſtus in iudiciis, largus in donis, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, & quia tu nobis es bonorum cauſa meritorum, cuſtodi quod tribuis, ut invenias, quos corones, per Dnm.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, doce nos facere voluntatem tuam, & quæcunque præcipis ut agamus, ipſe adiuva, ut implere poſſimus, per.

Alia.

Deus, qui omnem animam confitentium tibi magis vis emendare quam perdere! averte a nobis iram indignationis tuæ, & dimitte nobis omnia peccata noſtra, per Dnm.

Alia.

Deus, apud quem nemo per ſe eſt innocens, nemo de ſuis meritis glorioſus! concede propitius, ut cum nobis noſtra opera prodeſſe non poſſunt, glorioſius tua miſericordia ſuccurrat indignis, per Dnm.

Alia.

Preces populi tui, Dne, clementer exaudi, & quos conſcientiæ reatus accuſat, indulgentiæ tuæ virtus abſolvat, per Dnm. *gg. var. p.* 209.

Alia.

Dne Deus omnipotens, qui concreta humani pectoris vulnera ſtudio pietatis incidis! reſpice ad infirmitatem mentis noſtræ, & vitioſis actibus verbo oris tui poculum ſalutis infunde, ut ſolatio pietatis tuæ diabolicæ artis blandimenta valeamus excludere, per Dnm.

Ad S. LAURENTIUM.

Mentem familiæ tuæ, quæſumus Dne, intercedente beato Laurentio martyre tuo, & munere compunctionis aperi, & largitate pietatis exaudi, per Dnm.

Alia.

Afflictionem familiæ tuæ, quæſumus Dne, intende

de

de placatus, ut indulta venia delictorum, de tuis ſemper beneficiis gloriemur, per Dnm. *gg.*

Alia.

Præſta populo tuo, Dne quæſumus, conſolationis auxilium, & diuturnis calamitatibus laborantem propitius reſpirare concede, per Dnm. *gg.*

Alia.

Quæſumus omnipotens Deus, ut qui noſtris fatigamur offenſis, & merito noſtræ iniquitatis affligimur, pietatis tuæ gratiam conſequi mereamur, per Dnm. *gg.*

Alia.

Deus, qui nos conſpicis in tot perturbationibus non poſſe ſubſiſtere, afflictorum gemitum propitius reſpice, & mala omnia quæ meremur averte, per Dnm. *gg.*

Alia.

Clamantium ad te, Dne, preces dignanter exaudi, ut ſicut Ninivitis in afflictione poſitis pepercisti, ita & nobis in præſenti tribulatione ſuccurras, per Dnm. *gg.*

Alia.

Auxiliare, Dne, quærentibus miſericordiam tuam, & da veniam confitentibus, parce ſupplicibus, ut qui noſtris meritis flagellamur, tua miſeratione ſalvemur, per Dnm. *gg.*

Alia.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris; preces populi ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte, per. *gg.*

Alia.

Deus refugium pauperum, ſpes humilium, ſalusque miſerorum! ſupplicationem populi tui clementer exaudi, ut quos iuſtitia verberum fecit afflictos, abundantia remediorum faciat conſolatos, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Aures tuæ pietatis, quæſumus Dne, precibus noſtris inclina, ut qui peccatorum noſtrorum flagellis percutimur, miſerationis tuæ gratia liberemur, per Dnm. *gg.*

Ad S. MARIAM. (1)

Miſerere iam, quæſumus Dne, intercedente beata & glorioſa ſemperque virgine Dei genetrice Maria populo tuo, & continuis tribulationibus laborantem celeri propitiatione lætifica, per.

Item Collecta.

Quæſumus omnipotens Deus, afflicti populi lacrimas reſpice, & iram tuæ indignationis averte, ut qui reatum noſtræ infirmitatis agnoſcimus tua conſolatione liberemur. Per.

Alia.

Memor eſto, quæſumus Domine, fragilitati humanæ, & qui iuſte verberas peccatores, parce propitiatus afflictis. Per.

Item ad Miſſam. Oratio ſuper Populum.

Deus, qui culpas noſtras piis verberibus percutis, ut nos a noſtris iniquitatibus emundes! da nobis & de verbere tuo proficere, & de tua citius conſolatione gaudere, per Dnm. *gg.*

Alia.

Deus, cui ſoli eſt eliſos erigere, & peccata deflentium condonare, clementer populi tui ſuſpiria inſpice, & crimina noſtra ieiuniorum tempore dele, per Dnm.

Secreta.

Hæc hoſtia, quæſumus Dne, & ab occultis eccleſiam tuam reatibus ſemper expediat, & manifeſtis convenienter expurget, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! tuam miſericordiam implorantes, ut ſecundum multitudinem indulgentiarum tuarum ab omnibus nos abſolvas peccatis, & ad omnia pietatis opera te parcente reparemur; & quos venia feceris innocentes, auxilio facias efficaces, per Xpm.

Ad Comm.

Quos munere, Dne, cœleſti reficis, divino tuere præſidio, ut tuis myſteriis perfruentes, nullis ſubdamur adverſis, per.

In Vigilia Aſcenſa Dni. (2)

Præſta, quæſumus omnipotens Pater, ut noſtræ mentis intentio, quo ſolemnitatis hodiernæ glorioſus auctor ingreſſus eſt, ſemper intendat, & quo fide pergit, converſatione perveniat, per eundem Dnm. *l. g.*

Alia.

---

(1) In *Rhenaugiens* loco ad S. Mariam legitur: Orat. in tertia die *Miſerere* ſequunturque duæ aliæ, quas ſupplevimus.

(2) In *Gelaſ.* in quo alias rariora ſunt officia Dominicarum, hic additur V. & VI. Dom. poſt clauſum Paſch. p. 88.

Digitized by Google

Alia.

Tribue, quæſumus omnipotens Deus, ut munere feſtivitatis hodiernæ illuc filiorum tuorum dirigatur intentio, quo in tuo unigenito tecum eſt noſtra ſubſtantia, per Dnm. *g.*

Secreta.

Sacrificium, Dne, pro filii tui ſupplices venerabili nunc aſcenſione deferimus! præſta quæſumus, ut & nos per ipſum his commerciis ſacroſanctis ad cœleſtia conſurgamus, per eundem. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et in hac præcipue die, qua Ih9 Xp9 filius tuus Dn9 noſter divini conſummato fine myſterii, diſpoſitionis antiquæ munus explevit, ut ſcilicet & diabolum cœleſtis operis inimicum per hominem, quem ſubiugaverat, elideret, & humanam reduceret ad ſuperna dona ſubſtantiam. Et ideo cum angelis. *g. El. gg.*

Ad Comm.

Tribue, quæſumus Dne, ut per hæc ſacra quæ ſumpſimus, illuc tendat noſtræ devotionis affectus, quo tecum eſt noſtra ſubſtantia, per eundem. *g. El.*

Super populum.

Da, quæſumus omnipotens Deus, illuc ſubſequi tuorum membra fidelium, quo caput noſtrum principio præceſſit, per Dnm. vel qui tecum. *l. g.*

Alia Ambroſiana. Oratio I. & II. ut ſupra.

Secreta.

Suſcipe, Dne, munera, quæ pro filii tui glorioſa aſcenſione deferimus, & concede propitius, ut a præſentibus periculis liberemur, & ad vitam perveniamus æternam, per eundem. *gg.*

Præfatio & Poſtcomm. *Ut ſupra.*

In Aſcenſa Domini.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem noſtrum ad cœlos aſcendiſſe credim9, ipſi quoque mente in cœleſtibus habitem9, per eundem. *gg.*

Alia.

Deus, qui ad declaranda tuæ miracula maieſtatis poſt reſurrectionem a mortuis hodie in cœlos apoſtolis aſtantibus aſcendiſti! concede nobis tuæ pietatis auxilium, ut ſecundum tuam promiſſionem, & tu nobis, cum ſemper ſis in terris, & nos tecum in cœlo vivere mereamur, qui cum Deo Patre & Spiritu ſco vivis & regnas per omnia. *g.*

Secret. Or.

Suſcipe, Dne, munera, quæ pro Filii. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. Per X. D. N. qui poſt reſurrectionem ſuam omnibus diſcipulis ſuis manifeſtus apparuit, & ipſis cernentibus eſt elevatus in cœlum, ut nos divinitatis ſuæ tribueret eſſe participes; Et ideo cum. *gg.*

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo Dn9 noſter unigenitus filius tuus unitam ſibi fragilitatis noſtræ ſubſtantiam in gloriæ tuæ dextera collocavit. Sed & memoriam. *gg.*

Ad Comm.

Præſta nobis, quæſumus omnipotens & miſericors Deus, ut quæ viſibilibus myſteriis ſumenda percepimus, inviſibili conſequamur effectu, per Dnm. *l. gg.*

Aliæ Orationes.

Deus, qui nos reſurrectionis dominicæ, & aſcenſionis eius lætabunda ſolemnia celebrare feciſti; da famulis tuis, ut advenientis Sci Spiritus gratiam purificatis mentibus ſuſcipere mereamur, per eundem. in unitate eiusdem Spiritus S.

Alia. (1)

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, ut ſicut humani generis ſalvatorem confidere tecum in tua maieſtate confidimus, ita uſque ad conſummationem ſæculi manere nobiſcum, quemadmodum eſt pollicitus, ſentiamus, per eundem. *vel* eundem Dnm. *l. g. gg.*

Alia.

Deus, cuius Filius in alta cœlorum potenter aſcendens, captivitatem noſtram ſua duxit virtute captivam, tribue quæſumus, ut dona, quæ ſuis participibus contulit, largiatur & nobis, qui tecum vivit. *g. gg.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui eccleſiam tuam evangelicæ doctrinæ exhortatione, quæ ſurſum ſunt, iubes ſapere, & ad eandem ſe altitudinem, ad quam mundi Salvator aſcendit, erigere; da populis tuis intellectu capere, quod multi viderunt conſpectu, ut in ſecundo mediatoris adventu ditentur donis, qui promiſſis crediderunt, per eundem.

Alia.

Exultationem conditionis humanæ eiusdem ſubſtantiæ conditor reſpice Deus, ut tua dignatione mundati, ſacramentis magnæ pietatis aptemur, per Dnm.

Secreta

Sacrificium, Dne, ſupplices pro filii tui. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. Per X. D. N. qui poſt reſurrectionem ſæculis omnibus glorioſam diſcipulis ſuis viſu conſpicuus, tactuque palpabilis uſque in quadrageſimum diem manifeſtus apparuit, ipſisque cernentibus eſt elevatus in cœlum. In id proficientibus intra has moras primitivis, ut & certius fieret quod credidiſſent, & plenius diſcerent, quod docerent, per eundem X.

Communicantes & diem ſacratiſſimum. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Deus, cuius filius in alta cœlorum. *Ut ſupra.*

Alia.

Deus, qui ad cœlos aſcendens diſcipulis tuis Spiritum ſanctum collaturum te dignatus es polliceri, præſta quæſumus, ut ſicut apoſtoli tui multifaria doctrinæ cœleſtis munera perceperunt, ita nobis quoque ſpiritalia dona concedas, qui cum Deo Patre.

Dom. poſt Aſcenſam Domini.

Omnipotens ſempiterne Deus, fac nos tibi ſemper & devotam gerere voluntatem, & maieſtati tuæ ſincero corde ſervire, per Dnm. *g. El. gg.*

Alia.

Deus vita fidelium, gloria humilium, beatitudo iuſtorum, propitius ſuſcipe ſupplicum preces, ut animæ, quæ promiſſiones tuas ſitiunt, de tuæ (*tua*) ſemper caritatis abundantia repleantur, per. *g. El.*

Secreta.

Sacrificia nos, Dne, immaculata purificent, & mentibus noſtris ſupernæ gratiæ dent vigorem, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et clementiam tuam humiliter obſecrare, ut quia primum tuæ pietatis iudicium eſt, ſi tibi nos facias toto corde ſubiectos; tu Spiritum nobis tantæ devotionis infundas, ut propitius largiaris conſequenter auxilium, per X.

Ad Comm.

Repleti, Dne, muneribus ſacris, da quæſumus, ut in gratiarum tuarum ſemper actione maneamus, per Dnm. *l. gg.*

Alia.

Erectis ſenſibus & oculis cordis ad ſublimia

(1) Duæ ſequentes orationes in antiquiſſimo codice orationum *San-Gallenſi* manco notantur *ad matut. ſive ad veſperum.*

Digitized by Google

limia elevatis, quæſumus Dne, ut quæ in precum vota detulimus, ad impetrandi fiduciam referamus, per Dnm. *g.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Implorantes, Dne, miſericordiam tuam, populos fideles propitius intuere, ut qui præter te alium non noverunt, tuis beneficiis glorientur, per Dnm.

Alia.

Sancti nominis tui, Dne, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditatem tuæ dilectionis inſtituis, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Oblatio nos, Dne, tuo nomini dicanda purificet, & de die in diem ad cœleſtis vitæ transferat actionem, per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! poſcentes, ut ſenſibus noſtris clementer infundas, ne terrenis affectionibus inhærendo, oculos ad cœleſtia non levemus; ne in infimis voluptatibus occupati, mentes non valeamus attollere, quo noſter ſalvator aſcendit, ne diabolica ſectando veſtigia, a Xpi conſortio recedamus; quia nemo poteſt ſummi verique regis celſitudine delectari, niſi qui peſtifera deſtructa ſubverſaque tyranni iura calcaverit, per eundem Xpum. *Ad Comm.*

Præſta nobis, quæſumus omnipotens & miſericors Deus. *Ut ſupra in Aſcenſa Dni.*

VIII. Kl. Iun.

Natl. S. URBANI Papæ & Mart.

Da, quæſumus omnipotens Deus, ut qui beati Urbani martyris tui atque pontificis ſolemnia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuvemur, per Dnm nrm. *gg.*

Secreta.

Munera, quæſumus Dne, tibi dicata ſanctifica, & intercedente beato Urbano per eadem nos placatus intende, per. *gg.*

Alia Secreta.

Hæc hoſtia, Dne, quæſumus emundet noſtra delicta, & ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora mentesque ſanctificet, per. gg.

Ad Comm.

Beati Urbani martyris tui atque pontificis, Dne interceſſione placatus, præſta quæſumus, ut quæ temporali celebramus actione, perpetua ſalvatione capiamus, per Dnm. *El.*

Alia ad Comm.

Refecti participatione muneris ſacri quæſumus Dne Deus noſter, ut cuius exſequimur cultum, ſentiamus effectum, per. l. gg.

Eodem die Depoſitio S. DIONISII.

Miſſa Ambroſ.

Deus, qui nos ſci Dioniſii confeſſione glorioſa circumdas, & protegis, da nobis eius imitatione proficere, & oratione fulciri, per Dnm. *gg.*

Alia.

Sci Dioniſii, Dne, confeſſio recenſita conferat nobis piæ devotionis augmentum, quia in nomine tuo perſeverans, meruit honorari, per Dnm.

Secreta.

Hoſtias, tibi Dne, pro commemoratione beati ſacerdotis & confeſſoris tui Dioniſii offerimus, quem a tui corporis unitate nulla temptatio ſeparavit, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! & confeſſionem ſci ſacerdotis tui Dioniſii memorabilem non tacere; qui nec hereticis blandimentis, nec ſui ſtatus potuit diverſitatibus immutari, ſed in utroque diſcrimine veritatis aſſertor, veritatem tuæ fidei non reliquit; Et ideo debitæ pietatis obſequium exhibemus, quia potentiam tuam Dne, cuius gratia talis extitit, in eius ſolemnitatibus prædicamus, per Xpm.

Ad Comm.

Quæſumus Dne Deus noſter, ut interveniente ſco ſacerdote & confeſſore tuo Dioniſio, ſacroſancta myſteria, quæ ſumpſimus, actu ſubſequamur & ſenſu, per Dnm. *l.*

In Sabbato ſco Pentecoſtes Orat. ante Lectiones. (1)

(1) In *Gregoriano* deeſt oratio ante primam lectionem. Vid. ſupra ad Sabb. S.

Da nobis, quæſumus Dne, per gratiam Spiritus Sancti novam tui Paracleti ſpiritalis obſervantiæ diſciplinam, ut mentes noſtræ ſacro purificante ieiunio, cunctis reddantur eius muneribus aptiores, per Dnm. in unitate eiusdem Spiritus S. *l. g.*

Lect. I. In Geneſi. *In principio fecit Deus.*

Omnipotens ſempiterne Deus, indeficiens lumen, qui Spiritum tuum Scm, cum ſuper aquas in mundi creationis exordio ferretur, humanæ declaraſti ſalutis auctorem, præſta quæſumus, ut idem Spiritus veritatis eccleſiæ tuæ dona multiplicet, per. in unitate eiusdem. *g.*

Lect. II. In Geneſi. *Temptavit Deus Abraham.*

Deus, qui in Abrahæ famuli tui opere humano generi obedientiæ exempla præbuiſti; concede nobis & noſtræ voluntatis pravitatem frangere, & tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere, per Dnm. *gg.*

Lect. III. in Exodo. *Factum eſt* in vigil. mat. Canticum. *Cantemus Dno.*

Deus, qui primis temporibus impleta miracula novi teſtamenti luce reſeraſti, quod mare rubrum forma ſacri fontis exiſteret, & liberata plebs ab Ægyptia ſervitute Xpiani populi ſacramenta præferret; da ut omnes gentes Iſraelis privilegium merito fidei conſecutæ, Spiritus tui participatione regenerentur, per Dnm. in unit. eiusd. Spiritus. *g.*

Lect. IIII. in Deuteron. *Scripſit Moyſes Canticum.*

Canticum. *Attende cælum.*

Deus gloriatio fidelium, & vita iuſtorum! qui per Moyſen famulum tuum nos quoque modulatione ſacri carminis eruditi; in univerſis gentibus miſericordiæ tuæ munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem, ut quod prænuntiatum eſt ad ſupplicium, in remedium transferatur æternum, per Dnm. *g.*

Lect. V. In Eſaia. *Apprehendent VII. mulieres.*

Canticum. *Vinea facta eſt.*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per unicum filium tuum eccleſiæ tuæ demonſtraſti te eſſe cultorem, ut omnem palmitem, fructum in eodem Xpo tuo, qui vera vitis eſt, afferentem clementer excolens, fructus afferre facias ampliores, fidelibus tuis, quos velut vineam ex Ægypto per fontem baptiſmi transtuliſti, nullæ peccatorum ſpinæ prævaleant, ut Spiritus tui ſanctificatione, mundique perpetua fruge ditentur, per eundem. *g.*

Lect. VI. In Hieremia. *Audi Iſrael mand.*

Deus, qui nobis per Prophetarum ora præcepiſti temporalia relinquere, atque ad æterna feſtinare; da famulis tuis, ut quæ a te iuſſa cognovimus, implere cœleſti inſpiratione valeamus. *gg.*

Cant. de Pſal. XLI. *Sicut cervus.*

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui ſolennitatem doni Spiritus Sancti colimus, cœleſtibus deſideriis accenſi, fontem vitæ ſitiamus, per Dnm. in unitate eiusdem. *gg.*

Domine Deus virtutum, qui collapſa reparas, & reparata conſervas; auge populos in tui nominis ſanctificatione renovandos, ut omnes, qui diluuntur ſacro baptiſmate, tua ſemper inſpiratione dirigantur, per Dnm. *g.*

Alia.

Digitized by Google

Alia.

Deus, qui nos ad celebrandam feſtivitatem utriusque teſtamenti paginis inſtruis; da nobis intelligere miſericordiam tuam, ut ex perceptione præſentium munerum firma ſit expectatio futurorum, per Dnm. *g. gg.*

Inde deſcendis cum Letania ad fontes. Or. ad Miſſam poſt Aſcenſum fontis. Stat. ad Lateranum.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut claritatis tuæ ſuper nos ſplendor effulgeat, & lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati ſunt, Sci Spiritus illuſtratione confirmet, per Dnm. in unit. eiusd. Spiritus. *g g.*

Alia.

Deus, cuius Spiritu totum corpus eccleſiæ multiplicatur & regitur, conſerva in novam familiæ tuæ progeniem ſanctificationis gratiam quam dediſti, ut corpore & mente renovati, in unitate fidei ferventes, tibi Dno ſervire mereantur, per Dnm. in unit. eiusd. Spiritus Sci. *g.*

Secreta.

Virtute Sci Spiritus, Dne, munera noſtra continge, ut quod ſolemnitate præſenti tuo nomini dedicavit, & intelligibile nobis faciat, & æternum, per Dnm. in unitate eiusdem Spiritus. *g.*

Alia.

Munera, Dne quæſumus, oblata ſanctifica, & corda noſtra Sci Spiritus illuſtratione emunda, per Dnm. in unit. eiusdem Spiritus Sci.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm. qui aſcendens ſuper omnes cœlos, ſedensque ad dexteram tuam, promiſſum Spiritum ſanctum hodierna die in filios adoptionis effudit; quapropter profuſis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed & ſupernæ virtutes, atque angelicæ poteſtates hymnum gloriæ tuæ concinunt ſine fine dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus. *g. g g.*

Communicantes, & diem ſacratiſſimum Pentecoſtes prævenientes, quo Spiritus Sanctus apoſtolos plebemque credentium præſentia ſuæ maieſtatis implevit, ſed & memoriam. *g.*

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu Sancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum, quæſumus Dne, ut placatus. *g. El. g g.*

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut Spiritus Sanctus adveniens, maieſtatem nobis filii tui manifeſtando clarificet, per eundem Dnm. in unit. eiusd. Spir. S. *g.*

Alia.

Sci Spiritus, Dne, corda noſtra mundet infuſio, & ſui roris intima aſperſione fœcundet, per Dnm. in unit. eiusdem Spiritus Sci. g. gg.

[*Item alia infra Ebdomadem.*

Annue miſericors Deus, ut qui divina præcepta violando paradyſi felicitate decidimus, ad æternæ beatitudinis redeamus acceſſum per tuorum cuſtodiam mandatorum, per Dnm. *l. gg.*

Secreta.

Hoſtias populi tui, quæſumus Dne, miſeratus intende, & ut tibi reddantur ac-

ceptæ, conſcientias noſtras ſci Spiritus ſalutaris emundet adventus, per Dnm. in unit. eiusd. Sp9 ſci. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui ſacramenta paſchalia conſummans, eis, quos per unigeniti tui conſortium filios adoptionis eſſe tribuiſti, per ſanctum Spiritum largiris dona gratiarum, & ſui coheredibus redemptoris, iam nunc ſupernæ pignus hæreditatis impendis, ut tanto ſe certius ad eum confidant eſſe venturos, quanto ſe ſciunt ab eo redemptos, & ſci Sp9 infuſione ditatos. Et ideo.] *g. p.* 98. *El. gg.* *Ad Compl.*

Sacris cœleſtibus, Dne, vitia noſtra purgentur, ut muneribus tuis poſſimus ſemper aptari, per Dnm. *l. g.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus, cuius Spiritu totum corpus eccleſiæ. *Ut ſupra in Paraſceve.*

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui tuæ maieſtatis effectu per Filii tui mirabile ſacramentum cooperante Spiritu ſco ſunt renati, cœleſtis vitæ fiant converſatione perpetui, per eundem Dnm. in unit. eiusdem Spiritus ſancti.

Secreta.

Virtute ſci Spiritus, Dne, munera noſtra. *Ut ſupra.* *Præfatio.*

VD. Per X. D. N. per quem te ſupplices rogamus & petimus, ut ſicut nobis æternæ ſecuritatis aditum paſſione Dni nri Ihu Xpi, & Spiritus ſci illuſtratione reſeraſti, ſic etiam tranquillitatem vitæ præſentis indulgeas, per quam tanti doni particeps devotio quieta proficiat, ut negligentiæ terror illatus, ad fidei transferatur augmentum, per eund. Xpm.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ. *Ut ſupra.* *Ad Comm.*

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut paſchalis perceptio ſacramenti in mentibus noſtris continua perſeveret, per Dnm. *g.*

Ad Veſp.

Deus, qui credentium in te primitias tui Spiritus adventu mirifico decoraſti! da nobis de tua maieſtate præſumere, non de nris meritis ſuperbire, per Dnm. In unit. eiusdem Spiritus.

Alia.

Dne Deus omnipotens, qui primitias Spiritus tui dediſti credentibus, da nobis eundem Spiritum divinæ virtutis interpretem, & æternæ ſanctificationis auctorem, per Dnm. In unit. eiusdem Sp9 ſci. *Ad Mat.*

Deus, qui hodierna die corda. *Ut poſtea.*

Alia.

Exaudi, Dne, preces noſtras, ut ſicut profanas mundi caligines ſci Spiritus luce evacuaſti, ſic hoſtes noſtros, & inimicos catholicæ profeſſionis expugna, per Dnm. In unit. eiusdem Spiritus. *l.*

Dom. Sca Pentecoſt. ad S. PETRUM.

Deus, qui hodierna die corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti! da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ei9 ſemper conſolatione gaudere, per Dnm. In unitate eiusdem Spiritus ſci. *gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui paſchale ſacramentum quinquaginta dierum voluiſti myſterio contineri; præſta, ut gentium facta diſperſio diviſione linguarum, ad unam confeſſionem tui nominis cœleſti munere congregetur, per. *l. g. El.* *Secreta.*

Munera, Dne quæſumus, oblata ſanctifica, & corda noſtra ſci Spiritus illuſtratione emunda, per D. in unit. ei9d. Sp9 ſci. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia hodie ſci Spiritus celebramus adventum, qui in principiis naſcentis eccleſiæ principibus eiusdem eccleſiæ cunctis gentibus imbuendis, & deitatis ſcientiam indidit, & loquelam in diverſitate donorum mirabilis operator unitatis donavit, variarumque gratiarum diſtributor, idem & unus effector,

in

Digitized by Google

ih ore prædicantium diſpenſavit omnium ſcientiam linguarum; Et ideo. *g.*

Vel alia Præfatio.

VD. Per X. D. N. qui aſcendens ſuper omnes. Ut ſupra. gg.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes, quo Spiritus ſc9 Aplis innumeris linguis apparuit, ſed & memoriam venerantes. *g. gg.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſco, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum, quæſumus Dne. *g. gg.*

Ad Comm.

Sancti Spiritus, Dne, corda noſtra mundet infuſio, & ſui roris intima aſperſione fœcundet, per D. in unit. eiusd. Spirit9. *gg.*

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ut a noſtris mentibus carnales amoveat Spiritus ſc9 affectus, & ſpiritalia dona nobis potenter infundat, per D. in unit. eiusd. Spiritus. *g.*

Aliæ orationes. (1)

Deus, qui ſacramento feſtivitatis hodiernæ univerſam eccleſiam tuam in omni gente & natione ſanctificas! in totam mundi latitudinem Spiritus tui ſci dona diffunde, per. In unit. eiusdem Sp9 ſci. *g. El.*

Alia.

Deus, qui diſcipulis Xpi filii tui Spiritum ſcm paraclytum in ignis fervore mittere dignatus es! da populis tuis in unitate fidei eſſe ferventes, ut in tua ſemper dilectione permanentes, & in fide inveniantur ſtabiles, & in opere efficaces, per eund. Dnm. in unit. eiusd. Sp9 ſci. *g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, deduc nos ad ſocietatem cœleſtium gaudiorum, ut Spiritu ſco renatos regnum tuum facias introire, atque eo perveniat humilitas gregis, quo præceſſit celſitudo paſtoris, qui tecum vivit. *g.*

Alia.

Concede nobis, miſericors Deus, ut ſicut in nomine Patris & Filii divini generis intelligimus veritatem, ſic in Spiritu ſco totius cognoſcamus ſubſtantiam Trinitatis, per eund. in unit. eiusd. Spiritus Sci. *g.*

Item eodem Die alia Miſſa Ambroſ.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut claritatis tuæ. *Ut ſupra.*

Alia.

Bonorum omnium Deus auctor atque largitor, fac quæſumus, ut eccleſiæ tuæ proles, te inſtituente ſuccreſcens, in nova Filii tui creatura ſco fovente Spiritu nutriatur, per D. in unit. eiusd. Spus Sci.

Secreta.

Munera noſtra, Dne, Sci Spirit9 ſacrentur adventu, per quem a peccatis omnibus abſoluti, adoptionis tuæ Filii renaſcentur, per D. in unit. ei9d. Sp9 Sci.

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia hodie Sci Spiritus celebramus adventum, qui in principiis naſcentis eccleſiæ. *Ut ſupra. g.*

Ad Comm.

Sacris cœleſtibus, Dne, vitia noſtra purgentur, ut muneribus tuis poſſimus ſemper aptari, per Dnm. *l. g.*

Item alia Miſſa in Eccleſia Maiore Ambroſ.

Deus, qui diſcipulis tuis Spiritum Scm. *Ut ſupra.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui paſchale. *Ut ſupra.*

Secreta.

Præſta, Dne quæſumus, ut ſecundum promiſſionem filii tui Dni nri Ihu Xpi Spiritus Scus & huius

(1) In antiquiſſimo cod. orationum *San-Gall.* manco notantur ſequentes *Orationes in die Sem. Pentecoſtes ad mat. ſive ad veſp.*

huius nobis ſacrificii copioſius revelet arcanum, & omnem propitius reſeret veritatem, per eund. in unit. eiusd. Spiritus Sci.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare, nos in hac præcipua feſtivitate gaudere, quia ſacratiſſimum Paſcha quinquaginta dierum myſteriis tegitur, & myſticus numerus adimpletur, & diſperſio linguarum, quæ dudum per ſuperbiam in confuſione facta fuerat, nunc per Spiritum Scm adunatur. Hodie enim de cœlis repente ſonum audientes Apli, unius fidei ſymbolum exceperunt, & linguis variis evangelii tui gloriam cunctis gentibus tradiderunt, per Xpm D. N.

Communicantes & diem ſacratiſſimum. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Hæc nobis, Dne, munera ſumpta proficiant, ut illo iugiter ferveamus Spiritu, quem Aplis tuis ineffabiliter infudiſti, per D. N. I. X. I. U. I. e. i. e. Deus una cum eodem Spiritu Sco per omnia ſæcula.

Ad Veſp.

Deus, qui ſacramento feſtivitatis hodiernæ univerſam eccleſiam tuam in omni gente & natione ſanctificas, in totam mundi latitudinem Spiritus tui dona multiplica, ut quod inter ipſa evangelicæ prædicationis exordia operata eſt divina dignatio, nunc quoque per credentium corda diffundat, per D. in unit. eiusd. Sp9 Sci. *g.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, deduc nos ad ſocietatem. *Ut ſupra.*

Feria II. Ad Vincula. G. & GG.

Deus, qui apoſtolis tuis ſcm dediſti Spiritum, concede plebi tuæ petitionis effectum, ut quibus dediſti fidem, largiaris & pacem per D. in unit. eiusd. Sp9 Sci. *gg.*

Secreta orat. G. & GG.

Propitius, Dne quæſumus, hæc dona ſanctifica, & hoſtiæ ſpiritalis obſervatione ſuſcepta nosmetipſos tibi perfice munus æternum, per Dnm. *l. gg.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. qui promiſſum Spiritum Paraclytum ſuper diſcipulos miſit, quib9 in principio naſcentis eccleſiæ cunctis gentibus imbuendis, & Deitatis ſcientiam inderet, & omnium linguarum gratiam donaret; per quem tuam maieſtatem ſupplices exoramus, ut cuius celebramus adventum, eius multimodæ largitatis capiamus effectum, per eund. Xpm. D. N. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Adeſto, Dne quæſumus, populo tuo, & quem myſteriis cœleſtibus imbuiſti, ab hoſtium furore defende, per Dnm. *l. g. gg.*

Feria III.
Ad S. ANASTASIAM. G. & GG.

Aſſit nobis, Dne quæſumus, virtus Sp9 Sci, quæ & corda nra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis, per Dnm. in unit. ei9d. Sp9 Sci. *g. gg.*

Secreta. G. & GG.

Purificet nos, Dne quæſumus, muneris præſentis oblatio, & dignos ſacra participatione perficiat, per Dnm. *l. gg.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. qui Spiritus Sci infuſione replevit corda fidelium, qui ſua admirabili operatione & ſui amoris in eis ignem accenderet, & per diverſitatem linguarum gentes in unitate fidei ſolidaret; cuius dono petimus, & illecebroſas a nobis excludi voluptates, & ſpiritales in nobis extrui plantarique virtutes, per eundem Xpm D. N. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Mentes noſtras, quæſumus Dne, Spus ſcus divinis reparet ſacramentis, quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatorum, per D. in unit. eiusd. *l. g. gg.*

Feria IIII.
Ad Scam MARIAM. G. & GG.

Mentes noſtras, quæſumus Dne, Paraclytus, qui a te procedit, illuminet, & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit filius, veritatem, per eund. in unit. eiusd. Spus Sci. *g. gg.*

Alia.

Digitized by Google

Alia. G. & GG.

Præſta, quæſumus omnipotens & miſericors Deus, ut Spiritus ſanctus adveniens, templum nos gloriæ ſuæ dignanter habitando perficiat, per D. in unit. eiusd. Sp9 Sci. *gg.*

Secreta. G. & GG.

Accipe, quæſumus Dne, munus oblatum, & dignanter operare, ut quod myſteriis agimus, piis effectibus celebremus, per. *l. gg.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! quia poſt illos lætitiæ dies, quos in honore Dni, a mortuis reſurgentis, & in cœlos aſcendentis exegimus, poſtque perceptum Sci Spiritus donum, neceſſario nobis ieiunia ſancta proviſa ſunt, ut pura converſatione viventibus, quæ divinitus ſunt eccleſiæ collata, permaneant incorrupta, per eundem Xpm. *l. g.*

Præfatio alia.

VD. Per Xpm Dnm. nrm. Per quem diſcipulis Spiritus ſanctus in terra datur ob dilectionem proximi, & de cœlo mittitur propter dilectionem tui, cuius infuſio, petimus, ut in nobis peccatorum ſordes exurat, ac tui amoris ignem nutriat, & nos ad amorem fraternitatis accendat, per eundem Xpm. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Sumentes, Dne, cœleſtia Sacramenta, quæſumus clementiam tuam, ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis conſequamur, per Dnm nrm Ihum Xpm. *gg.*

Feria V. Præfatio.

VD. Per X. D. N. per quem pietatem tuam ſuppliciter petimus, ut Spiritus ſcus corda nra clementer expurget, & ſui luminis irradiatione perluſtret, ut in eo, qui gratiarum largitor eſt, recta ſapiamus, & de eius conſolatione in perpetuum gaudeamus, per eundem Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Feria VI. ad Apoſtolos. G. & GG.

Da quæſumus eccleſiæ tuæ, miſericors Deus, ut ScoSpiritu congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur, per D. in unit. eiusd. *l. gg.*

Secreta.

Sacrificia, Dne, tuis oblata conſpectibus ignis ille *divinus* aſſumat, qui diſcipulorum Xpi tui per Spiritum ſcm corda ſuccendit, per eund. in unit. eiusd. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et maieſtatem tuam ſuppliciter exorare, ut Spiritus paraclytus ad nos veniat, & nos inhabitando templum ſuæ maieſtatis efficiat; quod cum unigenito filio tuo clementi reſpectu ſemper digneris inviſere, & tuæ inhabitationis fulgore in perpetuum perluſtrare, per eundem Xpm. *gg.*

Ad Comm.

Sumpſimus, Dne, ſacri dona myſterii, humiliter deprecantes, ut quæ in tui commemoratione nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium, per te *Ihu Xpe. l. gg.*

Sabbato in XII. Lect. Menſis IIII. Ad S. PETRUM. G. & GG.

Mentibus noſtris, Dne, Spiritum ſanctum benignus infunde, cuius & ſapientia conditi ſum9, & providentia gubernamur, per Dnm. in unit. eiusdem Spiritus ſci. *gg.*

Alia. G. & GG.

Illo nos igne, quæſumus Dne, Spiritus ſc9 inflammet, quem Dn9 noſter Ih9 Xp9 miſit in terram, & voluit vehementer accendi, per eund. Dnm nrm. in unitate eiusd. Sp9 ſci. *gg.*

Alia. G. & GG.

Deus, qui ad animarum medelam ieiunii devotione caſtigari corpora præcepiſti! concede nos & mente & corpore ſemper tibi eſſe devotos, per Dnm. *gg.*

Digitized by Google

Alia. G. & GG.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut ſalutaribus ieiuniis eruditi, ab omnibus etiam vitiis abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus, per Dnm nrm. *g. gg.* *Alia.* G. & GG.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere, ut a vitiis irruentibus pariter ieiunemus, per. *gg.* *Ad Miſſam.* G. & GG.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium! concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum, per. *g. gg.*

Secreta. G. & GG.

Ut accepta tibi ſint, Dne, noſtra ieiunia, præſta nobis quæſumus huius munere ſacramenti purificatum tibi pectus offerre, per Dnm nrm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et tuam omnipotentiam devotis precibus implorare, ut nobis Spiritus tui lumen infundatur, cuius nos ſapientia creat, pietas recreat, & providentia gubernat; qui cum a tua ſubſtantia nullo modo ſit diverſus, ſed tibi & unigenito tuo conſubſtantialis & coæternus, diverſitate tamen donorum replet tuorum corda fidelium. Et ideo cum angelis. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Præbeant nobis, Dne, divinum tua ſancta fervorem, quo eorum pariter & actu delectemur & fructu, per. *gg.*

Die Dominico Vacat. GG.

Deprecationem noſtram quæſumus Dne benignus exaudi, & quibus ſupplicandi præſtas affectum, tribue defenſionis auxilium, per Dnm nrm. gg.

Secreta. GG.

Munera, Dne, oblata ſanctifica, ut tui nobis Unigeniti corpus & ſanguis fiant, per eund. Dnm nrm. gg.

Ad Comm. GG.

Hæc nos communio, Dne, purget a crimine, & cæleſtis remedii faciat eſſe conſortes, per. l. gg.

Dominica Oct. Pentecoſtes. Gel.

Timentium te, Dne, ſalvator & cuſtos, averte ab eccleſia tua mundanæ ſapientiæ oblectamenta fallacia, ut Spiritus tui eruditione formandos, prophetica & apoſtolica inſtituta potius quam philoſophiæ verba delectent, nec vanitas mendaciorum decipiat, quos eruditio veritatis illuminat, per Dnm. in unitate eiusdem. *g.* *Alia.*

Omnipotens & miſericors Deus! ad cuius beatitudinem ſempiternam non fragilitate carnis, ſed alacritate mentis aſcenditur; fac nos atria ſupernæ civitatis, & te inſpirante ſemper ambire, & tua indulgentia fideliter introire, per. *l. g.*

Secreta.

Remotis obumbrationibus carnalium victimarum ſpiritalem tibi ſumme Pater hoſtiam ſupplici ſervitute deferimus, quæ miro ineffabilique myſterio & immolatur ſemper, & eadem ſemper offertur, pariterque & devotorum munus, & remunerantis eſt præmium, per. *l. g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui cum unigenito Filio tuo & Spiritu Sco unus es Deus, unus es Dn9, non in unius ſingularitate perſonæ, ſed in unius Trinitate ſubſtantiæ; quod enim de tua gloria revelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sco ſine differentia diſcretionis ſentimus; ut in confeſſione veræ ſempiternæ-

Digitized by Google

ternæque Deitatis, & in perſonis proprietas, & in eſſentia unitas, & in maieſtate adoretur æqualitas, per Xpum. quam laudant angeli. *g. El. gg.*

Ad Comm.

Lætificet nos, quæſumus Dne, huius Sacramenti veneranda ſolemnitas, pariterque mentes noſtras & corpora ſpiritali ſanctificatione fœcundet, & caſtis gaudiis ſemper exerceat, per. *l. g.*

Super populum.

Eccleſia tua, Dne, cœleſti gratia repleatur, & creſcat, atque ab omnibus vitiis expiata percipiat ſempiternæ redemptionis augmentum, & quod in membris ſuis copioſa temporum prærogatione veneratur, ſpiritalium capiat largitate donorum, per Dnm. *l. g.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius invocationibus noſtris, & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, præſta auxilium gratiæ tuæ, ut in exequendis mandatis tuis & voluntate tibi, & actione placeamus, per Dnm nrm. *g.*

Alia.

Deus, qui te in rectis ac ſinceris manere pectoribus aſſeris, da nobis tua gratia tales exiſtere, in quibus habitare digneris, per Dnm nrm. *g.*

Secreta.

Hoſtias nras tibi, Dne, dicatas placato aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui eccleſiæ tuæ filios, ſicut erudire non ceſſas, ita non deſinis adiuvare, ut & ſcientiam recta faciendi, & poſſibilitatem capiant exſequendi, per Xpm. *gg.*

Ad Comm.

Tantis, Dne, repleti muneribus, præſta quæſumus, ut & dona ſalutaria capiamus, & a tua nunquam laude ceſſemus, per. *l. g. gg.*

IIII. Kl. Iun.
Natl. S. SISINNII, MARTYRII, & ALEXANDRI.

Miſſa Ambroſiana.

Exaudi, Dne, populum tuum, toto tibi corde ſubiectum, & interceſſionibus beatiſſimorum martyrum tuorum Siſinnii, Martyrii, & Alexandri, a præſentibus defende periculis & futuris, per Dnm.

Alia.

Maieſtati tuæ nos, quæſumus Dne, martyrum tuorum Siſinnii, Martyrii, & Alexandri interceſſio beata conciliet, ut qui inceſſabiliter actibus nris offendimus, iuſtorum precibus expiemur, per Dnm. *l. gg.*

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, munera tibi dignanter oblata, & beatiſſimorum marryrum Siſinnii, Martyrii, & Alexandri ſuffragantibus meritis ad nræ ſalutis remedium (auxilium) provenire concede, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Teque laudare mirabilem in Sanctis tuis Siſinnio, Martyrio, & Alexandro, quos ante conſtitutionem mundi in æternam tibi gloriam præparaſti, ut per eos huic mundo veritatis tuæ lumen oſtenderes; quos ita Spiritu veritatis armaſti, ut fortitudinem mortis per infirmitatem carnis evincerent; Hi ſunt veri martyres, qui in eccleſiæ prato ſicut roſæ & lilia floruerunt; quos pius ſanguis in prælio confeſſionis roſeo profudit (perfudit) colore, & in præmio paſſionis niveo liliorum flore veſtivit Ihꝰ Xpꝰ Dnꝰ nr, quem una tecum omnipotens Pater cum Sco Spiritu laudant angeli, adorant dominationes.

Ad Comm.

Divino munere ſatiati maieſtatem tuam ſupplices exoramus, omnipotens Deus, ut interceſſionibus Scorum tuorum Siſinnii, Martyrii, & Alexandri propriis careamus culpis, & tuis inhærere valeamus mandatis, per Dnm.

Kal. Iunii. G. & GG.
Dedicatio Baſilicæ S. NICOMEDIS.

Deus, qui nos beati Nicomedis martyris tui meritis & interceſſione lætificas; concede propitius, ut qui eius beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur, per Dnm. *gg.*

Secreta. G. & GG.

Munera, Dne, oblata ſanctifica, & intercedente beato Nicomede martyre tuo

nos per hæc a peccatorum noſtrorum maculis emunda, per Dnm. *gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut quos tuis reficis Sacramentis, intercedente beato Nicomede martyre tuo tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſervire, per Dnm. *gg.* (1)

IIII. Non. Iun. Natl. Sc. MARCELLINI & PETRI. Gel. G.

Lætetur eccleſia tua, Deus, beatorum martyrum tuorum Marcellini & Petri confiſa ſuffragiis, atque eorum precibus glorioſis, & devota permaneat, & ſecura conſiſtat, per Dnm. *g.*

Secreta. G.

Votiva, Dne, munera deferentes in tuorum Marcellini & Petri martyrum paſſione, tuam magnificentiam veneramur, & per eam nobis imploramus tuæ pietatis auxilium, per Dnm. *g. El.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! cognoſcentes, quantum apud te ſit præclara vita Sanctorum, quorum nos etiam mors pretioſa lætificat & tuetur; quapropter martyrum tuorum Marcellini & Petri glorioſa recenſentes natalicia, laudes tibi referimus, & magnificentiam tuam ſupplices exoramus, ut quorum celebramus martyria venerantes, beatitudinis mereamur eſſe conſortes, per Xpm. *El. g g.*

Poſt Comm.

Quæſumus, Dne, ſalutaribus repleti myſteriis, ut quorum ſolemnia celebramus, orationibus adiuvemur, per Dnm. *g. g g.*

Alia.

Intercedentibus Sanctis tuis, Dne, plebi tuæ præſta ſubſidium, ut ab omnibus noxiis expedita, cuncta ſibi percipiat profutura, per Dnm. *g. El.*

Alia Miſſa unde ſupra Gregoriana.

Deus, qui nos annua beatorum Marcellini & Petri martyrum tuorum ſolemnitate lætificas, præſta quæſumus, ut quorum gaudemus meritis, provocemur exemplis. El. gg.

Secreta.

Hoſtia hæc, quæſumus Dne, quam in Sanctorum tuorum natalicia recenſentes offerimus, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet, per Dnm. gg,

Ad Comm.

Sacro munere ſatiati ſupplices te Dne deprecamur, ut quod debitæ ſervitutis celebramus officio, ſalvationis tuæ ſentiamus augmentum, per Dnm. l. gg. (2)

Dominica II. poſt Pentecoſten. Gel.

Deus, in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius invocationibus noſtris, & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, præſta auxilium gratiæ tuæ, ut in exſequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeamus, per. *El. g. g g.*

Alia.

Deus, ſpes luminis ſincerum (*ſincerarum*) mentium luxque perfecta beatorum, qui ve-

re

(1) In *San-Blaſ.* ponitur hic miſſa *In Nat. SS. martyrum tuorum Marcelli & Exuperantii.* Deus qui nos concedis &c. ut in communi martyrum in miſſali *Rom.* miſſa *ſapientiam.*

(2) In *San-Blaſiano In natale S. Bonifacii martyris:* Deus qui multitudinem populorum &c. paullulum diverſa a miſſali *Romano.*

Digitized by Google

re es lumen eccleſiæ tuæ, da cordibus noſtris, & dignam tibi orationem perſolvere, & te ſemper præconiorum munere collaudare, per Dnm nrm. *g.*

Secreta.

Hoſtias nras, Dne, tibi dicatas placatus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui eccleſiæ tuæ filios, ſicut erudire non ceſſas, ita non deſinis adiuvare, ut & ſcientiam recte faciendi, & poſſibilitatem capiant exſequendi, per Xpm. *g. El.*

Ad Comm.

Tantis, Dne, repleti muneribus, præſta quæſumus, ut & ſalutaria dona capiamus, & a tua numquam laude ceſſemus, per D. *l. g. gg.*

Super populum.

Fideles tuos, Dne, benedictio deſiderata confirmet, quæ eos & a tua voluntate numquam faciat diſcrepare, & tuis ſemper indulgeat beneficiis gratulari, per Dnm. *l. g. El.*

V. Id. Iun.

Natl. S. PRIMI & FELICIANI. Gel. (1)

Fac nos, Dne quæſumus, Sanctorum tuorum Primi & Feliciani ſemper feſta ſectari, quorum ſuffragiis protectionis tuæ dona ſentiamus, per Dnm. *l. El.*

Secreta.

Fiat, Dne quæſumus, hoſtia ſacranda placabilis pretioſi celebritate myſterii, quæ & peccata noſtra purificet, & tuorum tibi vota conciliet famulorum, per Dnm. *l. El.*

Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut Sanctorum tuorum cœleſtibus myſteriis celebrata ſolemnitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat, per Dnm. *l. El.*

II. Id. Iun. Natal. S BASILIDIS, CYRINI, NABORIS, & NAZARII. Gel.

Sanctorum Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii, quæſumus Dne, natalicia nobis votiva reſplendeant, & quod illis contulit excellentiam ſempiternam, fructibus noſtræ devotionis accreſcat, per Dnm. *g. El.*

Secreta.

Pro Sanctorum Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii ſanguine venerando hoſtias tibi Dne ſolemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem talis eſt perfecta victoria, per Dnm. *g. El.*

Ad Comm.

Læti, Dne, ſanctorum martyrum Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii ſolemnia celebremus, & eorum patrocinia iugiter ſentiamus, per Dnm. *g.*

Dominica III. Poſt Pentecoſten. Gel.

Sci nominis tui, Dne, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum, quia numquam tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditatem tuæ dilectionis inſtituis, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Deus, qui te in rectis ac ſinceris. *Ut ſupra pag.* 131. *El. g.*

Secreta.

Oblatio nos, Dne, tuo nomini dican-

(1) Sequens miſſa habetur in miſſali *Romano*; in ſacramentario vero *Gregor. Sac-Blaſiano*: *Da nobis Domine Deus noſter Sanctorum martyrum Primi & Feliciani palmas &c.* præmittitur miſſa in natali S. BONIFACII M. *Deus qui multitudinem populorum beati Bonifacii P. atque M. inſtantia &c.*

da purificet, & de die in diem ad cœleſtis vitæ transferat actionem, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. Per X. D. N. cuius hoc mirificum opus ac ſalutare myſterium fuit, ut perditi dudum atque proſtrati a diabolo & mortis aculeo, ad hanc gloriam vocaremur, qua nunc genus electum, ſacerdotiumque regale, ac populus acquiſitionis, & gens ſancta vocamur. Agentes igitur indefeſſas gratias, ſanctamque munificentiam tuam prædicantes, maieſtati tuæ hæc ſacra deferimus, quæ nobis ipſe ſalutis nræ auctor Xp9 inſtituit, per quem maieſt. *g. gg.*

Ad Comm.

Sumptis muneribus, Dne quæſumus, ut cum frequentatione myſterii creſcat nræ ſalutis effectus, per Dnm. *g. gg.*

Denuntiatio Ieiuniorum Primi, Quarti, Septimi, & Decimi menſis.

Gel. (1)

Anniverſarii, fres dilectmi, ieiunii puritatem, qua & corporis acquiritur & animæ ſanctitas, nos commonet illius menſis inſtaurata devotio. Quarta igitur & ſexta feria ſollicito convenientes occurſu, offeram9 Deo ſpiritale ieiunium. Die vero ſabbati apud beatum Petrum, cuius nos interceſſionibus credimus adiuvandos, ſcas Vigilias Xpiana pietate celebremus; ut per hanc inſtitutionem ſalutiferam peccatorum ſordes, quas corporis fragilitate contraximus, ieiuniis & eleemoſynis abluamus, auxiliante Dno nro Ihu Xpo, qui cum Patre & Spiritu Sco vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. *g, El.*

[*Item Alia Gelaſ.*

Illius menſis ieiunia in hac ebdomada nobis tenenda. Ideoque hortamur ſcam fidem vram, ut quarta & ſexta feria vel ſabbato ieiunemus; quatenus divinis inhærendo mandatis, propitiationem Dei nri perſeverantia debitæ ſervitutis optineat, per Dnm nrm Ihm Xpm, qui cum Deo Patre & Spu ſco vivit & regnat. *g. El.*]

Menſis IIII. Feria IIII. ad Scam MARIAM Gelaſ.

Omnipotens & miſericors Deus, apta nos tuæ propitius voluntati, quoniam ſicut ei9 prætereuntes tramitem deviamus, ſic integro tenore dirigimur ad illius ſemper ordinem recurrentes, per Dnm nrm. *g. El.*

Alia.

Da nobis mentem, Dne, quæ tibi ſit placita, quia talibus iugiter, quicquid eſt proſperum, miniſtrabis, per Dnm. *g. El.*

Secreta.

Solemnibus ieiuniis expiatos tuo nōs Dne myſterio congruentes hæc ſacroſancta munera efficiant, quia tanto nobis ſalubri9 adhærent, quanto ea devotius ſumpſerim9, per Dnm. *g. El.*

Ad Comm.

Quos ieiunia votiva caſtigant, tua Dne ſacramenta vivificent, ut terrenis affectib9 mitigatis, facilius cœleſtia capiamus, per Dnm. *g.*

Feria

---

(1) In ſacramentario *Leonino* apud MURATOR. lit. *Rom.* T. I. p. 410. habetur haud abſimilis denuntiatio ſeu *admonitio menſis ſeptimi* aliis concepta verbis.

Digitized by Google

Feria VI. Ad Apoſtolos. Gel.

Ut nobis, Dne, terrenarum frugum tribuas ubertatem, fac mentes noſtras cœleſti fertilitate fœcundas, per Dnm. *g. El.*

Alia.

Fiat tua gratia, Dne, fructuoſus noſtræ devotionis affectus, quia tunc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia, ſi tuæ ſint beneplacita pietati, per Dnm. *g. gg.*

Secreta.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui non ſacrificiorum ambitione placaris, ſed ſtudio piæ devotionis intendis, da familiæ tuæ Spiritum rectum, & habere cor mundum, ut fides eorum hæc dona tibi conciliet, & humilitas optata commendet, per Dnm. *g.*

Ad Comm.

Annue, quæſumus omnipotens Deus! ut ſacramentorum tuorum geſta recolentes, & temporali ſecuritate relevemur, & erudiamur legalibus inſtitutis, per Dnm. *l. g. El.*

Super populum.

Fideli populo, Dne, miſericordiam tuam placatus impende, & præſidia corporis copioſa tribue ſupplicanti, per Dnm. *g. El.*

Sabbato in XII. Lect. ad S. PETRUM. Gel.

Præſta, Dne quæſumus, tales nos fieri tuæ gratiæ largitate, ut bona tua & fiducialiter impetremus, & ſine difficultate ſumamus, per Dnm. *g. El.*

Alia.

Da nobis, Dne quæſumus, regnum tuum iuſtitiamque ſemper inquirere, ut quibus indigere nos perſpicis, clementer facias abundare, per Dnm. *g. El.*

Alia.

Deus, qui nos de præſentibus adiumentis eſſe vetuiſti ſollicitos, tribue quæſumus, ut pie ſectantibus quæ tua ſunt, univerſa nobis ſalutaria condonentur, per te Ihu Xpe, qui cum Deo Patre & Spu ſco. *g. El.*

Alia.

Deus, qui miſericordia tua prævenis non petentes, da nobis affectum maieſtatem tuam iugiter deprecandi, ut pietate perpetua ſupplicibus potiora dependas, per Dnm. *g. El.*

Alia.

Deus, qui non deſpicis corde contritos & afflictos miſeriis, populum tuum ieiunii ad te devotione clamantem propitiatus exaudi, ut quos humiliavit adverſitas, attollat reparationis tuæ proſperitas, per Dnm. *g. El.*

Ad Miſſas.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius, ut nos famulos tuos non exuret flamma vitiorum, per. *g. gg.*

Secreta.

Dne Deus noſter, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis noſtræ præſidium condidiſti, tuo quoque nomini munera iuſſiſti dicanda conſtitui, tribue quæſumus, ut & vitæ nobis præſentis auxilium, & æternitatis efficiant ſacramentum, per Dnm. *g. El.*

Ad Comm.

Sumptum, quæſumus Dne, venerabile ſacramentum, & præſentis vitæ ſubſidio nos foveat & æternæ, per Dnm. *g. El.*

Super populum.

Proficiat, Dne, quæſumus plebs tibi dicata piæ devotionis affectu, ut ſacris actionibus erudita, quanto maieſtati tuæ ſit gratior, tanto donis potioribus augeatur, per D. *g. El.*

Domi-

Dominica IIII. Poſt Pentecoſten. Gel.

Deprecationem noſtram, quæſumus Dne, benignus. *Ut ſupra p.* 130. *gg.*

Alia.

Tempora noſtra, quæſumus Dne, pio favore proſequere, & quibus curſum tribuis largiorem, præſta continuum benignus auxilium, per Dnm. *El.*

Secreta.

Munera, Dne, oblata ſanctifica, ut tui nobis Unigeniti corpus & ſanguis fiant, per eundem Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! illa feſta recolentes, quib9 nræ mortalitati procuratur immortale commercium, ac temporali vitæ ſubrogatur æternitas, & de peccati pœna peccata mundantur, mirisque modis conficitur de perditione ſalvatio, ut ſtatus conditionis humanæ, qui per felicitatis inſolentiam venit ad triſtitiam, humilis & modeſtus ad æterna gaudia redeat per mœrorem, per Xpm. *gg.*

Ad Comm.

Hæc nos communio, Dne, purget a crimine, & cœleſtibus remediis faciat eſſe conſortes, per Dnm. *l. gg.*

XVII. Kl. Iul. Natl. S. VITI Mart. G. & A.

Da eccleſiæ tuæ, Dne, quæſumus ſco Vito intercedente ſuperbe non ſapere, ſed tibi placita humilitate proficere, ut proterva deſpiciens, quæcumque matura ſunt, libera exerceat caritate, per. *l. g.*

Alia. A.

Deus, qui nos beati Viti martyris tui meritis & interceſſione lætificas! concede propitius, ut qui eius beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur, per Dnm. *gg.*

Secreta. G.

Sicut gloriam divinæ potentiæ munera pro ſcis oblata teſtantur, ſic nobis effectum, Dne, tuæ ſalvationis impendant, per Dnm. *g.*

Alia Secreta.

Maieſtatem tuam ſuppliciter imploramus, omnipotens Deus, ut ſicut gloriam divinæ potentiæ tuæ munera pro ſanctis oblata teſtantur, ſic nobis effectum tuæ ſalvationis impendant, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus, beati Viti martyrio gloriantes, cui admirandam gratiam in tenero adhuc corpore, & necdum virili more maturo, virtutem fidei, & patientiæ fortitudinem tribuiſti, ut ſævitiæ perſecutoris non cederet conſtantia puerilis, quæ inter acerba ſupplicia nec ſenſu potuerit terreri, nec ætate frangi, ut glorioſior fieret corona martyrii, per X. vel Et ideo cum angelis. (1)

Ad Comm. G. & A.

Refecti, Dne, benedictione ſolemni, quæſumus, ut per interceſſionem ſci Viti medicina ſacramenti cœleſtis & corporibus nris proſit, & mentibus, per Dnm. *g.*

XIIII.

(1) Præfatio hæc habetur etiam in ſacramentario *San-Blaſiano*, quodque de puerilis ætatis conſtantia in martyrio dicitur, etiam in prima oratione exprimitur: *Deus qui beatum Vitum in puerili adhuc ætate triumphantem coronaſti & Modeſtum atque Creſcentiam eius meritis coæquaſti &c.* Sequuntur orat. *in nat. Sanctorum tuorum Aurei & Iuſtini.* Sanctorum tuorum Aurei & Iuſtini, quæſumus Dne, natalitia nobis votiva reſplendeant, & quod illis contulit excellentiam ſempiternam, fructus noſtræ devotionis accreſcat. Per.

Secreta.

Pro Sanctorum Aurei & Iuſtini ſanguine venerando hoſtias tibi Dne, ſolemnes immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quæ talis eſt victoria. Per.

Ad communionem.

Semper, Dne, Sanctorum martyrum Aurei & Iuſtini ſolemnia celebrantes, præſta quæſumus, ut eorum patrocinia iugiter ſentiamus. Per.

Digitized by Google

XIIII. Kl. Iulii.

Natl. MARCI & MARCELLIANI.

Sanctorum tuorum nos, Dne, Marci & Marcelliani natalitia tueantur; quia tanto fiducialius tuo nomini ſupplicamus, quanto frequentius martyrum benedictionibus confovemur, per Dnm. *g.*

Secreta.

Suſcipe, Dne, munera tuorum populorum votiva, & ſcorum Marci & Marcelliani tibi precibus eſſe grata concede, pro quorum ſolemnitatibus offeruntur, per Dnm. *l. g.*

Ad Comm.

Salutaris tui, Dne, munere ſatiati ſupplices exoramus, ut cuius lætamur guſtu, renovemur effectu, per Dnm. gg.

Unde ſupra Alia Miſſa Gregoriana.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui Sanctorum tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum interceſſione liberemur, per Dnm. gg.

Secreta.

Munera, Dne, tibi dicata ſanctifica, & intercedentibus beato Marco & Marcelliano per eadem nos placatus intende, per. gg.

Ad Comm.

Salutaris tui, Dne, munere ſatiati. &c. per Dnm.

Item eodem die Vigl. GERVASII & PROTASII. G. & A.

Martyrum tuorum, Dne, Gervaſii & Protaſii natalitia præeuntes, ſupplices te rogamus, ut quos cœleſti gloria ſublimaſti, tuis concedas adeſſe fidelibus, per Dnm. *g.*

Alia. A.

Concede, quæſumus Dne, populo tuo veniam peccatorum, & religionis augmentum, atque ut ei tua dona multiplices, ſcorum martyrum tuorum Protaſii & Gervaſii patrocinia fac adeſſe, & largire præſidia, per Dnm.

Secreta. G. & A.

Sacrificium, Dne, quod pro ſanctis martyribus tuis Protaſio & Gervaſio prævenit noſtra devotio, eorum merito nobis augeat te donante ſuffragium, per D. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui licet in omnium Scorum tuorum ſis protectione mirabilis, in his tamen beatiſſimis martyribus tuis Protaſio & Gervaſio ſpeciale tuum munus agnoſcimus; quos fratres ſorte naſcendi, magnifica præſtitiſti paſſione germanos, ut ſimul eſſent & venerandæ genitricis, & florentiſſimæ proles eccleſiæ, per Xpm.

Ad Comm. G.

Sumpti ſacrificii, Dne, perpetua nos tuitio non relinquat, & noxia ſemper a nobis cuncta depellat, per D. *l. g.*

XIII. Kal. Iul. Natl.

S. GERVASII & PROTASII. G. & A.

Sanctorum martyrum tuorum nos Dne Protaſii & Gervaſii confeſſio beata communiat, & fragilitatis nræ ſubſidium dignanter exoret, per Dnm. *g. El.*

Secreta. A.

Concede nobis, omnipotens Deus, ut his muneribus, quæ pro Scorum martyrum Gervaſii & Protaſii honore deferimus, & te placemus exhibitis, & nos vivificemur acceptis, per D. *g. El.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! Ecce enim iuſti tui beatus Gervaſius & Protaſius memorabiliter epulantur, cum pariter & in cœlis pane ſatiantur angelico, & pro eorum recordatione ſolemni, divinis eccleſia tua paſcitur alimentis, per X.

Ad Comm. G. & A.

Da, quæſumus omnipotens Deus, ut myſteriorum tuorum virtute ſatiati ſanctorum Protaſii & Gervaſii martyrum interceſſionibus vita noſtra firmetur, per. *l. g. El.*

Unde ſupra alia Miſſa Gregoriana.

Deus, qui nos annua Sanctorum tuorum Protaſii & Gervaſii ſolemnitate lætificas; concede propitius, ut quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis, per. gg.

Secreta.

Oblatis, quæſumus Dne, placare muneribus, & intercedentibus Sanctis tuis a cunctis nos defende periculis, per D. gg.

Ad Comm.

Hæc nos communio, Dne, purget a crimine, & intercedentibus Sanctis tuis cæleſtis remedii faciat eſſe conſortes, per. l. gg.

Item unde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, quas in beatiſſimorum martyrum tuorum Protaſii & Gervaſii commemoratione deferimus, ut qui nræ iuſtitiæ fiduciam non habemus, eorum, qui tibi placuerunt, meritis & interceſſionibus adiuvemur, per. *l. g g.*

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut nos geminata lætitia hodiernæ feſtivitatis excipiat, quæ de beatiſſimorum martyrum tuorum Protaſii & Gervaſii glorificatione procedit, quos eadem fides & paſſio fecit eſſe germanos, per. *l. g g.*

Secreta.

Prætende munera, quæſumus Dne, altaribus tuis, pro beatiſſimorum martyrum tuorum Protaſii & Gervaſii commemoratione præpoſita, ut ſicut per hæc beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris, per. g.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui militibus tuis, pro tui nominis amore certantibus, virtutem fidei contuliſti, inter quos & pios fratres beatum Protaſium & Gervaſium aggregare dignatus es, quos pater dudum præceſſerat adeptus martyrii palmam; hi ſunt, qui vexillo cœleſti ſignati, victricia apoſtoli arma ſumpſerunt, & a mundanis nexibus abſoluti, nequiſſimi hoſtis vitiorum aciem proſternentes, liberi & expediti Xpm Dnm ſunt ſecuti. O quam felix germanitas, quæ ſacris inhærendo eloquiis, nullo potuit interpolari contagio. O quam glorioſa certaminis cauſa! ubi pariter coronantur, quos unus uterus maternus effudit; pro quorum triumphis & fœcundiſſima mater lætatur eccleſia, quæ per beatum Ambroſium tales meruit ſoboles reperire, qui ſibi conferant ſigna virtutum, & gloriam, per eundem Xpm Dnm.

Ad Comm.

Quos donis cœleſtibus ſatiaſti, ſcorum martyrum tuorum Protaſii & Gervaſii Dne defende præſidiis, ut a noxiis omnibus expediti, poſt ſalutaria tua toto corde curramus, per. *l.*

X. Kl. Iul. Natl. S. IULIANI Mart. (1)

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui triumphum laudabilem beati Levitæ & martyris Iuliani recolimus, digna ipſius imitatione ſectando, gaudiorum eius effici mereamur particípes, per.

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens & miſericors Deus, ut ſicut beatum Iulianum coniugali thoro ſociatum, virginitatis cultu decibiliter decoraſti, ita & nos famulos tuos per eius interceſſionis auxilium, a ſordibus piaculorum abluas, & corda nra claritate tuæ gratiæ irradiare digneris, per.

Secreta.

Accepta tibi ſint, quæſumus Dne, munera, quæ in die ſolemnitatis beati martyris tui Iuliani deferimus, ut ea maieſtati tuæ ſint placita, ſicut illius effuſio ſanguinis apud te exſtitit pretioſa, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Per X. D. N. qui tyrannica poteſtate depreſſa, ita ſuos milites extulit, ut angelicis in terris fruerentur conſortiis, & divinis ubique munirentur auxiliis, ad cuius ſtadium nobilis Iulianus martyr lætus accurrens, ſignifer efficitur fidei, digniſſimus Dni præliator. Elegit cum coniuge membra ſervare virginea, & fortior ad luctamina properavit; ſociavit ſibi Scorum choros, quos

(1) Inſigne Iuliani, cum ſua coniuge, in Præfatione deſcribitur martyrium, nuſpiam tamen eius feſtum in ſacramentariis aliis reperi. In *San-Blaſiano* eo loco miſſa In Natali SS. MM. Albani & Geneſii legitur. Ad diem vigeſimam primam *Iunii* in martyrol. *Rom.* recenſetur Albanus M. qui *Moguntiæ* paſſus eſt, & die ſequenti cognominis in *Britannia* paſſus cum ſocio milite, cuius tamen tacetur nomen.

Digitized by Google

quos flammeo globo conſumptos præmiſit coronatos ad Xpm; dehinc contemptis ſacrilegis carnificum iuſſis, acerbiſſima tormenta pœnarum non metuens, Dei filium voce libera proteſtatur. O felix & digniſſimus miles Xpi! qui non ſolum contempſit tyrannum, ſed & filium eius abſtulit, fecitque Xpicolam, & ad ſuſcipiendam martyrii palmam ſecum pariter incitavit; ceditur, ferreis vinculis oneratur, horribili fœtore perfuſus, cuſtodiæ traditur, flammeis ardoribus eructanti immergitur cubæ, ex capite cutis depellitur, fævis in theatro beſtiis traditur; ſed in his omnibus angelica protectione defenſus, dignam ad ultimum effuſio ſanguinis dedit victoriæ palmam, per eund.

Ad Compl.

Omnipotens & miſericors Deus, qui athletam tuum Iulianum tormenta horrifica ſuperare fecifti! concede, ut qui eius triumphi diem annue celebramus, inſuperabiles tua protectione ab hoſtis inſidiis maneamus, per. (1)

Dominica V. poſt Pentecoſten. Gel.

Protector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, ut te rectore, te duce ſic tranſeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna, per Dnm. *gg.*

Alia.

Propitiare, Dne, humilitati noſtræ, & reſpice ſervitutem, ut pacis tuæ abundantia tempora noſtra cumulentur, per.

Secreta.

Reſpice, Dne, munera ſupplicantis eccleſiæ, & ſaluti credentium perpetua ſanctificatione ſumenda concede, per. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! omnipotentiam tuam iugiter implorantes, ut quibus annua celebritatis huius vota multiplicas, plenam divini cultus gratiam largiaris, & per augmenta corporea profectum clementer tribuas animarum, ut ad immutabile bonum per mutabilia bona veniamus, temporalique lætitiæ gaudia ſempiterna ſuccedant, per Xpm. *El. gg.*

Ad Compl.

Sancta tua nos, Dne, ſumpta vivificent, & miſericordiæ ſempiternæ præparent expiatos, per Dnm. *g g.*

VIIII. Kal. Iul.

Vigil. Sci IOHAN. Baptiſtæ.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut familia tua per viam ſalutis incedat, & beati Iohannis præcurſoris hortamenta ſectando, ad eum, quem prædixit, ſecura perveniat, Dnm nrm. *g g.*

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ut populus tuus ad plenæ devotionis affectum beati baptiſtæ Iohannis natalitiis præparetur, quem promiſiſti (*præmiſiſti*) filio tuo parare plebem perfectam Ieſu Xpo Dno noſtro, qui tecum vivit. *g.*

Secreta.

Munera populi tui, Dne, propitiato intende, & beati Baptiſtæ Iohannis, cuius nos tribuis præire ſolemnia, fac gaudere ſuffragiis. *g.*

Alia Secreta *in conceptione.*

Munera, Dne, oblata ſanctifica, & inter-

(1) In *San-Blaſ.* inter feſtum SS. GERVASII & PROTASII & vigil. S. Io *Bapt.* legitur ſequens miſſa In natale SS. ALBANI & GENESII: vide ſupra p. 137.

Sanctorum tuorum nos, Dne, Albani & Geneſii natalicia tueantur, quia tanto fiducialius tuo nomini ſupplicamus, quanto frequentius martyrum benedictionibus confovemur. Per.

Secreta.

Suſcipe, Dne, munera tuorum populorum votiva, & Sanctorum Albani & Geneſii tibi precibus eſſe grata concede, pro quorum ſolemnitatibus offeruntur. Per.

Ad commun.

Saluterit tui, Dne, munere ſatiati ſupplices exoramus, ut quorum lætamur guſtu, renovemur effectu. Per.

Digitized by Google

tercedente beato Iohanne Baptiſta, nos per hæc a peccatorum (noſtrorum) *maculis emunda, per Dnm.* gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! exhibentes ſolemne ieiunium, quo beati Iohannis Baptiſtæ natalitia prævenimus, cuius genitor verbi Dni nuntium dubitans naſciturum, vocis eſt privatus officio, & eodem recepit naſcente ſermonem; quique angelo promittenti non credens obmutuit, magnifici præconis exortu eloquens factus eſt propheta; materque pariter ſterilis ævoque confecta, non ſolum puerperio facta eſt fœcunda, ſed etiam (*beatæ*) Mariæ fructum benedictum ſedula voce, repleta Spiritu divinitatis, aſſeruit. Per quem. *El. gg.* *Ad Comm.*

Beati Iohannis Baptiſtæ, nos (*quæſumus*) Dne, præclara comitetur oratio, & quem venturum eſſe prædixit, poſcat (*nobis*) favere placatum, Dnm nrm. *g. gg.*

Alia.

Beati nos, Dne, Baptiſtæ Iohannis oratio, & intelligere Xpi tui myſterium poſtulet, & mereri, per eundem Dnm. *g.*

Alia Miſſa Ambroſiana in conceptione.

Virtutum cœleſtium Deus, qui nos annua beati Iohannis Baptiſtæ ſolemnia frequentare concedis; præſta quæſumus, ut per te ſecuris eadem mentibus celebremus, & eius patrocinio promerente plenæ capiamus ſecuritatis augmentum, per Dnm. *l.*

Alia.

Beati Iohannis Baptiſtæ nos Dne. *Ut ſupra.*

Secreta.

Tua, Dne, muneribus altaria cumulamus, illius nativitatem honore debito celebrantes, qui Salvatorem mundi & cecinit affuturum, & adeſſe monſtravit Dnm nrm. *vel* qui tecum. *l. g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Exhibentes ſolemne ieiunium, quo Iohannis Baptiſtæ natalitia prævenimus; cuius genitor, dum eum dubitat naſciturum, ſermonis amiſit officium, & eo naſcente & ſermonis uſum, & prophetiæ ſuſcepit donum; cuiusque genitrix ſenio confecta, ſterilitate multata, in eius conceptu non ſolum ſterilitatem amiſit, fœcunditatem acquiſivit, ſed etiam Spiritum ſanctum, quo mater Dni & Salvatoris agnoſceretur, accepit, per quem maieſtatem tuam. Vid. col. præced. *El. gg.*

Ad Comm. In conceptione.

Sancti nos, quæſumus Dne, Baptiſtæ Iohannis oratio & aſſequi faciat ſemper mente, quæ gerimus, & debitæ ſervitutis actione ſectari, per Dnm.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui etiam in beati Iohannis generatione promenda, confeſſionem ſacræ tibi plebis inſtituis, auge in nobis fidei pietatisque conſtantiam, ut magis magisque fateamur excellentiam nuntiati, cum tanta ſit gloria nuntiantis, qui tecum. *l.*

VIII. Kal. Iul.
Natl. Sci IOHANNIS Baptiſta.
In prima Miſſa.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui beati Iohannis Baptiſtæ ſolemnia colimus, eius apud te interceſſione muniamur, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Deus, cuius miſericordia præcurrente ſalvamur, reſpice propitius ad tanti ſolemnia præcurſoris, ut ſacrificium, quod natalitio eius munere gratulantes offerimus, & indulgentiam nobis obtineat & favorem. Alia.

Munera, Dne, oblata ſanctifica, & interced. Ut ſupra. gg.

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui cœleſtia alimenta percepimus, intercedente beato Iohanne Baptiſta per hæc contra omnia adverſa muniamur, per D. *gg.*

Item ad Miſſam.

Deus, qui præſentem diem honorabilem nobis in beati Iohannis nativitate feciſti;

Digitized by Google

ciſti; da populis tuis ſpiritalium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis æternæ, per Dnm. *l. g. gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui inſtituta legalia, & Scorum præconia prophetarum, in dieb9 beati Baptiſtæ Iohannis impleſti! præſta quæſumus, ut ceſſantibus ſignificationum figuris ipſa ſui manifeſtationem veritas eloquatur Ih9 Xp9 Dn9 noſter, qui tecum. *l. g.*

Secreta.

Tua, Dne, muneribus altaria cumulamus, ſci Iohannis nativitatem honore debito. *Ut ſupra. l. g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et præcipue in die feſtivitatis hodiernæ, qua beatus Iohannes exortus eſt; qui vocem matris Dni nondum editus ſenſit, ſed & adhuc clauſus utero adventum ſalutis humanæ prophetica exultatione geſtivit; qui & genitricis ſterilitatem conceptus abſtulit, & patris linguam natus abſolvit, ſolusque omnium prophetarum redemptorem mundi, quem prænuntiavit, oſtendit. Et ut ſacræ purificationis effectum aquarum natura conciperet, ſanctificandis Iordanis fluentis ipſum baptiſmo baptiſmatis lavit auctorem; per quem. *El. Vatic.*

Ad Comm.

Sumat eccleſia tua, Deus, beati Iohannis Baptiſtæ generatione lætitiam, per quem ſuæ regenerationis cognovit auctorem, per eundem. *g. gg.*

Unde ſupra. Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui hunc diem ortu præconis tui atque Baptiſtæ Iohannis conſecrare dignatus es, cum puerperium mater ſterilis, & vocem Pater mutus accepit! concede propitius, ut illud, quod ſalvator noſter geſſit in Iordane myſterio, hoc in omnibus catholicis ſemper celebretur eccleſiis, per eundem Dnm.

Alia.

Præcurſoris tui Iohannis Baptiſtæ nos, quæſum9 Dne, interceſſio ſancta commendet, ut & ſpiritalibus mereamur eius prædicationibus erudiri, & eo quo præcipis, ipſo iuvante noſtra poſſit pervenire fragilitas, qui vivis.

Secreta.

Reſpice, Dne, ad hæc munera, quæ te ſanctificante ſacramus, & ſicut beatus Iohannes Baptiſta factus eſt præcurſor & præparator viæ Dni nri Ihu Xpi, ita & pro noſtris infirmitatibus te protegente interceſſor exiſtat, per eundem.

Præfatio.

VD. æterne Deus, & in die feſtivitatis hodiernæ. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Tribue, quæſumus omnipotens Deus, ut ſicut nos donis cœleſtibus ſatias, ita in beati Iohannis Baptiſtæ nativitate defende præſidiis, ut quod ille de filii tui nativitate prædicavit, nobis proſit ad ſalutem, per eundem.

[*Alia Orat.* (1)

Da, quæſumus miſericors Deus, ut myſticis eccleſia tua beati Baptiſtæ Iohannis exordiis, & ſacris erudita præconiis, ad iram venturi iudicii declinandam, dignos ſalutis fructus iugiter operetur, per Dnm.] *g.*

Alia.

Deus, qui nos beati Iohannis Baptiſtæ concedis natalitio perfrui, eius nos tribue meritis adiuvari, per Dnm. *gg.*

Ad fontes.

Omnipotens ſempiterne Deus, da cordibus noſtris illam tuarum rectitudinem

(1) Sequentes orationes eodem ordine ac numero leguntur in ſæpe laudato antiquiſſimo cod. orationum *Gallenſi* inſcriptæ, *orationes ad matut. ſive ad veſp.*

ſemitarum, quam beati Iohannis Baptiſtæ in deſerto vox clamantis edocuit, per Dnm. *l. gg.*

Alia.

Deus, qui conſpicis, quia nos undique mala nra contriſtant, per præcurſorem gaudii corda nra lætifica, per eund. Dnm. *gg.* [*Alia.*

Da, quæſumus omnipotens Deus, intra ſcæ eccliæ uterum conſtitutos, eo nos Spiritu ab iniquitate nra iuſtificari, quo beatum Iohannem intra viſcera materna docuiſti, per Dnm. in unit. eiusd *gg.*

Alia.

Deus, qui nos annua beati Iohannis Baptiſtæ ſolemnia frequentare concedis, præſta quæſumus, ut & devotis eadem mentibus celebremus, & eius patrocinio promerente plenæ capiamus ſecuritatis augmentum, per Dnm. *gg.*

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus, qui beatum Iohannem Baptiſtam tua providentia deſtinaſti, ut perfectam plebem Xpo Dno præpararet: da quæſumus, ut familia tua huius interceſſione præconis, & a peccatis omnibus exuatur, & ad eum, quem prophetavit, pervenire mereatur, per eundem.] *l. gg.*

VII. Kl. Iul. Vigl.

S. IOHANNIS & PAULI. Gel.

Beatorum martyrum Iohannis & Pauli natalitia veneranda, quæſumus Dne, eccleſia tua devota ſuſcipiat, & fiat magnæ glorificationis amore devotior, per D. *l. g.*

Secreta.

Sint tibi, Dne quæſumus, nri munera grata ieiunii, quia tunc eadem in ſcorum tuorum Iohannis & Pauli digne commemoratione deferimus, ſi & actus illorum pariter ſubſequamur, per Dnm. *l. g.*

Ad complendum.

Protege, Dne, plebem tuam, & quam martyrum tuorum Iohannis & Pauli aſſidua tribuis feſtivitate devotam, tibi ſemper placitam fieri precibus concede iuſtorum, per Dnm. *l. g.*

VI. Kl. Iul. Natl.

S. IOHANNIS & PAULI.

Quæſumus omnipotens Deus, ut nos geminata lætitia hodiernæ feſtivitatis excipiat, quæ de beatorum Iohannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides & paſſio vere fecit eſſe germanos. *l. g. gg.*

Secreta.

Hoſtias altaribus tuis, Dne, placationis imponimus, potentiam tuam in ſcorum tuorum paſſionibus honorando, & per eos nobis implorando veniam peccatorum, per D. *l.*

Alia. GG.

Hoſtias tibi, Dne, ſcorum martyrum tuorum Iohannis & Pauli dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per D. l. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia beati martyres tui Iohannes & Paulus, quorum feſta prædicamꝰ, veraciter impleverunt, quod Davidica voce canitur: ecce quam bonum, & quam iocundum, habitare fratres in unum: naſcendi lege conſortes, fidei ſocietate coniuncti, paſſionis æqualitate conſi-

conſimiles, in uno ſemper Dno glorioſi; quem pariter confeſſi ſunt permanentem in æternum; & ideo.

Ad Comm.

Sumpta munera, Dne, nræ ſanctificationi tuorum precibus concede ſcorum, per D. *g.*

Alia.

Sumpſimus, Dne, ſcorum tuorum ſolemnia celebrantes, cœleſtia ſacramenta! praſta quæſumus, ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis conſequamur, per D. l. gg.

IIII. Kl. Iul. Nat. S. Leonis Papæ. GG.

Deus, qui beatum Leonem pontificem ſcorum tuorum meritis coæquaſti! concede propitius, ut qui commemorationis eius feſta percolimus, vitæ quoque imitemur exempla, per. gg.

Secreta.

Annue nobis, Dne, ut (1) *interceſſione beati Leonis nobisbæc proſit oblatio, quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta, per Dnm.* gg.

Ad Comm.

Deus, qui animæ famuli tui Leonis, æternæ beatitudinis præmia contuliſti! concede propitius, ut qui peccatorum nrorum pondere premimur, eius apud te precibus ſublevemur, per Dnm. gg.

Eodem die Vigilia Sci PETRI.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in apoſtolicæ confeſſionis petra ſolidaſti, per Dnm. *gg.*

Alia.

Deus, qui nobis beatorum Aplorum Petri & Pauli natalitia glorioſa præire concedis, tribue quæſumus, eorum nos ſemper & beneficiis prævenire, & orationibus adiuvari, per D. *g. El.*

Secreta.

Munera, Dne, tuæ glorificationis offerimus, quæ tibi pro noſtris grata ieiuniis ſcorum Aplorum quæſumus deprecatio, quorum ſolemnia prævenimus, efficiat, per D. *l. g. El.*

Alia Secreta.

Munus populi tui, Dne quæſumus, aplica interceſſione ſanctifica, nosque a peccatorum nrorum maculis emunda, per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! apud quem licet cum beatorum Aplorum continuata feſtivitas, & æterna celebritas, atque triumphi cœleſtis perpetuus ſit natalis: nos tamen beatæ confeſſionis eorum initia recolentes, annua tribuis devotione gaudere, ut crebrior honor ſacratiſſimæ paſſioni repenſus, maiorem nobis retributionis gratiam largiatur, per Xpm. *l. g.* in feſto *El. gg.*

Præfatio alia.

VD. & iuſtum eſt, æquum & ſalutare; te Dne ſuppliciter exorare, ut gregem tuum paſtor æterne non deſeras, ſed per beatos Apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias, ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contuliſti præeſſe paſtores; & ideo. gg.

Ad Comm.

Quos cœleſti, Dne, alimento ſatiaſti,

apo-

(1) *In aliis legitur:* ut animæ famuli tui Leonis hæc proſit. Conf. diſquiſ. IX. C. II. p. 898.

Digitized by Google

apoſtolicis interceſſionibus ab omni adverſitate cuſtodi, per D. *gg.*

[*Unde ſupra Miſſa Ambroſiana.*

Familiam tuam, Dne, propitius intuere, & apoſtolicis fove præſidiis, ut eorum precibus gubernetur, quibus nititur te conſtituente principibus, per D.] (1) *l. gg.*

Alia.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, & Apoſtolorum tuorum Petri & Pauli tuere præſidiis, quorum donaſti fideles eſſe doctrinis, qui vivis. l. g. g g.

Secreta.

Munera ſupplices, Dne, tuis altaribus adhibemus, ut quantum de noſtro merito ſumq formidantes, tantum beatorum Petri & Pauli, pro quorum ſolemnitatibus offeruntur, interceſſione gloriemur ſalvandi, per Dnm.

Præfatio.

VD. æterne Deus! apud quem licet cum beatorum. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Sumpto, Dne, ſacramento beatis Apoſtolis intervenientibus deprecamur, ut quod temporaliter gerimus, capiamus æternum, per D.

Ad Veſper. (2)

Apoſtolicis nos, quæſumus Dne, beatorum Petri & Pauli attolle præſidiis, ut quanto fragiliores ſumus, tanto validioribus auxiliis foveamur, per Dnm. *g.*

[*Ad Vigil. Noctis.*

Deus, qui eccleſiam tuam Apli tui Petri fide & nomine conſecraſti, quique beatum illi Paulum ad prædicandum gentibus gloriam tuam ſociare dignatus es! concede, ut omnes, qui ad Aplorum tuorum ſolemnia convenerunt, ſpiritali remuneratione ditentur, per Dnm.] *gg.*

Ad Matut.

Deus, qui ligandi ſolvendique licentiam tuis Aplis contuliſti, da quæſumus, ut per ipſos a terrenis vitiis expediti, liberi poſſimus cœleſtibus intereſſe myſteriis, per Dnm. *g.*

Alia.

Deus, cui & martyrum fides, & veneranda ſanctorum vita complacuit, quique gradientem Aplum Petrum in elemento liquido confirmaſti! nos quoque ſæculi turbine fluctuantes, dexteræ tuæ protectione conſerva, per Dnm.

Alia.

Apoſtolico, Dne quæſumus, beatorum Petri & Pauli patrocinio nos tuere, & eosdem, quorum tribuiſti ſolemnia celebrare, fac noſtros ſemper eſſe cuſtodes, per Dnm.

III. Kl. Iul. Natl.
Sanctorum PETRI & PAULI.

Deus, qui hodiernam diem Aplorum tuorum Petri & Pauli martyrio conſecraſti; da eccleſiæ tūæ eorum in omnibus ſequi præceptum, per quos religionis ſumpſit exordium, per Dnm. *l. g. gg.*

Alia.

Largiente te, Dne, beatorum Petri & Pauli natalitium nobis (3) effulſit! concede quæſumus, ut hodiernæ gloria paſſionis, ſicut illis magnificentiam tribuit ſempiternam, ita nobis munimen operetur perpetuum, per Dnm. *l. g.*

Secreta.

Hoſtias, Dne, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, apoſtolica proſequatur oratio, per quam nos expiari tribuas, & defendi, per Dnm. *l. gg.*

Præ-

---

(1) Oratio hæc legitur in antiquiori cod. *San-Gall.* in ipſo feſto S. PETRI inter alias orationes.

(2) Sequens oratio in mox iterum laudato cod. orationum *San-Gall.* notatur *Item in natl. apoſtolorum Petri & Pauli ad vigilias. ad veſperas.* Cum proximis duabus *ad vigil. nocte.* Deus qui eccleſiam tuam &c. *Ad matutinas.* Deus qui ligandi &c.

(3) In Leon. additur: *lumen effulſit.*

Digitized by Google

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare, te Dne ſuppliciter exorare. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Sumptis, Dne, remediis ſempiternis tuorum mundentur corda fidelium, ut apoſtolici Petri & Pauli natalis inſignia, quæ corporalibus officiis exſequuntur, pia cordis intelligentia comprehendant, per *g.*

Alia ad Comm.

Quos cæleſti, Dne, alimento ſatiaſti. Ut ſupra. g.

Ad Veſp.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui eccleſiam tuam, in apoſtolica ſoliditate fundatam, ab infernarum eruis terrore portarum: præſta, ut in tua veritate perſiſtens, nulla recipiat conſortia perfidorum. *l. gg.*

Alia.

Deus, qui Apoſtolo tuo Petro collatis clavibus regni cæleſtis ligandi atque ſolvendi pontificium tradidiſti: concede, ut interceſſionis eius auxilio, a peccatorum noſtrorum nexibus liberemur, per Dnm. g. gg.

Unde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Omnipotens ſempiterne Deus, da populis tuis Aplorum tuorum Petri & Pauli natalem plena devotione venerari, ut quorum doctrinis & confeſſione Trinitatis unius inſtitutus eſt mundus, eorum ſuffragantibus meritis divinæ ſerviat unitati, per Dnm.

Alia.

Deus, qui confitentium tibi redemptor es animarum, quarum piſcator beatus Petrus Aplus, atque ovium paſtor tua præceptione cognoſcitur, annue miſericors precibꝫ nris, & populo tuo pietatis tuæ dona concede, qui cum Patre & Spu ſco.

Secreta.

Munera plebis tuæ, Dne, beatiſſimorum Apoſtolorum tuorum Petri & Pauli fiant grata ſuffragiis, ut quorum triumphis tuo nomini deferuntur, ipſorum digna perficiantur & meritis, per Dnm. *l.*

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; Nos tibi ſemper & ubique in honore Apoſtolorum Petri & Pauli gratias agere; quos ita electio tua conſecrare dignata eſt, ut beati Petri ſæcularem piſcandi artem in divinum dogma verteret, quatenus humanum genus de profundo inferni præceptorum tuorum retibus liberaret; nam Coapoſtoli eius Pauli mentem cum nomine mutaſti, & quem prius perſecutorem metuebat eccleſia, nunc cœleſtium mandatorum lætatur ſe habere doctorem. Paulus cæcatus eſt, ut videret; Petrus negavit, ut crederet. Huic claves cœleſtis imperii, illi ad evocandas gentes divinæ legis ſcientiam contuliſti. Nam ille introducit, hic aperit: ambo igitur virtutis æternæ præmia ſunt adepti. Hunc dextera tua gradientem in elemento liquido, dum mergeretur, erexit; illum autem tertio naufragantem profunda pelagi fecit vitare diſcrimina: hic portas inferni, ille mortis vicit aculeum: & Paulus capite plectitur, quia gentium caput fidei probatur; Petrus autem præmiſſis veſtigiis caput omnium noſtrum ſecutus eſt Xpm, quem una tecum omnipotens Pater cum Sancto.

Ad Comm.

Perceptis, Dne, ſacramentis ſuppliciter te rogamus, ut intercedentibus beatiſſimis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, quæ pro illorum veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad ſalutem, per Dnm. *Compoſ. ex g. g g.*

[*Al. Orat.* G. GG.

Familiam tuam, Deus, propitius intuere, & apoſtolicis defende præſidiis: ut eorum precibus gubernetur, quibus nititur te conſtituente principibus, per Dnm. *l. gg.* *Alia.* (1)

Concede, quæſumus Dne, Apoſtolos tuos

(1) Duæ ſequentes orationes in collectario, ſeu cod. orationum *San-Gallenſi* notantur: *Item orationes in natiuitate eiusdem ad matut. ſiue ad veſp.* moxque ultimæ *Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Apoſtolorum.* cordium tantum refertur, a fine iterum ut ad initium manco codice. Referenda autem eſt hæc oratio ad feſtum omnium Apoſtolorum, ut in diſquiſit. notavimus, hic celebrari olim ſolitum, ritu nuperrime in ditionibus *Auſtriacis* reſtituto.

tuos intervenire pro nobis: quia tunc nos ſalvari poſſe credimus (al. *confidimus*) ſi eorum precibus tua gubernetur eccleſia, quibus utitur te conſtituente principibus, per. *l. g.*] Alia. GG.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, & Apoſtolorum tuorum nos tuere præſidiis, quorum donaſti fideles eſſe doctrinis, per. l. g. gg. Alia. GG.

Protege, Dne, populum tuum, & Apoſtolorum patrocinio confidentem, perpetua defenſione conſerva, per Dnm. l. gg.

Alia.

Eſto, Dne, plebi tuæ ſanctificator & cuſtos, ut apoſtolicis munita præſidiis, & converſatione tibi placeat, & ſecura deſerviat, per Dnm. l. gg.

Alia. G.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Apoſtolorum tuorum merita ſub una tribuiſti celebritate venerari; quæſumus, ut deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris, per Dnm. *l. g.* (1)

II. Kl. Iulii.

Feſtivitas S. PAULI. G. GG. & A.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apoſtoli tui prædicatione docuiſti: da nobis, quæſumus, ut cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus, per Dnm. *g. gg.*

Secreta. G.

Præveniant nos, Dne quæſumus, Apoſtoli tui deſiderata commercia, ut quorum perpetuam dignitatem ſacro myſterio frequentamus in terris, & præſentia nobis ſubſidia poſtulent & æterna, per D. *g.*

Alia Secreta. GG.

Eccleſiæ tuæ, quæſumus Dne, preces & hoſtias apoſtolica commendet oratio, ut quod pro illorum gloria celebramus, nobis proſit ad veniam. l. gg. (2)

Ad Comm.

Perceptis, Dne, ſacramentis ſubdito corde rogamus & petimus, ut intercedente beato Paulo Apoſtolo tuo nobis proficiant ad medelam, quæ pro illius geſta ſunt paſſione, per. *l. g.*

Alia ad Comm. G.

Perceptis, Dne, ſacramentis, beatis Aplis intervenientibus deprecamur, ut quæ pro illorum celebrata ſunt gloria, nobis proficiant ad medelam, per D. El. gg.

Dom. VI. Poſt Penteçoſten. (3)

Da nobis, Dne quæſumus, ut & mundi curſus pacifico nobis tuo ordine dirigatur, & eccleſia tua tranquilla devotione lætetur, per Dnm. *l. gg.*

Alia.

Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter, & dies noſtros in tua pace diſpone, ut a cun-

(1) Poſt feſt. SS. PETRI & PAULI ſequitur in *Geláſ.* vulg. lib. II. n. 34. *Item de vigilia omnium Apoſtolorum* n. 35. *Item in natali omnium Apoſtolorum.*

(2) In *Sacr. Blaſ.* iſtam *Gregor.* Secretam hæc ſequitur *Præfatio:*

VD. æterne Deus & maieſtatem tuam ſuppliciter exorare, ut eccleſiam tuam beati Pauli Apoſtoli tui prædicatione edoctam, nulla ſinas fallacia violari. Et ſicut nihil in vera religione manere noſcitur, quod non eius condierat diſciplina; ita ad peragenda ea, quæ docuit, eius obtentu fidelibus tribuatur efficacia, ſentiatque credentium gentium eum multitudo pro ſe pium interceſſorem, quem habere cognovit magiſtrum atque doctorem, per Chriſtum.

(3) Variant hic codices in numero Dominicarum: quæ enim hic eſt ſecunda, tertia, in miſſali *Rom.* & apud MURAT. eſt prima, ſecunda; quæ vero hic eſt quarta, in miſſali plane omiſſa eſt; unde ſequens quinta ibi eſt tertia, & ſic deinceps uſque ad Dom. XVII. ſeu XV. Cuius variationis cauſam vid. Diſq. X. c. 1. p. 975.

Digitized by Google

cunctis perturbationibus liberati, tranquilla tibi ſervitute famulemur, per Dnm. *El.* *Secreta.*

Oblationibus, quæſumus Dne, placare ſuſceptis, & ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates, per D. *gg.* *Præfatio.*

VD. æterne Deus! maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes, ut opem tuam petentibus dignanter impendas, & deſiderantibus benignus tribuas profutura, per Xpm Dnm. *El. gg.*

Ad Comm.

Myſteria nos, Dne, ſancta purificent, & ſuo munere tueantur, per D. *gg.*

VI. Non. Iul Natl. S PROCESSI & MARTINIANI. G. & GG.

Deus, qui nos Sanctorum tuorum confeſſionibus glorioſis circumdas & protegis: da nobis & eorum imitatione proficere, & interceſſione gaudere per Dnm. *gg.* *Secreta.*

Suſcipe, Dne, preces & munera, quæ ut tuo ſint digna conſpectui, Sanctorum tuorum precibus adiuvemur, per D. *gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Corporis ſacri & pretioſi ſanguinis repleti libamine, quæſumus Dne Deus noſter, ut quod pia devotione gerimus, certa redemptione capiamus, per D. *l. gg.*

V. Non. Iul.

Translatio ſancti THOMÆ Apoſtoli.

Adeſto, Dne quæſumus, plebis tuæ ſanctificator & cuſtos: ut Apoſtoli tui Thomæ munita præſidiis, & converſatione tibi placeat, & ſecura deſerviat, per Dnm. *l. gg.*

Alia.

Concede, quæſumus Dne, Apoſtolum tuum Thomam intervenire pro nobis, cuius diem celebramus translationis; quia tunc nos ſalvari poſſe confidimus, ſi eius precibus tua gubernetur eccleſia, cuius utimur te conſtituente doctrina, per D. *l. g.* *Vid. ſupra.* *Secreta.*

Apoſtoli tui Thomæ precibus, Dne, plebis tuæ dona ſanctifica, ut quæ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora tibi fiant patrocinio ſupplicantis, per D. *l.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. qui excellentiæ ſuæ magnitudinem ita reſurgendo dignatus eſt oſtendere, ut quorum mentes paſſionis eius concuſſerat viſio, poſtmodum glorioſa reſurrectio illuſtraret ad fidem; & prius ſuis oſtenſus Apoſtolis, Thomam adeſſe noluit, ut poſtmodum per illius inquiſitionem, caligine infidelitatis deterſa, credentium fidem eius palpatio roboraret. O quam ineffabile ſuperni regis myſterium! qui ſuum fidelem ſic trepidare fecit Apoſtolum, ut nulla de ſe trepidantibus dubietas remaneret. Hoc egit miro modo ſuperna clementia, ut diſcipulus dubitans, dum in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis, teſtis veræ reſurrectionis fieret, & in nobis vulnera infidelitatis curaret; qui & dum verum corpus agnovit magiſtri, Deum eſſe credidit, quem continuo exclamans evocavit, dicens: Dnꝰ meus & Deus meus; quem una tecum omnipotens Pater cum Sco Spiritu laudant.

Ad Comm.

Sumptis, Dne, remediis ſempiternis tuorum mundentur corda fidelium, ut Apoſtoli tui Thomæ translationis inſignia, quæ corporalibus officiis exſequuntur, pia cordis intelligentia comprehendant, per Dnm.

Pridie Non. Iul.

Octava Aplorum. G. GG. & A.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit; & Coapoſtolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis æternitatis gloriam conſequamur, per Dnm. *g. gg.*

Secreta. G. & GG.

Offerimus tibi, Dne, preces & munera; quæ ut tuo ſint digna conſpectui, Aplorum tuorum precibus adiuvemur (*l. adiuventur*) per. *l. g. gg.*

Ad Comm. G.

Pignus æternæ vitæ capientes, humiliter te, Dne, imploramus, ut apoſtolicis fulti patrociniis, quod in imagine contingimus ſacramenti, manifeſta perceptione ſumamus, per. *l. g.*

Alia. G. & GG.

Protege, Dne, populum tuum, & Aplorum tuorum patrocinio confidentem, perpetua defenſione conſerva, per. *l. gg.*

Alia.

Beatorum Aplorum, Dne, Petri & Pauli deſiderata ſolemnia recenſentes, præſta quæſumus, ut eorum ſupplicationibus muniamur, quorum regimur principatu, per. *l. El.* (1)

Dom. VII. Poſt Pentecoſt. (2)

Deus, qui diligentibus te bona inviſibilia præparaſti: infunde cordibus noſtris tui amoris affectum, ut te in omnibus & ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur, per. *g. gg.*

Alia.

Deus, qui in Sanctis habitas, & pia corda non deſeris, libera nos a terrenis deſideriis, & cupiditate carnali, ut nullo in nobis regnante peccato, tibi ſoli Dno liberis mentibus ſerviamus, per D. *g.*

Secreta.

Propitiare, Dne, ſupplicationibus noſtris, & has oblationes famulorum famularumque tuarum benignus aſſume, ut quod ſinguli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad ſalutem, per D. *g. gg.*

Præfatio.

VD. Per Xpm D. N. verum æternumque pontificem, & ſolum ſine peccati macula ſacerdotem, cuius ſanguine omnium fidelium corda mundantur, placationis tibi hoſtias non ſolum pro delictis populi, ſed etiam pro noſtris offenſionibus immolamus; ut omne peccatum, quod carnis fragilitate contraximus, ſummo pro nobis Antiſtite interpellante, ſolvatur, per quem. *El. gg.*

Ad Complendum.

Quos cœleſti, Dne, dono ſatiaſti: præſta quæſumus, ut a noſtris mundemur occultis, & ab hoſtium liberemur inſidiis; per. *g. gg.*

VI.

(1) *Seu-Blaſ. In Not. S. KILIANI & ſociorum eius:* Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut beatorum Martyrum tuorum Kiliani, Colonati, & Totnani ſolemnia recenſentes, meritis ipſorum protegamur & precibus. Per.

Secreta.

Reſpice, quæſumus Dne, munera populi tui in ſanctorum Martyrum tuorum feſtivitate votiva, & teſtificatio veritatis nobis proficiat ad ſalutem. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus beatorum Martyrum tuorum Kiliani, Colonati, atque Totnani natalitia recenſentes, qui in Eccleſiæ tuæ pratis & roſæ & lilia floruerunt, quos Chriſti ſanguis in prælio confeſſionis roſeo colore perfudit, & in premio paſſionis niveo liliorum ſplendore veſtivit Ieſus Chriſtus Dns nr. per quem.

Ad Commun.

Repleti, Dne, celebritate ſanctorum Martyrum, quæſumus, ut te ſemper in eorum commemoratione laudemus, & tuam miſericordiam iisdem ſemper deprecantibus conſequamur. Per.

(2) Abhinc incip. in *Gelaſ.* vulg. Dominicæ poſt Pentec. p. 165. Dudum ſuboluit eruditis rerum liturgicarum indagatoribus, lacunam aliquam hic ineſſe vulgato *Gelaſiano* ſacramentario: quippe quod ſibi in animum haud inducerent, GELASIUM opus adeo mutilum reliquiſſe, ut maior pars Dominicarum, ſeu miſſarum, quæ in Dominicis dici debent, in eo deſideretur, ut MENANDRUM loquentem inducit VEZZOSIUS præfat. in Tom. VI. opp. Ven. THOMASII p. XXXIV. adde eundem p. XLI. & not. 1. p. 165.

VI. Id. Iul. Nat. VII.

Fratrum. G. & GG.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui glorioſos Martyres fortes in ſua confeſſione cognovimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus, per. *gg.*

Secreta. G. & GG.

Sacrificiis præſentibus, Dne quæſumus, intende placatus, ut intercedentibus Sanctis tuis devotioni noſtræ proficiant & ſaluti, per. *l. gg.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! donari nobis ſuppliciter exorantes, ut ſicut Sancti tui mundum in tua virtute vicerunt, ita nos a mundanis erroribus poſtulent expediri, per Xpm. *l. El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus, per D. *g g.*

Dom. VIII. Poſt Pentecoſten.

Deus virtutum, cuius eſt totum quod eſt optimum, infere pectoribus noſtris amorem tui nominis & præſta, ut in nobis religionis augmento, quæ bona ſunt, nutrias, ac pietatis gratia, quæ ſunt nutrita, cuſtodias, per D. *g. gg.* (1)

Alia.

Da nobis, Dne quæſumus, ut in tua gratia veraciter confidentes, & quæ digna ſunt poſtulemus, & iugiter poſtulata ſumamus, per. *l. g.*

Secreta.

Propitiare, Dne, ſupplicationibus noſtris, & has populi tui oblationes benignus aſſume, ut nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, & præſta, ut quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Tibi vovere contriti ſacrificium cordis, tibi litare humiliati victimam pectoris, a quo omne bonum, ut ſimus, ſumimus; omnem iocunditatem, ut bibamus, haurimus; tibi conſcientia noſtra, in quantum a te corrigitur, famuletur, & ut in te die in diem meliorata proficiat, tuæ gratiæ intemerata ſubdatur, per X. D. N. *g g.*

Potes & uſque ad finem ita recitare:

Propriis ergo nos, Dne quæſumus, evacua malis, tuisque per omnia reple bonis; da in nobis quod amas, & miſericors repelle quod odis; impende nobis gratuita gratia, quæ noſtra non exigunt merita, ut potens opere, magnusque munere, quod feciſti ex nihilo, eximas a periculo, emundes a delicto, tuearis in ſæculo, cuſtodias a malo, confirmes in bono, liberes a diabolo, & Xpo tuo coniungas in gaudio ſempiterno, quem tecum Deus & cum Spiritu ſco ſupernarum virtutum cohortes indefinenti iubilo collaudant dicentes: Scs Scs Scs.

Ad Compl.

Repleti, Dne, muneribus tuis, tribue quæſumus, ut eorum & mundemur effectu, & muniamur auxilio, per D *l. g.*

V. Id. Iul. Nat. Sci BENEDICTI. (2)

Interceſſio nos, Dne quæſumus, beati Benedicti abbatis commendet, ut quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur, per Dnm.

Secreta.

Sacris altaribus, Dne, hoſtias ſuperpoſitas ſanctus Benedictus, quæſumus, in ſalutem nobis provenire depoſcat, per.

(1) In aliis legitur, prout hodieque in Miſſali Rom. *& præſta in nobis religionis augmentum, ut quæ bona ſunt, nutrias, & pietati ſtudio &c.*

(2) Ad hanc diem in omnibus antiquis etiam miſſalibus reponitur Natale S. BENEDICTI, non vero in 21 Martii ceu diem obitus, quo hodie celebratur; antiquo nempe more, quo a Quadrageſima omnia Sanctorum feſta excludebantur. Vid. diſquiſ. T. II. pag. 959.

Digitized by Google

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et gloriam tuam profuſis precibus exorare, ut ſci Benedicti patrocinio nos adiuvante, debita nomini tuo ſervitute placeamus, per Xpm. (1)

Ad Comm.

Protegat nos, Dne, cum tui perceptione ſacramenti beatus Benedictus Abbas pro nobis intercedendo, ut & converſationis eius experiamur inſignia, (2) per D. *gg.*

Dom. VIIII. poſt Pentecoſten.

Deus! cuius providentia in ſua diſpoſitione non fallitur: te ſupplices exoramus, ut noxia cuncta amoveas, & omnia nobis profutura concedas, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Cuſtodi nos, Dne quæſumus, in tuo ſervitio conſtitutos, & quibus famulatum eſſe vis ſincerum, propitius largire, quod præcipis, per. *g.*

Secreta.

Deus, qui legalium differentias hoſtiarum in unius ſacrificii perfectione ſanxiſti: accipe ſacrificium a devotis tibi famulis, & pari benedictione, ſicut munera Abel, ſanctifica; ut quod ſinguli obtulerunt ad maieſtatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad ſalutem, per D. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! ut te auctorem ſuum pronis viſceribus humana famulatio, ac religioſo excolat affectu. Et ideo obſecramus miſericordiam tuam, ne pro noſtra nos iniquitate condemnes, ſed pro tua pietate in viam rectam ſemper diſponas; nec ſicut meremur, delinquentibus iraſcaris, ſed fragilitati nræ invicta bonitate ſubvenias, per Xpm. *El.*

Ad Comm.

Tua nos, Dne, medicinalis operatio & a nris perverſitatibus clementer expediat, & ad ea, quæ ſunt recta, perducat, per. *gg.*

IIII. Id. Iul. Natl. S. NABORIS & FELICIS. Ambroſ.

Benedic, quæſumus Dne, plebem tuam, & beatiſſimorum Martyrum tuorum Naboris & Felicis deprecationibus confidentem tribue conſequi, quod ſperare donaſti, per D. *l.*

Alia.

Protegat eccleſiam tuam, Deus, oratio veneranda beatiſſimorum Martyrum tuorum Naboris & Felicis: & quorum frequentia devotionem impendit, perpetuæ poſcat redemptionis effectum, per.

Secreta.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & interceſſionibus beatiſſimorum Martyrum tuorum Naboris & Felicis confidenter tribue conſequi, quod ſperare donaſti, per. *l.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. qui ita ſuorum fidelium corda ignifero amore ſuccendit, ut & mundi caducam contemnant gloriam, & per tormenta adeant ad conſortium civium ſupernorum; ob hoc & doctiſſimi milites Xpi Nabor & Felix a ſummis terrarum digreſſi finibus, huic terræ ſe exules tradiderunt; non ut cruento Cæſaris ſubiacerent imperio, ſed ut (ad) aulam regis ætherii pergerent expediti facilius; maluerunt ſub chlamide terrenæ militiæ latere

---

(1) Deeſt hæc Præfatio in cod. *San-Blaſ.* in quo ſequens Miſſa legitur: *In natale S. Benedicti.* Deus, qui beatum Benedictum confeſſorem in terris vita laudabili decoraſti, & in cœlis æterna gloria ſublimaſti, eius, quæſumus, ſuffragantibus meritis, vita noſtra apud te commendetur. Per.

Secreta.

Benedictio tua, Dne, beati Benedicti confeſſoris interceſſione ſuper has hoſtias deſcendat, quæ & benedictionem nobis clementer operetur, & beatæ immortalitatis dona conciliet. Per.

Ad Communionem.

Beati Benedicti confeſſoris tui, Dne, precibus confidentes, quæſumus clementiam tuam, ut per ea, quæ ſumpſimus, æterna remedia capiamus. Per.

(2) Al. addunt: Et interceſſionis eius percipiamus ſuffragia;

Digitized by Google

latere diutius, præſtolantes deſuper vocationem cœleſtis imperii; qui & accepto conſtanter ſpei clypeo, ſumpta fidei lorica & galea, ſecuri incedunt in hoſtis aciem; vincunt pœnarum tormenta ſæviſſima, carcerem & verbera, equuleum, ignem & ungulas, ſtridoribus catenarum colla ſubiiciunt, trahuntur a noxiis manibus vinculati; ad ultimum mucrone, ſanguine fuſo, triumphali gloria decorati, ad cives ſuperos cum palma victoriæ perveaerunt, per eundem Xpm Dnm nrm.

Ad Comm.

Pignus vitæ æternæ capientes, maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur, omnipotens Deus! ut ſanctorum Martyrum tuorum Naboris & Felicis fulti patrociniis, quod in imagine contingimus, manifeſta perceptione ſumamus, per D. *l. g.*

Dominica Decima. Gel.

Largire nobis, Dne quæſumus, ſemper Spiritum cogitandi quæ recta ſunt propitius & agendi, ut qui ſine te eſſe non poſſumus, ſecundum te vivere valeamus, per D. in unit. eiusdem Spiritus ſancti. *g. gg.*

Alia.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut viam tuam devota mente currentes, ſubripientium delictorum laqueos evadamus, per Dnm.

Secreta.

Suſcipe munera, quæſumus Dne, quæ tibi de tua largitate deferimus, ut hæc ſacroſancta myſteria gratiæ tuæ operante virtute, in præſentis vitæ nos converſatione ſanctificent, & ad gaudia ſempiterna perducant, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! de tua gratia confidentes, quæſumus, declinare quæ mala ſunt, ac bona conſequenter operari; & quia nos in tua pertinere ſacramenta voluiſti, tu clementer in nobis eorum munus opereris P. X. D. N. *El.*

Ad Comm.

Sit nobis, Dne, reparatio mentis & corporis cœleſte myſterium, ut cuius exſequimur actionem, ſentiamus effectum, per Dnm. *l. g. gg.*

XVI. Kl. Aug. Nat. Sci QUIRICI. (1)

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & beati Quirici Martyris interceſſionibus confidentes, nec minis adverſantium, nec ullo perturbemur incurſu, per D. *l.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in Sci tui Quirici Martyris ſemper es meritis ubique mirabilis, quæſumus clementiam tuam; ut ſicut ei eminentem gloriam contuliſti, ſic ad conſequendam miſericordiam tuam eius nos facias precibus adiuvari, per Dnm. *l.*

Secreta.

Munera, quæſumus Dne, quæ oculis tuæ maieſtatis in hoc altari propoſita offerimus, beati Quirici Martyris ſupplicationibus propitiatus aſſume, per D.

Præfatio.

VD. æterne Deus! cognoſcimus enim Dne, quantum apud te præclara ſit vita Scorum, quorum nos etiam mors pretioſa lætificat, & tuetur: quapropter Martyris tui Quirici glorioſa recenſentes natalitia, laudes tibi referimus, per Xpm D. N.

Poſt Communion.

Sumpta ſacrificia tua, Dne, beato Quirico Martyre tuo deprecante, remedium nobis cœleſte concilient, per.

X. Kl. Aug.

N. Sci APOLLINARIS. Ambr.

Maieſtatis tuæ clementiam ſuppliciter deprecamur, omnipotens & miſericors Deus! ut ſicut unigeniti Filii tui agnitionem per beatiſſimi Sacerdotis & Martyris tui Apollinaris prædicationem populorum cordibus infudiſti, ita ipſius opitulantibus meritis fidei ſtabilitate firmentur, per eundem Dnm nrm.

Alia.

(1) An forte hic is S. QUIRICUS, qui in Martyrologio Romano unacum S. IULITTA notatur ad diem 16. Iunii? de quo vid. BARONIUS in notis ad cit. diem.

Digitized by Google

Alia.

Da, quæſumus omnipotens Deus, beatiſſimi Sacerdotis & Martyris tui Apollinaris meritis, immenſæ nos tuæ pietatis miſericordiam conſequi, quatenus cius intervenientibus precibus nra queant deleri facinora, per D.

Alia.

Beati Sacerdotis & Martyris tui Apollinaris annua feſtivitate ovantes, clementiam tuam ſupplices exoramus, omnipotens Deus: ut ſicut ille ob tanti agonem certaminis triumphali redimitus exultat corona, ita & nos orationum illius fulti ſuffragio, tentationum tela ſuperantes, bravio lætemur æterno, per Dnm.

Secreta.

Famulatus huic noſtri ſacrificio clementiſſime Deus! quod in commemoratione celeberrimi Sacerdotis & Martyris tui Apollinaris tripudianter offerimus, tuæ, quæſumus, dignanter præſentiam interſere maieſtatis, ipſius ut meritis & tibi ſit acceptabile, & nobis profit ad veniam, per D.

Præfatio.

VD. P. X. D. N. cuius potentiæ ſeptus præſidio Apollinaris digniſſimus præſul, a principe Petro Ravennam mittitur, Ihm de nomine incredulis nuntiare; quique dum mira virtutum illic ſigna confert in Xpo credentibus, ſævis verberum flagellis conteritur, & ſenile iam corpus ab impiis horrendis cruciatibus laniatur; ſed ne de ſuis vexationibus fideles trepident, in virtute nominis Ihu Xpi ſigna apoſtolica perficit poſt tormenta. Puellam reſuſcitat mortuam: viſum conſpicuum cæcis reddit: & muto reſtaurat loquelam: obſeſſam a dæmonio liberat: contagionem mundat leproſi: diſſoluta morbo ſanat peſtifero membra: portentum ſimulacri ſimul cum templo deiecit. O digniſſimus admiratione præconii pontifex! qui cum pontificii dignitate apoſtolicam promeruit accipere poteſtatem. O fortiſſimus athleta Xpi, qui ætatis iam frigeſcente calore conſtanter in pœnis eundem Xpm Dei Filium, mundi prædicat redemptorem; quem una tecum.

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut nullius (al. *nullis*) nos permittas perturbationibus concuti, quos in apoſtolica confeſſionis petra ſolidaſti, per. gg. (1)

VIII. Kl. Aug. Natl. S. IACOBI Apli.

Eſto, Dne, plebi tuæ ſanctificator & cuſtos! ut Apli tui Iacobi munita præ-

(1) Sequens miſſa, quam alibi nuſpiam reperi, legitur in cod. *San-Blaſ.* In natal. S. APOLLINARIS M.

Omnipotens ſempiterne Deus, fortitudo certantium, & martyrum palma, ſollemnitatem hodiernæ diei propitius intuere, & eccleſiam tuam fac celebritate lætari, & per interceſſionem beati Apollinaris Martyris tui atque Pontificis, omnium in te credentium vota perficias. Per.

Secreta.

Hæc oblatio, Dne, ſit tibi grata & acceptabilis, pro cuius eſt feſtivitate immolata. Per.

Ad Commun.

Præſta qs Dne, ut participatione ſacramenti vegetati, ſancti quoque Apollinaris Martyris tui atque Pontificis precibus adiuvemur. Per.

In nat. S. Chriſtinæ virginis.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, ut beatæ Virginis & Martyris Chriſtinæ interceſſione in tua miſericordia confidentes nec minis adverſantium, nec ullo conturbemur occurſu. Per.

Secreta.

Oblatis, qs Dne, placare muneribus, & intercedente beata Chriſtina Martyre tua a cunctis nos defende periculis. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus, quoniam ſupplicationibus noſtris miſericordiam tuam confidimus affuturam, quam beatæ Chriſtinæ Martyris tuæ poſcimus interventu nobis & confeſſione præſtari, per Ch. D.

Ad Commun.

Cœleſtibus refecti ſacramentis, ſupplices te rogamus Dne, ut cuius hodie gloriamur triumphis, protegamur auxiliis. Per.

In nat. S. Iacobi apoſt.

Creſcat, Dne, ſemper, quæſumus, in nobis ſanctæ iocunditatis affectus, & beati Apoſtoli tui Iacobi veneranda feſtivitas augeatur. Per.

Secreta.

Hodiernum, Dne, ſacrificium lætantes obſequimur, quo beati Iacobi Apoſtoli tui cœleſtem victoriam recenſentes, & tua magnalia prædicantes nos adquiſiſſe gaudeamus ſuffragia glorioſa. Per.

Ad Commun.

Sumentes, Dne, gaudia ſempiterna de participatione ſacramenti, interveniente beato Iacobo Apoſtolo tuo, ſuppliciter deprecamur, ut quæ ſedula ſervitute donante te gerimus, dignis ſenſibus tua munera capiamus. Per.

Eodem die Sci Chriſtophori.

Tuus ſanctus Martyr Chriſtophorus, quæſumus Dne, nos ubique lætificet, ut dum eius merita in præſenti

Digitized by Google

præſidiis, & converſatione tibi placeat, & ſecura deſerviat, per Dnm. *l. Elig. gg. de SS. Aplis.*

Secreta.

Oblationes populi tui, Dne quæſumus, beati Apoſtoli tui Iacobi paſſio beata conciliet: & quæ noſtris non apta ſunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione, per. *El. g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia licet nobis ſalutem ſemper operetur divini celebratio myſterii, propenſius tamen credimus aſſuturam, dum Scorum tuorum meritis intervenientibus exhibetur, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Beati Apli tui Iacobi, in cuius hodie feſtivitate corpore & ſanguine tuo nos refeciſti, quæſumus Dne, interceſſione nos adiuva, pro cuius ſolemnitate percepimus tua ſancta lætantes, qui cum Deo Patre. *El.*

Alia.

Solemnitatis apoſtolicæ multiplicatione gaudentes, clementiam tuam deprecamur omnipotens Deus, ut tribuas iugiter nos eorum & confeſſione benedici, & patrociniis confoveri, per. *El.*

IIII Kl. Aug. Nat. S. SIMPLICII, FAUSTINI, & BEATRICIS. G.

Præſta, quæſumus Dne, ut ſicut populus Xpianus Martyrum tuorum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis temporali ſolemnitate congaudet: ita perfruatur æterna, & quod votis celebrat, comprehendat effectu, per Dnm. *g.*

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, pro ſanctorum Martyrum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis commemoratione deferimus, ſuppliciter obſecrantes, ut & indulgentiam nobis pariter conferant, & ſalutem, per Dnm. *l. g.*

Poſt Communionem.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut ſcorum tuorum Simplicii, Fauſtini & Beatricis cœleſtibus myſteriis celebrata ſolemnitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat, per. *g.*

Eodem Die CELSI & NAZARII.

Deus humani generis conditor & redemptor, qui ineffabili pietatis munere Martyrum tuorum glorioſa certamina potentiſſimus largitor remuneras! præſta, quæſumus, eccleſiæ tuæ, quæ ſcorum Martyrum tuorum Nazarii & Celſi lætatur triumphis, & a peccatorum ſervari contagiis, & quod illi te confitendo meruerunt percipere, hoc populus tuus eorum conſequi mereatur ſuffragiis, qui vivis & regnas.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, da populo tuo præſentis diei feſtivitatem ſincero venerari affectu: & qui eam ſcorum Martyrum tuorum Nazarii & Celſi

---

feſtivitate recolimus, patrocinia in augmentum virtutum ſentiamus. Per.

Secreta.

Tanto placabiles Dne qs noſtræ ſint hoſtiæ, quanto ſancti Chriſtophori Martyris, pro cuius ſolemnitate exhibentur, tibi grata ſunt munera. Per.

Ad Commun.

Beati Chriſtophori Martyris tui, Dne, ſuffragiis exoratus percepta ſacramenti tui nos virtute defende. Per.

In nat. S. Pantaleonis.

Omnipotens ſempiterne Deus, tuorum gloria Martyrum, præſta quæſumus, ut beati Pantaleontis Martyris tui, cuius feſta gerimus, ſentiamus auxilium. Per.

Secreta.

Præſta quæſumus Dne, ut beati Pantaleontis Martyris tui, quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, piæ nobis devotionis interceſſio accreſcat. Per.

Ad Commun.

Omnipotens & miſericors Deus, qui nos ſacramentorum tuorum & participes efficis & miniſtros, præſta quæſumus, ut intercedente beato Pantaleonte Martyre tuo eidem perficiamus & fidei conſortium, & dignum ſervitium. Per.

Celſi annua celebritate devotis frequentant obſequiis, eorundem ſuffragiis cœleſtis regni gaudia conſequantur.

Alia.

Æterne omnipotens Deus, qui magno pietatis auxilio, populo tuo Scorum precibus proſpera largiri dignaris! concede propitius, beatiſſimorum Martyrum Nazarii & Celſi glorioſæ paſſionis victoriam celebrare lætantes, & quos te donante patronos defenſoresque amplectimur, hos apud tuam miſericordiam propacatores (f. *propugnatores*) habeamus, per.

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ut ſicut populus Xpianus Martyrum tuorum Nazarii & Celſi temporali ſolemnitate congaudet, ita perfruatur æterna, & quod votis amantiſſime celebrat, compleatur effectu, per Dnm. *g. ex parte.*

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, pro ſanctorum Martyrum tuorum Nazarii & Celſi commemoratione deferimus, ſuppliciter exorantes, ut indulgentiam nobis pariter conferant & ſalutem, per Dnm. *l. g.*

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare, nos tibi Dne, cœli terræque Deus Pater, gratias agere, quas hic & per univerſum mundum eccleſia tua ſancta catholica, omnium viventium mater, in honore nominis tui per officia ſpiritalis obſequii, cottidiana devotione, & annua feſtivitate multiplicat: quæ fidelium tuorum innumeris paſſionibus compta, & beatiſſimorum Martyrum tuorum Nazarii & Celſi ſanguine decorata, a dextris ſempiternæ maieſtatis aſſiſtens, tot nunc illuſtrata patrociniis gaudet. Magnum hoc, Dne, pietatis tuæ & ineffabile ſacramentum, ut de illorum potius ſalute lætetur eccleſia, quos puniſſe mundus exultat, atque illos magis acquiſiſſe gaudeat, quos pro veritate certantes ſæculi gaudium interemit. O beata mater natorum ſuorum glorifica tormentis, quos non planctu, non gemitu, ad inferna deducit, ſed ad cœleſtia & æterna migrantes, perpetua laude proſequitur, per Xpm.

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut ſanctorum tuorum Nazarii & Celſi cœleſtibus myſteriis celebrata ſolemnitas indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat, per Dnm. *g.*

Mane ad Miſſam. Ambroſiana.

Exaudi, Dne, preces noſtras, ut populus tuus, qui ſub tantis ſanctorum Martyrum tuorum Nazarii & Celſi patrociniis eſt conſtitutus, & a ſuis offenſionibus liberetur, & ab omnibus tueatur adverſis, per Dnm. *l.*

Alia.

Tribue nobis, quæſumus omnipotens Deus, ſanctorum Martyrum tuorum Nazarii & Celſi deſiderata commercia: ut quorum perpetua dignitate ſacra myſteria frequentamus in terris, & præſentia nobis ſubſidia poſtulent & æterna, per.

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, munera populi tui pro Martyrum tuorum Nazarii & Celſi feſtivitate ſcorum, & ſincero nos corde perfice benignus acceptos, per.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; Nos tibi ſumme Deus gratias agere, & in hac triumphali die noſtræ devotionis pandere vota, in qua Martyr ſanctus roſeo luſtratus cruore Nazarius, cœleſte meruit conſcendere regnum, qui dum per innumera tormentorum acerba ſupplicia crudelius vexaretur, tyrannicam rabiem fidei conſtantia ſuperabat; nec potuit perſecutorum illatis cedere minis, quando pro ſe certante ipſe auctor victoriæ Xpo Dno dimicabat. Ducitur interea ad templum idolis præſtibare profanis, quorum portenta, divino fultus præſidio, mox ut ingreſſus eſt, redegit in pulverem; ob hoc liquidas maris in undas longius a terra proiectus, angelici muneris famulatu, ſolida inter fluctus veſtigia præfigebat. O felix & inclytus Dni præliator, qui mundi congreſſus principi, innumeram populi multitudinem vitæ ſociavit æternæ; inter quos & ſacri prælii bellatorem Celſum videlicet fideliſſimum teſtem, dum martyrii docuit certare ad palmam, pariter meruerunt cœleſtis patriæ pervenire ad regnum, per eundem Xpm.

Ad Comm.

Protege, quæſumus Dne, plebem tuam, & feſtivitatem Martyrum tuorum Nazarii & Celſi, quam nobis tradis aſſidue debitam, tibi perſolvi precibus concede Scorum, per Dnm.

[*IIII. Kl. Aug.*

Natl. S. FELICIS. (1) G.

Sancti Felicis, Dne, confeſſio recenſita conferat nobis piæ devotionis augmentum,

---

(1) Dubii hærent Critici, an FELIX hic Papa primus eius nominis ſit, an ſecundus ille, qui loco LIBERII a CONSTANTIO pulſi in ſedem *Romanam* fuit intruſus. BARONIUS in annalibus, & in notis ad Martyrol. *Rom.* hac die ultimum ſuſtinet: cæteri cum NATALI ALEXANDRO hiſt. eccleſ. T. IV. differt. 32. art. 4. pro FELICE primo ſtant, cuius nulla alia in ſacramentariis antiquis extat memoria, quamvis eius feſtum recentius ad diem 30. Maii ſit adnotatum.

Digitized by Google

tum, qui in tuo nomine perſeverans meruit honorari, per Dnm.

Alia. GG.

Infirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus! & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Felicis Martyris tui atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat, per Dnm. gg.

Secreta. G.

Hoſtias tibi, Dne, pro commemoratione ſancti Felicis offerimus, quem a tui corporis unitate nulla tentatio ſeparavit, qui cum Deo Patre. *El.*

Alia. GG.

Accepta ſit in conſpectu tuo, Dne, noſtra devotio, & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolemnitate defertur, per Dnm. l. gg.

Ad Comm. G.

Repleti cibo potuque cœleſti, Deus noſter, te ſupplices exoramus, ut in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus, per Dnm. *l. gg.*]

Alia. GG.

Spiritum nobis, Dne, tuæ caritatis infunde, ut quos uno cœleſti pane ſatiaſti, intercedente beato Felice Martyre tuo, tua facias pietate concordes, per Dnm. in unit. eiusd. l. gg.

III. Kl. Aug. Natl. S. ABDON, & SENNEN. G. & GG.

Deus, qui ſanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriam veniendi copioſum munus gratiæ contuliſti! da famulis tuis ſuorum veniam peccatorum, ut Scorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereamur adverſitatibus liberari, per Dnm. *gg.*

Secreta. G.

Munera tibi, Dne, pro ſanctorum Martyrum Abdon & Sennen occiſione deferimus; qui dum finiuntur in terris, facti ſunt cœleſti luce perpetui, per D. *g. El*

Alia Secreta. GG.

Hoſtia hæc, quæſumus Dne, quam Scorum tuorum natalitia recenſentes offerimus, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet, per. gg.

Ad Comm. G.

Populum tuum, Dne, perpetua munitione defende; nec difficulter, quod pie, quod iuſte poſtulat, conſequatur, cui Scorum tuorum merita ſuffragantur, per. *g. El.* Alia. GG.

Per huius, Dne, operationem myſterii & vitia noſtra purgentur, & intercedentibus Sanctis tuis iuſta deſideria compleantur, per Dnm. gg.

Dominica XI. poſt Pentecoſt. GG.

Pateant aures miſericordiæ tuæ, Dne, precibus ſupplicantum: & ut petentibus deſiderata concedas, fac eos, quæ tibi ſunt placita, poſtulare, per Dnm. *g. gg.* *Alia.* G.

Præſta, quæſumus omnipotens & miſericors Deus, ut inter huius vitæ caligines nec ignorantia fallente mergamur, nec præcipiti ſtudeamus voluntate peccare; ſed quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, optatæ miſericordiæ præſta benignus effectum, per Dnm. *g. El.*

Secreta. G.

Concede nobis hæc, quæſumus Dne, frequentare myſteria, quia quoties huius

Digitized by Google

hoſtiæ commemoratio celebratur, opus noſtræ redemptionis exercetur, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Tibi debitam ſervitutem per miniſterii huius impletionem perſolvere: quia non ſolum peccantibus veniam tribuis, ſed etiam præmia pœnitentibus impertiris; & quod perpeti malis operibus promeremur, magnifica pietate depellis, ut nos ad tuæ reverentiæ cultum & terrore cogas, & amore perducas, per Xpm Dnm. *El. gg.*

Ad Comm.

Tui nobis, Dne, communio ſacramenti & purificationem conferat, & tribuat unitatem, per Dnm. *gg.*

Kl. Aug. Stat. ad S. PETRUM. ad Vincula. GG. (1)

Deus! qui beatum Petrum Apoſtolum a vinculis abſolutum illæſum abire feciſti: noſtrorum, quæſumus, abſolve vincula peccatorum, & mala omnia a nobis propitiatus averte, per Dnm. gg.

Secreta. GG.

Oblatum tibi, Dne, ſacrificium vivificet nos ſemper & muniat, per Dum. gg.

Ad Comm. G.

Corporis ſacri & pretioſi ſanguinis repleti libamine, quæſumus Dne Deus noſter, ut quod pia devotione gerimus, certa redemptione capiamus, per Dum. l. gg.

Eodem Die Natl. Macchabæorum. Gel. (2)

Fraterna nos, Dne, Martyrum tuorum corona lætificet; quæ & fidei noſtræ præbeat incitamenta virtutum, & multiplici nos ſuffragio conſoletur, per Dnm. *gg.*

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ut ſicut nobis indiſcreta pietas horum Martyrum beatorum individuæ caritatis præbet exemplum, ſic Spiritum gratiæ tuæ, quo iugiter muniamur, ſemper imploret, per Dnm. *g.* Secreta.

Intemerata myſteria, Dne, pro ſcorum Martyrum tuorum commemoratione devota mente tractamus; quibus nobis & præſidium creſcit & gaudium, per Dnm.

Præfatio.

VD. Per X. D. N. quia licet in omnium Scorum tuorum tu ſis, Dne, protectione mirabilis, in his tamen ſpeciale tuum munus agnoſcimus, quos & fratres ſorte naſcendi, & magnifica præſtititi paſſione germanos: ut ſimul eſſet & veneranda gloria genitricis, & florentiſſima proles eccleſiæ; & ideo cum angelis. *gg.*

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut quorum memoriam ſacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo ſectemur, per Dnm. *l.*

Unde ſupra alia Miſſa Ambroſiana de Scis Macchabæis, & Sancto Euſebio. (3)

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & interceſſionibus beatiſſimorum Martyrum tuorum Macchabæorum, atque Sacerdotis & Confeſſoris tui Euſebii perpetuam nobis miſericordiam benignus impende, per Dnm. *l.*

Alia.

Annue nobis, quæſumus omnipotens Deus, ut ſcorum

(1) *Rhenanus* addit hanc inſcriptionem: *Catenæ eius oſculantur.* Miſſa tamen de ipſo feſto deeſt.

(2) In vulgato *Gelaſ.* alia legitur miſſa p. 143.

(3) EUSEBIUS hic eſt Epiſcopus *Vercellenſis*, Catholicæ fidei contra *Arianos* defenſor acerrimus, hac die in pace defunctus: quem S. AMBROSIUS Confeſſorem, alii Martyrem appellant. Vid. BARON. in notis ad Martyrol. *Rom.* ad hanc diem.

Digitized by Google

ſcorum Martyrum tuorum Macchabæorum, ſed & Sacerdotis & Confeſſoris tui Euſebii ſuffragiis adiuvemur: ut ſicut eis copioſa victoria dedit triumphum, ita & nobis continuum præſtet auxilium, per Dnm.

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, & ſanctifica hoc ſacrificium populi tui, ut quod in honore beatiſſimorum Martyrum tuorum Macchabæorum, ſed & Sacerdotis & Confeſſoris tui Euſebii offertur ad gloriam, nobis tribuas ad ſalutem perpetuam, per Dnm.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; nos in honore nominis tui, Dne, ſcorum Martyrum tuorum Macchabæorum annua feſtivitate cum omni admiratione præferre nativitate fratres, paſſione germanos, quos glorioſa mater utero concepit & mente, ut quos ſecundum carnem genuerat mundo, eosdem omnipotenti Deo ſpiritu fœcunditatis generaret ad gloriam. Nam qui nati fuerant carnaliter ad mortem, religioſe moriebantur ad vitam. Abſciduntur linguæ, cutes capitum auferuntur, & inter hæc glorioſiſſimi iuvenes non dolebant, quo crudelius punirentur, ſed exultabant, quo glorioſius interirent, ut invicem ſibi eſſent ſolatium & exemplum; poſt quos omnes & ipſa exultans ſanguinis mater & fidei noviſſima ſubſecuta eſt, non ut ultima eſſet, ſed ut fructus ventris ſui præmitteret Deo, pignora ſua ſecura ſequeretur. Quid illud, quantaque exultatione dicendum eſt! quod paſſionis ipſorum die de hoc mundo protectus eſt ad æternam ſedem, teſtis fidei, & veritatis Confeſſor Euſebius; qui etiam die, quo paſſi ſunt Martyres veterum præceptorum, eodem die novi teſtamenti propugnator aſſumptus eſt. Illi diſceſſerunt iudaicæ legis mandata ſervantes; hic requievit inſeparabilis Trinitatis afferens unitatem, per Dnm, vel Xpm.

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut quorum memoriam ſacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo ſectemur, per Dnm *l.*

IIII. Non. Aug.

Natl. S. STEPHANI Epiſcopi.

Deus, qui nos beati Stephani Martyris tui atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas, concede propitius, ut cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Munera, Dne, tibi dicata ſanctifica, & intercedente beato Stephano Martyre tuo atque Pontifice per eadem nos placatus intende, per Dnm. *gg.*

Ad Comm.

Hæc nos communio, Dne, purget a crimine, & intercedente beato Stephano Martyre tuo atque Pontifice cœleſtis remedii faciat eſſe conſortes, per Dnm. *l gg.*

VIII. Id. Aug. Natl. S. SIXTI Papæ.

Beati Sixti, Dne, tui Sacerdotis & Martyris annua feſta recolentes, quæſumus, ut quæ tuarum nobis ſunt inſtrumenta præſentium, fiant æternarum patrocinia gratiarum, per Dnm. *g.*

Alia.

Sancti Sixti, Dne, frequentata ſolemnitas, & de ſacerdotalibus nos inſtruat te miſerante doctrinis, & de glorioſis martyrii foveat ubique ſuffragiis, per Dnm. *g.*

Secreta.

Suſcipe, Dne, munera propitiatus oblata, quæ maieſtati tuæ beatus Sixtus Sacerdos commendet & Martyr, per Dnm. *g. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et in die feſtivitatis hodiernæ, qua beatus Sixtus pariter Sacerdos & Martyr, devotum tibi ſanguinem exultanter effudit; quique ad eandem gloriam promerendam, doctrina ſua filios incitabat, & quos erudiebat hortatu, præveniebat exemplo, per Xpm. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Repleti, Dne, munere ſolemnitatis optatæ, qua de beati Sixti & celebritate

Digitized by Google

iuvamur & precibus, quæſumus, ut in gratiarum tuarum ſemper actione maneamus, per Dnm. *l. g.*

Unde ſupra alia Miſſa Gregoriana.

Deus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propitius, ut interceſſione beati Sixti Martyris tui atque Pontificis contra omnia adverſa muniamur, per Dnm. *gg.*

Secreta.

Sacrificiis præſentibus, Dne quæſumus, intende placatus, ut & devotioni noſtræ proficiant & ſaluti, per Dnm nrm. *l. gg.*

(1) Intra quorum nos conſortium non æſtimator meriti, ſed veniæ quæſumus largitor admitte, per Xpm. *gg.*

Bened. Uvæ.

Benedic, Dne, & hos fructus novos uvæ, quos tu, Dne, rore cœli, & inundantia pluviarum, & temporum ſerenitate atque tranquillitate, ad maturitatem perducere dignatus es, & dediſti ea ad uſus noſtros cum gratiarum actione percipere, in nomine Dni nri Ihu Xpi, per quem. *gg.*

Ad Comm.

Præſta, quæſumus Dne Deus noſter, ut cuius nobis feſtivitate votiva ſunt ſacramenta, eius ſalutaria nobis interceſſione reddantur, per Dnm. *gg.*

Item unde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui Martyres tuos præmio paſſionis remunerare conſueviſti, ita ut devictis perſecutoribus coronam martyrii conſequantur: præſta quæſumus, ut beatus Sacerdos & Martyr tuus Sixtus, cuius feſtivitatem colimus, tuam pro nobis indulgentiam ſemper exoret, per Dnm.

Secreta Oratio.

Beati Sacerdotis & Martyris tui Sixti nos, quæſumus Dne, frequentantes ſolemnia, & ſacerdotalis inſtruat te miſerante doctrina, & glorioſi martyrii foveant ubique ſuffragia, per Dnm. *g. ſupra.*

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut beatus Sacerdos & Martyr tuus Sixtus ſacris nos exerceat inſtitutis, & pie ſemper faciat per ſuam confeſſionem conſtantes, per Dnm.

Item alia Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui Sanctis tuis in confeſſione tui nominis virtutem atque victoriam contuliſti: tribue quæſumus, ut dum beati Sacerdotis & Martyris tui Sixti merita veneramur, ſtudia eius imitari mereamur, per Dnm.

Alia.

Martyrum tuorum deprecatione, quæſumus Dne, nos benignus intende: & ſicut beatum Sacerdotem & Martyrem tuum Sixtum pati pro tuo nomine voluiſti, ita & tuis fidelibus eius facias merita ſuffragari, per Dnm.

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, munera populi tui pro Martyrum tuorum paſſionibus dicata ſanctorum: & quæ beato Sixto in perſecutione fortitudinem miniſtraruut, nobis quoque præbeant inter adverſa conſtantiam, per Dnm. *l.*

Præfatio

VD. æquum & ſalutare; Nos tibi, ſumme Deus noſter, in die feſtivitatis hodiernæ pandere vota, qua beatus Sixtus pariter Sacerdos & Martyr, devotum tibi ſanguinem exultanter effudit, qui ad eandem gloriam promerendam doctrinæ ſuæ filios incitabat; & quos erudiebat hortatu, præveniebat exemplo. Is enim vigilantia præditus paſtorali, callidi hoſtis fraudulentiam prævenit, & tyrannicæ rapacitati modum impoſuit, ſalubrique conſilio definivit, aut cum iuſtitia vivere, aut quod eſt glorioſius, pro iuſtitia etiam vitaliter mortem ſuſcipere; ſed cum in huius propoſiti calle fortis athleta diſcurreret, Cæſaris iuſſu animadverti non timuit, & dictis facta compenſans, in hoſtiam transmigravit, per Xpm. *Vid. ſupra l. gg.*

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut beatus. *Ut in præced. Miſſa.*

Eodem die Natl. SS. FELICISSIMI & AGAPITI. G. & GG.

Deus, qui nos concedis ſcorum Martyrum tuorum Feliciſſimi & Agapiti natalitia colere, da nobis in æterna lætitia de eorum ſocietate gaudere, per Dnm. *gg.*

Se-

(1) In *Elig.* legitur titulus *Præfatio Uvæ*; quæ tamen, uti hic quoque deſideratur. De ritu hodie benedicendi novas uvas, vid. Diſquiſit. P. II. pag. 534. & plura apud MENARDUM nota 440. in ſacrament. *Greg.* T. III. opp. S. GREGORII pag. 409.

Digitized by Google

Secreta. G. & GG.

Munera tibi, Dne, noſtræ devotionis offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis ſalutaria te miſerante reddantur, per Dnm. *gg.* *Ad Comm.* G.

Præſta, quæſumus Dne Deus noſter, ut quorum feſtivitate votiva ſunt ſacramenta, eorum ſalutaria nobis interceſſione reddantur, per Dnm. *gg.*

Alia ad Complendum. GG.

Præſta nobis, Dne quæſumus, intercedentibus ſanctis tuis Feliciſſimo & Agapito, ut quæ ore contingimus, pura mente capiamus, per Dnm. l. gg.

VII. Id Aug.

Nat. S. DONATI Epiſc. Gel.

Deus tuorum gloria Sacerdotum, præſta quæſumus, ut ſci Confeſſoris & Epiſcopi tui Donati, cuius feſta celebramus, auxilium ſentiamus, per Dnm. *g.*

Secreta.

Præſta, quæſumus Dne, ut interceſſione ſancti Confeſſoris & Epiſcopi tui Donati, quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, piæ nobis devotionis fructus accreſcat, per Dnm. *g.*

Ad Comm.

Omnipotens & miſericors Deus, qui nos ſacramentorum tuorum & participes efficis & miniſtros: præſta quæſumus, ut intercedente beato ſco (l. *ſacerdote*) tuo Donato eisdem (al. *eiusdem*) proficiamus & fidei conſortio, & digno ſervitio, per Dnm. *l.*

Eodem Die Natl. S. DONATI, & CARPOPHORI. (1)

Familiam tuam, quæſumus Dne, ſupplicantem propitius reſpice, ut quæ te inſpirante deposcit, beatorum Martyrum Donati & Carpophori patrociniis conſequatur, per. *l.*

Alia.

Beatorum Martyrum tuorum Donati & Carpophori nos, quæſumus Dne, corona lætificet, & fidei noſtræ præbeat incitamenta virtutum, & multiplici nos ſuffragio conſoletur, per. *gg. ſupra.*

Secreta.

Suſcipe, Dne, hoc ſacrificium placationis & laudis, quod nos intervenientibus ſcis tuis Donato & Carpophoro perducat ad veniam, & in perpetuam gratiarum conſtituat actionem, per Dnm. *l.* (*Leon.* perpetua, . actione.)

Præfatio.

VD. æterne Deus! ſcorum Martyrum Carpophori & Donati merita recolentes, qui uſque ad ſanguinem pro veritate certantes, ad æterna conſortia pervenerunt; & tranſitoriam lucem pro eadem relinquentes, ſempiterni ſplendoris adepti ſunt perpetuam claritatem, per Xpm.

Ad Comm.

Aſſit nobis, Dne quæſumus, beatiſſimorum Martyrum tuorum Donati & Carpophori ſancta precatio, quæ nos & a terrenis affectibus inceſſabiliter expediat, & cœleſtia deſiderare perficiat, per Dnm.

Dom. XII. Poſt Pentecoſt. Gel.

Deus! qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerendo manifeſtas: multiplica ſuper nos gratiam tuam, ut ad tua promiſſa currentes, cœleſtium bonorum facias eſſe conſortes, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Deus, qui iuſta poſtulantes exaudis, qui, ſi qua in nobis bona ſunt opera, & ipſe inſinuas, & inſinuata conſummas: quæſumus, ut & cor noſtrum ad expugnandas dilates paſſiones, ſenſusque noſtros ad impugnationum certamina ſuperanda conſortes, ut dum digne vitiis noſtris iraſcimur, pietatis tuæ veniam conſequamur, per. *Secreta.*

(1) Hæc miſſa procul dubio eſt *Ambroſiana*, cum S. DONATO iungatur S. CARPOPHORUS Martyr *Novocomenſis*, de quo GALESINIUS, & monumenta vetera eccleſiæ *Mediolanenſis*, *Bergomenſis*, & *Aquileienſis*.

Digitized by Google

Secreta.

Tibi, Dne, ſacrificia dicata reddantur, quæ ſic ad honorem nominis tui deferenda tribuiſti, ut eadem remedia fieri noſtra præſtares, per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare, ut te poſtpoſito vetuſti ritu ſacrificii, te homo novus, quibus inſtituiſti ſacrificiis, ſemper honoret, Dne Xpe ſalvator & mediator omnipotens! qui ad hoc mortuus es, ut iura diſſolveres mortis, tertia die ad ſuperos remeaſti, quia ſolus inter mortuos liber fuiſti; neque enim poteras mortis Dnꝰ detineri a morte, quia mortis & vitæ totam obtines poteſtatem; Et ideo.

Poteſt & uſque ad finem hoc modo recitari.

Quis te talem non timeat Dnm? aut quis tantam maieſtatem non proſtratus adoret? Nos enim adoramus ſupplici corde, genu deflexo oblecrantes, ut erigas miſeros, ad te de luto fæcis clamantes, & de tantis nos abſolvas, quibus involvimur, propitiatus peccatis, præſentis ſacrificii oblato munere placatus. Et ideo cum angelis.

Ad Comm.

Quæſumus Dne Deus noſter, ut quos divinis reparare non deſinis ſacramentis, tuis non deſtituas benignus auxiliis, per. *g. gg.*

VI. Id. Aug.

Natl. S. CYRIACI Martyris. G. & GG.

Deus, qui nos annua beati Cyriaci Martyris tui ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur, per. *gg.*

Secreta. G.

Suſcipe, Dne, ſacrificium placationis & laudis, quod nos interveniente ſco tuo Cyriaco, & perducat ad veniam, & in perpetua gratiarum conſtituat actione, per. *l. El.*

Alia Secreta. GG.

Accepta ſit in conſpectu tuo, Dne, nra devotio, & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolemnitate defertur, per Dnm. *l. gg.*

Ad Comm. G.

Quæſumus Dne Deus noſter, ut intervenientibus Sanctis tuis, ſacroſancta myſteria, quæ ſumpſimus, actu ſubſequamur & ſenſu, per. *l. Elig.*

Alia ad Comm. GG.

Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Dne Deus noſter, ut cuius exſequimur cultum, ſentiamus effectum, per. *l. gg.*

V. Id. Aug.

Vigl. S. LAURENTII. G. & GG.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & interceſſione beati Laurentii Martyris tui, perpetuam nobis miſericordiam benignus impende, per Dnm. *l. gg.*

Alia. G.

Beati Laurentii Martyris tui, Dne, geminata gratia nos refoveat, quam pro glorificationis eius honore, & optatis præimus officiis, & deſideranter expectamus adventuram, per Dnm. *g.*

Secreta. G. & GG.

Hoſtias, Dne, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe, & intercedente beato Laurentio Martyre tuo vincula peccatorum noſtrorum abſolve, per. *gg.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! prævenientes natalem beati Laurentii, qui Levita ſimul Martyrque venerandus, & religioſo claruit officio

Digitized by Google

officio glorioſus, & memorandæ paſſionis refulſit martyrio ſublimis, per Xpm. l. gg. *Ad Comm.* G. & GG.

Da, quæſumus Dne Deus noſter, ut ſicut beati Laurentii Martyris tui commemoratione temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu, per. l. gg. [*Alia.* G.

Da, quæſumus omnipotens Deus, ut triumphum beati Laurentii Martyris tui, quem deſpectis ignibus conſummavit in terris, perpetua cœlorum luce conſpicuum digno fervore, fidei veneremur, per Dnm.] *El.*

Unde ſupra Miſſa Ambroſiana

In Vigil. S. LAURENTII.

Annue nobis, quæſumus omnipotens Deus, ut beati Levitæ Martyris tui Laurentii veneranda ſolemnitas, & devotionem nobis augeat & ſalutem, per D. gg. *Alia.*

Deus, cuius caritatis ardore beatus Laurentius Levita & Martyr edaces incendii flammas contempto perſecutore devicit: concede, ut omnes, qui martyrii eius merita veneramur, protectionis tuæ muniamur auxilio, per Dnm. g. gg.

Secreta.

Suſcipe, Dne, hæc munera populi tui, quæ tibi in beati Martyris tui Laurentii feſtivitate offerimus, ut per eadem, ſicut confidimus, tuæ pietatis ſentiamus auxilium, per Dnm.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; Nos tibi, omnipotens Dne, gratias agere, beati Laurentii Martyris tui ſolemnitatem celebrantes, cui fidem confeſſionemque non abſtulit ignis accenſus, ſed, ut clarius luceſceret, accendit; nam ſicut aurum flammis non uritur, ſed probatur; ſic beati Martyris ſca ſubſtantia non conſumitur, ſed aptatur cœleſtibus ornamentis, per Xpm gg. *Vatican.*

Ad Comm.

Indulgentiam tuam, Dne, nobis, quæſumus, Sci Laurentii poſtulet grata precatio, per dilectiſſimum Filium tuum Deum Dnm & Salvatorem noſtrum, qui tecum. (1)

[*IIII. Id. Aug.*

Natl. Sci LAURENTII. G. & GG. (2)

Excita, Dne, in eccleſia tua ſpiritum, cui beatus Laurentius Levita ſervivit: ut eodem nos replente ſtudeamus amare quod amavit, & opere exercere quod docuit, per Dnm. in unit. eiusd. Sp9 ſci. *l. gg.* *Secreta.* G.

Reſpice, Dne, munera, quæ in ſci Laurentii ſolemnitate deferimus: ut cuius honore ſunt grata, eius nobis fiant interceſſione proficua per Dnm. *l. g.*

Ad Comm. G.

Quæſumus omnipotens Deus, ut muneris divini, quod ſumpſimus, intercedente beato Laurentio, ſalutarem nobis ſentiamus effectum, per Dnm.]

Item ad Miſſam. G. & GG.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare, per Dnm. gg. *Alia.*

Deus mundi creator & rector, qui hunc diem Levitæ tui Laurentii martyrio conſecraſti: concede propitius, ut omnes, qui martyrii eius merita veneramur, interceſſionibus eius ab æternis gehennæ incendiis liberemur, per Dnm. g. *Se-*

(1) Codex *S. Blaſianus* ante feſtum S. CYRIACI M. ſequentem Miſſam habet:

In Natl. S. AFRÆ Mart.

Omnipotens ſempiterne Deus, beatæ Afræ Martyris tuæ ſupplicatione tribue nos foveri: ut cuius venerabilem ſolemnitatem prævenimus obſequio, eius interceſſionibus commendemur & meritis. Per D. *l.*

Secreta.

Muneribus noſtris, Dne, beatæ Afræ Martyris feſta prædicamus: quæ tibi illius meritis reddantur accepta. Per D. *Ad Comm.*

Quæſumus, omnipotens Deus! ut cuius nos tribuis communicare memoriis, eius facias imitatores. Per D.

(2) *San-Galleuſ.* in prima Miſſa.

Digitized by Google

Secreta.

Præſta, quæſumus Dne, ut beati Laurentii ſuffragiis in nobis tua munera tuearis, pro cuius honoranda confeſſione hoſtias tibi laudis offerimus, per Dnm. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! In die ſolemnitatis hodiernæ, qua beati Laurentii hoſtiam tibi placitam pro caſti corporis glorioſo certamine ſuſcepiſti; prunis namque ſuperpoſita ſtridebant membra viventia, nec tantum erat pœna paſſionis, quam piæ confeſſionis igne ſuccenſus; neque terreno liberari cruciatu martyr optabat, ſed coronari deprecabatur in cœlis, per Xpm. *l. g. El.* *Ad Comm.*

Proſit nobis, Dne, ſci Laurentii celebrata ſolemnitas, quia quanto fragiliores ſumus, tanto placentium tibi præſidiis indigemus, per Dnm. *l. g.*

Unde ſupra alia Miſſa Gregoriana.

Excita, Dne, in eccleſia tua. Ut ſupra.

Secreta.

Sacrificium noſtrum tibi, Dne quæſumus, beati Laurentii precatio ſancta conciliet, ut cuius honore ſolemniter exhibetur, meritis efficiatur acceptum, per Dnm. gg.

Ad Compl.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus! ut quos donis cæleſtibus ſatiaſti, intercedente beato Laurentio Martyre tuo, perpetua protectione cuſtodias, per Dnm. gg.

Item alia Miſſa.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus, vitiorum. *Ut ſupra.* gg

Secreta.

Accipe, quæſumus Dne, munera dignanter oblata, & beati Laurentii ſuffragantibus meritis ad noſtræ ſalutis auxilium provenire concede, per Dnm. gg. *Ad Compl.*

Sacro munere ſatiati ſupplices te, Dne, deprecamur, ut quod debitæ ſervitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio, ſalvationis tuæ ſentiamus augmentum, per Dnm. *l. gg.*

Item inde ſupra Miſſa Ambroſiana.

Annue, quæſumus omnipotens Deus! ut ſicut beatus Levita & Martyr tuus Laurentius ignium globos te protegente evaſit; ita fidelis populus huius adverſitatem ſæculi te auxiliante evadat, per Dnm. *Alia.*

Beati Laurentii Martyris tui nos, quæſumus Dne, foveant continuata præſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos promiſſis auxiliis conceſſeris adiuvari, per Dnm. gg.

Secreta.

Ut grata tibi ſit, quæſumus Dne, noſtræ ſervitutis oblatio, beatus Levita & Martyr tuus Laurentius natalitio ſuo obtineat, per D.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui hodierna die Levitæ tui Laurentii fidem auream igne ardentiſſimo comprobaſti, ut eſſet tibi hoſtia viva, hoſtia ſancta, in odorem ſuavitatis accenſa. O glorioſi certaminis virtus! o inconcuſſa conſtantia mentis! ſtridunt (*ſtrident*) membra viventis ſuper craticulam impoſita, & prunis ſævientibus anhelantia; ut & tibi hoſtia fieret, & ad triumphum martyrii intrepidus perveniret, per Xpm.

Ad complendum.

Conſerva in nobis, Dne, munus tuum, & quod te donante pro ſolemnitate beati Martyris tui Laurentii percepimus, & ſalutem nobis præſtet, & pacem, per Dnm.

Item aliæ Orationes.

Deus, cuius caritatis ardore. *Ut ſupra. g. gg.* *Alia.*

Sci Laurentii nos, Dne, ſancta precatio tueatur: & quod noſtra conſcientia non meretur, eius nobis, qui tibi placuit, oratione donetur, per Dnm. *l. g. El.*

Alia.

Aſſit nobis, Dne quæſumus, ſci Laurentii Martyris in tua glorificatione benedictio, cuius nobis eſt hodie facta ſuffra-

Digitized by Google

fragium in tua virtute confeſſio, per Dnm. *g. El.*

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ut ſemper nos beati Laurentii lætificent divina myſteria, quæ ſemper eſſe non definunt admiranda, per Dnm. *g. El.*

Alia. A.

Deus, qui refrigerium iuſtis, & gehennam impiis præparaſti; cuiusque auxilio beatus Laurentius in ferrea crate diſtentus, æſtuantis incendii flammas edaces contempto perſecutore devicit: concede propitius, ut eius orationibus, ſive meritis adiuvemur, per Dnm.

Alia. A.

Deus, quo iuvante beatus Laurentius ferrea crate libratus, ſubiecto minime ceſſit incendio; nam flagrantibus membris coronam eſt martyrii conſecutus: præſta, ut omnes, qui paſſionis eius merita veneramur, maieſtatis tuæ muniamur auxilio, per Dnm.

Alia. A.

Deus creator mundi & rector, qui hunc diem in Levitæ tui Laurentii martyrio conſecraſti: exaudi propitius ſupplices tuos, & concede, ut omnes, qui martyrii eius merita veneramur, interceſſionibus eius ab æternis gehennæ incendiis liberemur, per. *g. Ut ſupra.*

Alia.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus, vitiorum noſtrorum. *Ut ſupra.*

III. Idus Aug. Natl. S. TIBURTII Martyris. G. & GG.

Beati Tiburtii nos, Dne, foveant continuata præſidia, quia non definis propitius tueri, quos talibus auxiliis conceſſeris adiuvari, per Dnm. *gg.*

Secreta. G. & GG.

Adeſto, Dne, precibus populi tui, adeſto muneribus: ut quæ ſacris ſunt oblata myſteriis, tuorum tibi placeant interceſſione Sanctorum, per D. *gg.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! quia dum beati Tiburtii Martyris merita glorioſa veneramur, auxilium nobis tuæ propitiationis acquirimus, nec deſperamus de veniæ largitate, quam per eos, qui tibi placuere, depoſcimus, per Xpm. *El. gg.*

Ad Com. G. & GG.

Sumpſimus, Dne, pignus redemptionis æternæ: ſit nobis, Dne quæſumus, interveniente beato Tiburtio Martyre tuo, vitæ præſentis auxilium pariter & futuræ, per Dnm. *l. El. gg.*

Idus Aug. Natl. S. HIPPOLYTI Martyris. G.

Sancti Hippolyti Martyris, Dne quæſumus, veneranda feſtivitas ſalutaris auxilii nobis præſtet augmentum, per Dnm. *g. El.* Alia. GG.

Da nobis omnipotens Deus! ut beati Hippolyti Martyris tui veneranda ſolemnitas & devotionem nobis augeat & ſalutem, per Dnm. l. gg.

Secreta. G. & GG.

Reſpice, Dne, munera populi tui, Sanctorum feſtivitate votiva, & tuæ teſtificatio veritatis nobis proficiat ad ſalutem, per Dnm. *l. gg.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! qui non ſolum malis noſtris bona retribuis, ſed ut miſeris uberiora dona concedas, qui digne pro nobis poſſint intercedere, contuliſti; ut quod noſtra conſcientia non habebat, interceſſio obtineret tibi grata iuſtorum, per Xpm. *l.*

Ad Com. G. & GG.

Sacramentorum tuorum, Dne, communio ſumpta nos ſalvet, & in tuæ veritatis luce confirmet, per D. *El. gg.*

Digitized by Google

Alia Miſſa Ambroſiana de S. HIPPOLITO & CASSIANO. (1)

Interceſſio, Dne, beati Hippoliti Martyris tui, & tuam nobis non deſinat placare iuſtitiam, & noſtrum tibi devotum efficere famulatum, per D.

Alia.

Sancti Martyris tui Hippoliti, Dne quæſumus. *Ut ſupra.*

Secreta.

Offerimus tibi, Dne, preces & munera: quæ ut tuo ſint digna conſpectui, beati Martyris tui Hippoliti precibus adiuvemur, per Dnm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! nosque in hac ſolemnitatis die beati Martyris tui Hippoliti, ad tui nominis gloriam exultare; quia te verum ducem conſiderans, miles tuus eſſe voluit (*maluit*) quam dux militum comprobari, beatumque Laurentium ſuæ cuſtodiæ mancipatum, non perſecutus eſt, ſed ſecutus; qui cunſ theſauros eccleſiæ diſcutit, invenit theſaurum, non quem tyrannus eriperet, ſed quem pietas poſſideret. Invenit theſaurum, unde veræ divitiæ peterentur. Sprevit favorem tyranni, ut cum regis perpetui gratia probaretur; membris dividi non refugit, ne nexibus divelleretur æternis, quia ſolum vitæ dilexit auctorem, quem una tecum omnipotens Pater.

Ad Comm.

Sacramenti tui, Dne, communio ſumptanos ſalvet, & in tuæ veritatis luce confirmet, per D. *El. gg.*

Dominica XIII. Poſt Pentecoſten. Gel.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ, & merita ſupplicum excedis & vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuam, ut dimittas, quæ conſcientia metuit, & adiicias, quod oratio non præſumit, per Dnm. *g. gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, a quo ſolo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem, ut & cor.. ora mandatis tuis dedita, & tempora ſint tua protectione tranquilla, per. *g.*

Secreta.

Reſpice, Dne quæſumus, noſtram propitius ſervitutem, ut quod offerimus, ſit tibi munus acceptum, ſit noſtræ fragilitatis ſubſidium, per Dnm. *l. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui nos caſtigando ſanas, & refovendo benignus erudis, dum magis vis ſalvos eſſe correctos, quam perire neglectos, per Xpm. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Sentiamus, Dne quæſumus, tui perceptione ſacramenti ſubſidium mentis & corporis, ut in utroque ſalvati, cœleſtii remedii plenitudine gloriemur, per Dnm. *l. g. El. gg.*

[*XVIIII. Kl. Septemb. Natl. S. EUSEBII Presbyteri.* G. & GG.

Deus, qui nos beati Euſebii Confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, per eius apud (ed. *ad*) te exempla gradiamur, per. *El. gg.*

Secreta. G. & GG.

Laudis tuæ, Dne, hoſtias immolamus in tuorum commemoratione Scorum, quibus nos & præſentibus exui malis confidimus, & futuris, per Dnm. *l. El. gg.*

Ad Comm. G.

Sancti Euſebii natalitia tuo munere celebrantes, ſupplices te, Dne, deprecamur, ut hoc idem nobis ſemper indulgentiæ cauſa ſit & ſalutis, per Dnm.] *El.*

Alia. GG.

Refecti cibo potuque cæleſti, Deus noſter,

---

(1) Sic habet inſcriptio: ſed cum nec in collectis, nec in præfatione ulla habeatur S. CASSIANI mentio, qui & in cæteris ſacramentariis omittitur, eius nomen haud videtur ab ipſo S. AMBROSIO eſſe adpoſitum.

Digitized by Google

ster, te supplices exoramus, ut in cuius hac commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus, per Dnm. l. gg.

Eodem die Vigil. Assumptionis S. MARIÆ. G.

Sanctæ Mariæ semper Virginis, Dne, supplicationibus tribue nos foveri, ut cuius venerabilem solemnitatem prævenimus obsequio, eius intercessionibus commendemur & meritis, per Dnm. *l.*

Alia. GG.

Deus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da quæsumus, ut sua nos defensione munitos, iucundos faciat suæ interesse festivitati, per Dnm nrm. El. gg.

Secreta. G.

Suscipe, Dne, sacrificium placationis & laudis, quod nos interveniente Sca tua semperque Virgine Maria, cuius festivitatem prævenimus, & perducat ad veniam, & in perpetua gratiarum constituat actione, per D. *l.*

Alia. GG.

Magna est, Domine, apud clementiam tuam Dei Genitricis oratio: quam idcirco de præsenti sæculo transtulisti, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat, per eundem Dnm. El. gg. (1)

Ad Communion. G.

Adiuvent nos, quæsumus Dne, hæc mysteria sca, quæ sumpsimus; & beatæ semperque Virginis Mariæ, cuius solemnitatem præimus, intercessio veneranda, per Dnm. *g.*

Alia. GG.

Concede, misericors Deus, fragilitati nræ præsidium, ut qui scæ Dei Genitricis requiem celebramus, intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus, per eundem Dnm. gg.

XVIII. Kal. Sept.

Assumptio S. MARIÆ. G. & A.

Concede nobis, quæsumus omnipotens Deus, ad beatæ Mariæ semper Virginis gaudia æterna pertingere, de cuius nos veneranda assumptione tribuis annua solemnitate gaudere, per Dnm.

Alia. G. & GG.

Veneranda nobis, Dne, huius est diei festivitas, in qua Sca Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Dnm Deum *nrm Ihm Xpm de se genuit incarnatum; cuius intercessione quæsumus, ut mortem evadere possimus animarum, per eundem.* gg.

Item alia ad Missam. G.

Famulorum tuorum, Dne, delictis ignosce: & qui placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Dni Dei nostri intercessione salvemur, per eundem. gg. *Secreta.* G. & A.

Intercessio, quæsumus Dne, beatæ Mariæ semper Virginis munera nostra commendet, nosque in eius veneratione tuæ maiestati reddat acceptos, per Dnm.

Alia Secreta. G.

Subveniat, Dne, plebi tuæ Dei Genitricis oratio, quam etsi pro conditione carnis

(1) In aliis legitur, prout hodieque in Missali *Romano*: *Munera nostra, Domine . . . Dei Genitricis commendet oratio &c.*

nis migraſſe cognoſcimus, in cœleſti gloria apud te pro nobis orare ſentiamus, per eundem *Dnm.* gg.

Præfatio. G. & A.

VD. æterne Deus! Et nos te in tuis ſacratiſſimis virginibus, exultantibus animis laudare, benedicere, & prædicare: inter quas beata Dei Genitrix, intemerata Virgo Maria, glorioſiſſima effulſit; cuius aſſumptionis diem omni devotione præſenti ſacrificio celebramus, per Xpm. *El. gg.* *Ad Comm.* G. & A.

Cœleſti munere ſatiatos, omnipotens Deus, tua nos protectione cuſtodi: ut caſtimoniam & pacem mentibus noſtris atque corporibus, intercedente ſca Maria propitiatus indulgeas, & veniente ſponſo, Filio tuo unigenito, accenſis lampadib9 eius digni præſtolemur occurſum, per eund. Dnm. *g.*

Alia. G.

Menſæ cœleſtis participes effecti imploramus clementiam tuam, Dne Deus noſter! ut qui feſta Dei Genitricis colimus, a malis imminentib9 ei9 interceſſionibus liberemur, per eundem. gg.

Super populum. G. & A.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui terrenis corporibus Verbi tui & veritatis, Filii tui ſcilicet unigeniti, per venerabilem ac glorioſam ſemperque Virginem Mariam, ineffabile myſterium coniungere voluiſti: petimus immenſam clementiam tuam, ut quod in eius veneratione depoſcimus, te propitiante conſequi mereamur, per eundem. *g.*

Item eodem die Natl. S. SIMPLICIANI Epiſcopi, & tranſlatio S. SISINNII, MARTYRII, & ALEXANDRI. Or. Super Populum. *Ambroſ.* (1)

Impetret, quæſumus Dne, fidelibus tuis auxilium pietatis oratio beatiſſimorum Martyrum tuorum Siſinnii, Martyrii & Alexandri, ſed & Sacerdotis & Confeſſoris tui Simpliciani: ut in quorum ſolemnitate ſum9 devoti, facias nos propitius in eorum perpetua eſſe ſorte participes, per Dnm. *l.*

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut beatiſſimorum Martyrum tuorum Siſinnii, Martyrii & Alexandri, ſed & Sacerdotis & Confeſſoris tui Simpliciani, & imitatione te ducem mereamur ſectari, & oratione tueri, per Dnm.

Secreta.

Deus, qui ad deprecandum te noſtræ conſcientiæ perſpicis non ſufficere facultatem: cunctos Martyres & Confeſſores tuos fac pro nobis exorare, qui tibi digne poſſint pro noſtris actibus ſupplicare, per Dnm. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui non ſolum Martyrum glorioſa admiratione in cœlis es mirabilis, ſed etiam in terris a tuis teſtibus & Confeſſoribus conſona exultatione laudaris; qui licet ab infidelibus pro tui Unigeniti nomine acerbas non ſuſceperint paſſiones, occulto tamen ſanctitatis propoſito hoſtiles vitiorum acies mirabiliter ſuperarunt. Inter quos beatus Sacerdos & Confeſſor tuus Simplicianus, ut ad ianuam pietatis tuæ facilius ei concederetur ingreſſus, Martyrum imitans exempla, eorum eſt ſubſecutus ſacra veſtigia, per Xpm. *l. ex parte.* *Ad Comm.*

Quæſumus, omnipotens Deus, ut beatorum Martyrum tuorum Siſinnii, Martyrii & Alexandri, ſed & Sacerdotis & Confeſſoris tui Simpliciani deprecationibus, ſacramenta quæ ſumpſimus, ad tuæ nobis proficiant placationis augmentum, per Dnm.

XVI. Kl. Sept.

Octava S. LAURENTII. Gel.

Beati Laurentii nos faciat, Dne, paſſio veneranda lætantes, & ut eam ſufficienter recolamus, efficiat promptiores, per Dnm. *g.*

Alia.

(1) S. SIMPLICIANI Epiſcopi *Mediolanenſis* mentio in Martyrologio *Romano* habetur die ſequente, SS. Martyrum vero die 29. Maii.

Alia.

Iterata feſtivitate beati Laurentii natalitia veneramur, quæ in cœleſti beatitudine fulgere novimus ſempiterna, per Dnm. *g.*

Secreta.

Beati Laurentii Martyris honorabilem paſſionem muneribus, Dne, geminatis exſequimur, quæ licet propriis ſit memoranda principiis, indeſinenter tamen permanet glorioſa, per Dnm, *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! beati Laurentii natalitia repetentes, cui fidem confeſſionemque non abſtulit ignis ingeſtus, ſed eum, ut luceret magis, accendit; Nam ſicut aurum flammis non uritur, ſed probatur, ſic beati Martyris ſca ſubſtantia non conſumitur tormentorum incendiis, ſed aptatur cœleſtibus ornamentis, per Xpm. *gg.*

Ad Comm.

Solemnis nobis interceſſio beati Laurentii Martyris, quæſumus Dne, præſtet auxilium, ut cœleſtis menſæ participatio, quam ſumpſimus, tribuat eccleſiæ tuæ recenſitam lætitiam, per Dnm. *g.*

XV. Kl. Sept.

Natl. S. AGAPITI Mart. Gel. G.

Sci Martyris Agapiti merita nos, Dne, pretioſa tueantur, in quibus tuæ maieſtatis opera prædicantes, & præſens capiamus adiutorium, & futurum, per Dnm. *g. El.*

Alia. GG.

Lætetur eccleſia tua, Deus, beati Agapiti Martyris tui confeſſa ſuffragiis! atque eius precibus glorioſis & devota permaneat, & ſecura conſiſtat, per Dnm. gg.

Secreta. G. & GG.

Suſcipe, Dne, munera, quæ in eius tibi ſolemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari, per Dnm. *El. gg. Ad Comm.* G.

Protegat, quæſumus Dne, populum tuum & participatio cœleſtis indulta convivii, & deprecatio collata Sanctorum, per Dnm. *l. El.*

Alia ad Comm. GG.

Satiaſti, Dne, familiam tuam muneribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper interventione nos refove, cuius ſolemnia celebramus, per Dnm. l. gg.

XIIII. Kl. Sept.

Natl. S. MAGNI. Gel. (1)

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & intercedente beato Martyre tuo, Magno, ab hoſtium nos defende propitiatus incurſu, per Dnm. *l. g.*

Secreta.

Præſta nobis, quæſumus omnipotens Deus! ut noſtræ humilitatis oblatio & pro tuorum tibi grata ſit honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet, per Dnm. *l. g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui humanum genus de profundo mortis eripiens, captivitatem noſtram Ihu Xpi Filii tui Dni nri paſſione ſolviſti; per quem ita virtus antiqui hoſtis eliſa eſt, ut eius, quem ipſe ſuperaverat, etiam beatum Martyrem ſuum Magnum faceret eſſe victorem. Cuius triumphum in die, quem ſanguine ſuo ſignavit, colentes, in tua gloria exultamus, per eundem Xpm. *Ad*

(1) De hoc S. MAGNO, qui alius eſt ab illo in Martyrol. *Rom.* hac die notato, agit USUARDUS, aliique. Vid. MENARDUS nota 460. in Sacrament. *Gregorianum.*

Digitized by Google

Ad Comm.

Tua Sancta ſumentes, quæſumus Dne, ut beati Magni nos foveant continuata præſidia, per Dnm. *g.*

XI. Kl. Sept. Natl. S. TIMOTHEI Martyris. G. & GG.

Auxilium tuum nobis, Dne quæſumus, placatus impende, & intercedente beato Timotheo Martyre tuo, dexteram ſuper nos tuæ propitiationis extende, per Dnm. *El. gg.*

Secreta. G.

Offerimus tibi, Dne, preces & munera: quæ ut tuo ſint digna conſpectui, quæſumus, beati Martyris tui Timothei precibus adiuvemur, per Dnm. *l. gg.*

Alia Secreta. GG.

Accepta tibi ſit, Dne, ſacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum, quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium, per. l. El. gg.

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! Et magis hodie, cum tibi feſta ſolemnitas agitur, tibi dies ſacrata celebratur, quam beati Timothei Martyris tui ſanguis, in veritatis tuæ teſtificatione profuſus, magnifico nominis tui honore ſignavit, per Xpm.

Ad Comm. G. & GG.

Divini muneris largitate ſatiati, quæſumus Dne Deus noſter, ut intercedente beato Timotheo Martyre tuo, eius ſemper participatione vivamus, per Dnm. *l. El. gg.*

Dominica XIIII. Poſt Pentecoſten. Gel.

Omnipotens ſempiterne Deus! per quem cœpit eſſe quod non erat, & factum eſt viſibile quod latebat: ſtultitiam noſtri cordis emunda, & quæ in nobis ſunt vitiorum ſecreta purifica, ut poſſimus tibi Dno pura mente ſervire, per Dnm. *g.*

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus, de cuius munere venit, ut tibi a fidelibus tuis digne & laudabiliter ſerviatur, tribue nobis, quæſumus, ut ad promiſſiones tuas ſine offenſione curramus, per Dnm. *l. g. gg.*

Secreta.

Hoſtias, quæſumus Dne, propitius intende, quas ſacris altaribus exhibemus, ut nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem, per Dnm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia tu in noſtra ſemper faciens infirmitate virtutem, eccleſiam tuam inter adverſa creſcere tribuiſti, ut cum putaretur oppreſſa, tunc potius prævaleret exaltata: dum ſimul & experientiam fidei declarat afflictio, & victoriosiſſima perſeverat te propugnatore religio, per Xpm. vel & ideo. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Vivificet nos, quæſumus Dne, huius participatio ſancta myſterii, & pariter nobis expiationem tribuat & munimen, per D. *g. gg.*

VIIII. Kl. Sept. Natl. S. BARTHOLOMÆI. Gel.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui huius diei venerandam ſanctamque lætitiam beati Apoſtoli tui Bartholomæi feſtivitate tribuiſti! da eccleſiæ tuæ, quæ-

ſumus

Digitized by Google

fumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit, per Dnm. *l. El. gg.*

Secreta.

Beati Apoſtoli tui Bartholomæi, Dne, cuius ſolemnia recenſemus; quæſumus, (Ed. omittunt *ut eius*) ut auxilio eius tua beneficia capiamus, pro cuius honore tibi hoſtias laudis immolamus, per Dnm. *El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui eccleſiam tuam ſempiterna pietate non deſerens, per Apoſtolos tuos iugiter eam erudis & protegis, & ſine fine cuſtodis, per Xm. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Sumpſimus, Dne, pignus ſalutis æternæ, celebrantes beati Bartholomæi Apli tui votiva ſolemnia, & perpetua merita venerantes, per Dnm. *El. g.*

Super populum.

Protege, Dne, populum tuum, & Apoſtolorum tuorum patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerva, per Dnm. *l. El. g g.*

VIII. Kl. Sept. Natl. S. GENESII Mart.

Ambroſiana.

Beati Martyris tui Geneſii nos faciat, Dne, paſſio veneranda lætantes: & ut eam ſufficienter recolamus, dignos efficiat, per Dnm nrm.

Alia.

Sci Martyris tui Geneſii merita nos, Dne, pretioſa tueantur; in quibus tuæ maieſtatis opera prædicantes, & præſens capiamus adiutorium, & futurum, per.

Secreta.

Hoſtias, quæſumus Dne, quas in ſolemnitate beati Martyris tui Geneſii ſacris altaribus exhibemus, propitius reſpice; ut nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem, per Dnm nrm.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; nos tibi, omnipotens Dne, gratias agere, & in hac triumphali die conſona exultatione laudare, qua beatus Geneſius celeberrimus Martyr pro Xpi confeſſione nominis mortem ſuſcipere non expavit. Hic dum terreno imperio mimicæ artis placeret induſtria, renuit mundanæ delectationis lætitiam, ut eſſet gaudiorum cœleſtium perennis poſſeſſor; nam cum unda ſacri diluereretur baptiſmatis, & intra cœli ſecreta ſuæ confeſſionis auctorem videre promeruit, & Sem Spiritum in columbæ ſpecie ſibi adeſſe cognovit. O beata fides, divino fulta præſidio! o digna converſio, deifico luſtrata decore! quæ ante meruit gloriam videre cœleſtem, quam pro ipſius auctoris gloria in agone certaſſet. Hic enim innocentum animas, Xpi pro nomine damnatas morti, & intra cœleſtia regna conſpexit. & qua eſſet luce collocandus agnovit; ſic nimirum coram tyranno ſtetit immobilis, ut poſt varias minas, verberumque terrores, per ſui ſanguinis effuſionem, & nobis glorioſum ſe Martyrem, & cœleſtium civium monſtraret eſſe conſortem, per Xpm.

Ad Comm.

Plebem tuam, Dne, beatus Martyr Geneſius interventor attollat, & quam de ſuo facit martyrio ſæpius gratulari, dignam ſemper imploret tuæ pietatis exiſtere ſacramentis, per Dnm nrm Ihm Xpm.

VI. Kl. Sept. Natl. S. RUFI. Gel.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & beati Rufi interceſſionibus confidentes, nec minis adverſantium, nec ullo conturbemur incurſu, per. *l. g.*

Secreta.

Oblatis, quæſumus Dne, placare muneribus, & intercedente beato Rufo Martyre tuo, a cunctis nos defende periculis, per Dnm nrm. *g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quoniam ſupplicationibus noſtris miſericordiam tuam confidimus affuturam, quam beati Rufi poſcimus interventu nobis & confeſſione præſtari, per Xpm. *gg.*

Ad Comm.

Cœleſtibus refecti ſacramentis & gaudiis ſupplices te rogamus, Dne, ut quorum

Digitized by Google

rum gloriamur triumphis, protegamur auxiliis, per. *g g.*

V. Kl. Sept.

Natl. S. HERMETIS Mart. G.

Interceſſio, Dne, beati Hermetis Martyris tui, & tuam nobis non deſinat placare iuſtitiam, & noſtrum tibi devotum iugiter efficere famulatum, per. *El.*

Alia. GG.

Deus, qui beatum Hermen Martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti; ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius adverſa formidare, per. gg.

Secreta. G.

Munera noſtra, Dne quæſumus, propitiatus aſſume, & ut digne tuis famulemur altaribus, ſci tui nos Hermetis interceſſione cuſtodi, per Dnm nrm. *El. g.*

Alia Secreta. GG.

Sacrificium tibi, Dne, laudis offerimus in tuorum commemoratione Sanctorum: da, quæſumus, ut quod illis contulit gloriam, nobis proſit ad ſalutem, per. l. gg.

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! quoniam fiducialiter tibi laudis hoſtias immolamus, quas pro ſci Hermetis Martyris tui confeſſione ſacrificio præſenti confidimus adiuvandas, per Xpm. *El. gg*

Ad Comm. G. & GG.

Repleti, Dne, benedictione cœleſti, quæſumus clementiam tuam, ut intercedente beato Hermete Martyre tuo, quæ humiliter gerimus, ſalubriter ſentiamus, per. *l. El. gg.*

Eodem die Depoſ. S. AUGUSTINI Epi. Ambroſiana. (1)

Miſericordiam tuam, Dne, nobis quæſumus, interveniente beato Sacerdote & Confeſſore tuo Auguſtino clementer impende, & nobis peccatoribus ipſius propitiare ſuffragiis, per Dnm.

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ut beati Confeſſoris tui Auguſtini, cuius iugiter celebramus meritum, continuum ſentiamus auxilium, per. *l.*

Secreta.

Sci Confeſſoris tui Auguſtini nobis Dne pia non deſit interceſſio; quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat, per. *l. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et in omni loco ac tempore omnipotentiæ tuæ gloriam celebrare; per quod pietatis officium, in commemoratione beati Auguſtini Confeſſoris tui atque Pontificis ſacrificium tibi laudis offerimus, & magnificentiam tuam in mortificatione ipſius adoramus, tua in omnibus operante virtute, ut nullis illecebris corporis, nullis promiſſis blandimentorum fallacium, vir tuo ignitus Spiritu vinceretur; quia ita eum omne genus pietatis imbueras, ut ipſe tibi & ara & ſacrificium, & ſacerdos eſſet, & templum, per Xpm Dnm nrm.

Ad Comm.

Ut nobis, Dne, tua ſacrificia dent ſalutem, beatus Confeſſor tuus Auguſtinus, quæſumus, precator accedat, per. *El. gg.*

Dominica XV. poſt Pentecoſten. Gel.

Omnipotens ſempiterne Deus! da nobis fidei, ſpei & caritatis augmentum: & ut mereamur aſſequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis, per. *l. g. gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus! fac nos tibi ſemper & devotam gerere voluntatem, & maieſtati tuæ ſincero corde ſervire, per Dnm nrm. *g.*

Se-

(1) *Rhen.* V. Cal. *Sept.* Nat. S. AUG. *Adeſto Domine.* Ut in Miſſali *Romano*, quocum etiam hic convenit Ambroſiana *Secreta*, & *ad Commun.*

Secreta.

Propitiare, Dne, precibus populi tui, propitiare muneribus, ut hac oblatione placatus, & indulgentiam nobis tribuas, & poſtulata concedas, per. *El. g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui nos de donis bonorum temporalium ad perceptionem provehis æternorum; & hæc tribuis, & illa promittis, ut & manſuris iam incipiamus inſeri, & prætereuntibus non teneri. Tuum eſt enim, quod vivimus; quia licet peccati vulnere natura noſtra ſit vitiata, tui tamen eſt operis, ut terreni generati ad cœleſtia renaſcamur, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Sumptis, Dne, cœleſtibus ſacramentis, ad redemptionis æternæ, quæſumus, proficiamus augmentum, per. *g. gg.*

IIII. Kl. Sept.
Natl. Scæ SABINÆ. G.

Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter, ut ſicut de ſcæ Sabinæ feſtivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu, per Dnm. *l. El.*

Alia. GG.

Deus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrii contuliſti: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, per eius exempla ad te gradiamur, per. gg.

Secreta. G.

Gratanter, Dne, ad munera dicanda concurrimus, quæ nomini tuo pro ſolemnitate ſanctæ Martyris Sabinæ ſuppliciter immolamus, per Dnm. *l. El.*

Alia Secreta. GG.

Hoſtias tibi, Dne, beatæ Sabinæ Martyris tuæ dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per. l. gg.

Ad Comm. G.

Purificet nos, Dne quæſumus, & divini perceptio ſacramenti, & glorioſa deprecatio ſanctæ Sabinæ, per. *El.*

Alia ad Comm. GG.

Divini muneris largitate ſatiati, quæſumus Dne Deus noſter! ut intercedente beata Sabina Martyre tua, in huius ſemper participatione vivamus, per. l. gg.

Eodem die Paſſio S. IOH. Baptiſtæ. Gel.

Sci Iohannis Baptiſtæ & Martyris tui, Dne quæſumus, veneranda feſtivitas ſalutaris auxilii nobis præſtet effectum, per. *g. El.*

Alia.

Perpetuis nos, Dne, ſci Iohannis Baptiſtæ tuere præſidiis, & quanto fragiliores ſumus, tanto magis neceſſariis attolle ſuffragiis, per. *l. g. El.*

Secreta.

Munera tibi, Dne, pro ſci Martyris Iohannis Baptiſtæ paſſione deferimus, quia dum finitur in terris, factus eſt cœleſti ſede perpetuus: quæſumus, ut eius obtentu nobis proficiant ad ſalutem, per Dnm. *g. El.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui præcurſorem Filii tui tanto munere ditaſti, ut pro veritatis præconio capite plecteretur; & qui Xpm aqua baptizaverat, ab ipſo in Spiritu baptizatus, pro eodem hodie proprio ſanguine tingeretur; præco quippe veritatis, quæ Xpꝰ eſt, Herodem a fraternis thalamis prohibendo carceris obſcuritate detruditur, ubi ſo-

lo Divinitatis tuæ lumine ſervaretur. Exin capite plectitur, qui plus erat quam Propheta, quia Iudæi Xpm, qui Dnꝰ & caput Prophetarum eſt, amiſerunt; Iohannes autem fidelis pronuntiator, implevit officium præcurſoris, ut redemptorem mundi, quem ſuperis digito demonſtraverat, etiam ad inferos pretioſa morte præcederet, Xpm Dnm nrm. *El. gg. var.*

Ad Comm.

Conferat nobis, Dne, ſci Iohannis utrumque ſolemnitas, ut magnifica ſacramenta, quæ ſumpſimus, ſignificata veneremur, & in nobis potius edita gaudeamus, per. *g. El.*

Item unde ſupra Ambroſiana.

Protegat eccleſiam tuam, Deus, oratio veneranda beatiſſimi Præcurſoris & Martyris tui Iohannis Baptiſtæ! & cui frequentiam devotionis impendit, perpetuæ poſcat redemptionis effectum, qui vivis.

Alia.

Perpetuis nos, Dne &c. *Ut ſupra. l. g. El.*

Secreta.

Auxilientur nobis, Dne, beati Præcurſoris & Martyris tui Iohannis Baptiſtæ veneranda merita paſſionis, & hæc nobis hoſtia tuæ placationis exiſtant, per.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; nos tibi omnipotens Dne gratias agere, teque omni tempore benedicere, & in hac præcipua feſtivitate diei laudare, in quo beatus Iohannes Baptiſta martyrii eſt coronam adeptus, quo inter natos maior nemo extitit mulierum. Nuptias prohibendo illicitas glorioſum martyrii triumphum capite truncatus obtinuit, & Dnm nrm Ihm Xpm mundi Salvatorem veniſſe corporali præſentia demonſtravit; eius quoque deſcenſionem præcurrens inferis nuntiavit; Et ideo cum angelis.

Ad Comm.

Sci Iohannis Baptiſtæ & Martyris tui, Dne quæſumus, veneranda feſtivitas, ſalutaris auxilii nobis præſtet effectum, per. *g.*

III. Kl. Sept.

Nat. S. FELICIS & ADAUCTI. G. GG.

Maieſtatem tuam, Dne, ſupplices deprecamur, ut ſicut nos iugiter Sanctorum tuorum commemoratione lætificas, ita ſemper ſupplicatione defendas, per. *l. El. gg.*

Secreta. G. & GG.

Hoſtias, Dne, tuæ plebis intende, & quas in honore Scorum tuorum devota mente celebrat, proficere ſibi ſentiat ad ſalutem, per. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Repleti, Dne, muneribus ſacris, quæſumus, ut intercedentibus Sanctis tuis, in gratiarum tuarum ſemper actione maneamus, per. *l. El. gg.*

Kl. Sept. Nat. S. PRISCI. Gel.

Omnipotens ſempiterne Deus, fortitudo certantium, & Martyrum palma, ſolemnitatem hodiernæ diei propitius intuere: & eccleſiam tuam continua fac celebritate lætari, & interceſſione beati Martyris Priſci, omnium in te credentium vota perficias, per. *g.*

Secreta.

Eius tibi precibus, Dne quæſumus, hæc grata reddatur oblatio, pro cuius eſt feſtivitate immolanda, per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui ſic tribuis eccleſiam tuam Scorum commemoratione proficere, ut eam ſemper illorum & feſtivitate lætifices, & exemplo piæ converſationis exerceas, grataque tibi ſupplicatione tuearis, per Xpm. *l. gg.*

Ad Comm.

Præſta, quæſumus Dne, ut ſacramenti tui participatione vegetati, ſci quoque Martyris Priſci precibus adiuvemur, per. *g.*

Domi-

Digitized by Google

Dominica XVI. poſt Pentecoſten.

Cuſtodi, Dne quæſumus, eccleſiam tuam propitiatione perpetua: & quia ſine te labitur humana mortalitas, tuis ſemper auxiliis, & abſtrahatur a noxiis, & ad ſalutaria dirigatur, per. *g. gg.*

Alia.

Præſta nobis miſericors Deus! ut placationem tuam promptis mentibus exoremus, & peccatorum veniam conſequentes, a noxiis liberemur incurſibus, per. *g. El.* *Secreta.*

Concede nobis, Dne quæſumus, ut hæc hoſtia ſalutaris, & noſtrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio poteſtatis, per Dnm nrm. *g. gg.*

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm; qui æternitate ſacerdotii ſui omnes tibi ſervientes ſanctificat Sacerdotes, quoniam mortali carne circumdati, ita cottidianis peccatorum remiſſionibus indigemus, ut non ſolum pro populo tuo, ſed etiam pro nobis, eiusdem te Pontificis interpellando ſanguis exoret, per quem maieſtatem. *El. g g.* *Ad Comm.*

Purificent ſemper & muniant tua ſacramenta nos Deus, & ad perfectæ ducant ſalvationis effectum, per. *gg.*

VI. Id. Sept.

Nativitas Scæ MARIÆ. G.

Adiuvet nos, quæſumus Dne, ſcæ Mariæ interceſſio veneranda, cuius etiam diem, quo felix eius eſt inchoata nativitas, devotiſſime celebramus, per Dnm. *g. El.* *Alia.* G.

Adeſto nobis, omnipotens Deus, beatæ Mariæ feſta repetentibus, quam hodiernæ feſtivitatis prolatam exortu, ineffabili munere ſublevaſti, per Dnm. *El.*

Alia. G. & GG.

Supplicationem ſervorum tuorum Deus miſerator exaudi! ut qui in nativitate Dei Genitricis & Virginis congregamur, eius interceſſionibus complicatis ad te (ed. *a te*) *de inſtantibus periculis eruamur, per eundem.* El. g g.

[*Ad Miſſas.* G. & GG. (1)

Famulis tuis, Dne, cœleſtis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, nativitatis eius votiva ſolemnitas pacis tribuat incrementum, per Dnm.] *El. gg.*

Secreta. G.

Accipe munera, Dne, quæ in beatæ Mariæ iterata ſolemnitate deferimus: quia ad tua præconia recurrit & laudem, quod vel talis eſt orta, vel talis aſſumpta, per Dnm.

Alia Secreta. G.

Suſcipe, Dne quæſumus, hoſtias placationis & laudis, quas tibi offerimus pro nativitate beatæ & glorioſæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ut ſcis eiusque interceſſionibus cunctis nobis proficiant ad ſalutem, per. *g.*

Item alia Secreta, G. & GG.

Unigeniti tui, Dne, nobis ſuccurrat humanitas, ut qui natus de Virgine matris integritatem non minuit, ſed ſacravit, in nativitatis eius ſolemniis a noſtris nos piaculis exuens, oblationem noſtram ſibi (al. tibi) *faciat acceptam Dn9 noſter Ih9 Xpus, qui tecum vivit.* El. gg.

Præfatio. G.

VD. æquum & ſalutare; Nos tibi in omnium Scorum tuorum provectu gratias

(1) San-Gallenſis *Super populum.*

agere, Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus: & præcipue pro meritis beatæ Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ, gratia plenæ, tuam omnipotentiam laudare, benedicere, & prædicare, per eundem Xpm. *El. gg.*

Ad Comm. G.

Sumptis, Dne, ſacramentis, intercedente beata & glorioſa ſemperque Virgine Dei Genitrice Maria, ad redemptionis æternæ, quæſumus, proficiamus augmentum, per eund. *g.*

Alia ad Comm. GG.

Sumpſimus, Dne, celebritatis annuæ voti̇va ſacramenta: præſta quæſumus, ut & temporalis nobis vitæ remedia præbeant & æternæ, per Dnm. l. El. gg.

Eodem die. ADRIANI Mart. Gel. (1)

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut qui beati Adriani Martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eius interceſſionibus liberemur, per. El. gg.

Secreta.

Munera, quæſumus Dne, tibi dicata ſanctifica, & intercedente beato Adriano Martyre tuo per eadem nos placatus intende, per Dnm nrm. El. gg.

Ad Comm.

Beati Adriani Martyris tui, Dne, interceſſione placatus, præſta quæſumus, ut quæ temporaliter gerimus, perpetua ſalvatione capiamus, per. El. g.

V. Id. Sept. Natl. S. GORGONII. Gel.

Sanctus Gorgonius, Dne, ſua nos interceſſione lætificet, & pia faciat ſolemnitate gaudere, per. *g.*

Secreta.

Grata ſit tibi, Dne, noſtræ ſervitutis oblatio, pro qua ſanctus Gorgonius Martyr intervenit, per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! teque in Scorum tuorum confeſſionibus laudare, in cuius facti ſunt virtute victores; quando enim humana fragilitas vel paſſioni ſufficeret, vel hoſtis aerii nequitias vinceret? niſi tuæ firmitatis ſubſidium miniſtrares, & ſæva furentis inimici potenter arma contereres, per Xpm. *gg.*

Ad Comm.

Familiam tuam, Deus! ſuavitas illa contingat & vegetet, qua in Martyre tuo Gorgonio Xpi tui bono iugiter odore paſcatur, per Dnm. *g.*

III. Idus Sept. Natl. S. PROTI & HYACINTHI. (2) G. & GG.

Beati Proti nos, Dne, & Hyacinthi foveat pretioſa confeſſio, & pia iugiter interceſſio tueatur, per. *El. gg.*

Secreta. G. & GG.

Pro ſcorum Proti & Hyacinthi, munera tibi, Dne, commemoratione, quæ debemus, exſolvimus: præſta quæſumus, ut remedium nobis perpetuæ ſalutis operentur, per. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Percepta nos, Dne, tua Sancta purificent,

(1) Cum ſolo titulo: *Eodem die natalis S. Adriani*, in *Rhen.* & *San-Gall.* ſed ſine Miſſa.

(2) In omnibus tribus collectis poſt S. HYACINTHUM alia manu ſuperſcribitur FELICIS & REGULÆ, qui ex *Thebæa* legione apud *Thurcgum* caſtrum hac die paſſi ſunt: paſſionis hiſtoriam B. NOTKERUS in ſuo Martyrologio deſcribit.

Digitized by Google

ficent, quod beati Proti & Hyacinthi, quæſumus, imploret oratio per. *El. gg.*

Dominica XVII. poſt Pentecoſten.
Gel.

Eccleſiam tuam, Dne, miſeratio continuata mundet & muniat: & quia ſine te non poteſt ſalva conſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur, per. *g. gg.*

Alia.

Da, quæſumus Dne, hanc mentem populo tuo, ut qui ad te placandum neceſſitate concurrit, maieſtati tuæ fiat etiam voluntate devotus, per Dnm. *g.*

Secreta.

Tua nos, Dne, ſacramenta cuſtodiant, & contra diabolicos tueantur ſemper incurſus, per. *g. gg.*

Prafatio.

VD. æterne Deus! ut qui te auctore ſubſiſtimus, te diſpenſante dirigamur; nec noſtris ſenſibus relinquamur, ſed ad tuæ reducti ſemper tramitem veritatis, hoc ſtudeamus exercere, quod præcipis, ut poſſimus dona percipere, quæ promittis, per Xpm. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Mentes noſtras & corpora poſſideat, Dne quæſumus, doni cœleſtis operatio: ut non noſter ſenſus in nobis, ſed iugiter eius proveniat effectus, per Dnm. *g. gg.* (1)

XVIII. Kl. Oct.

Exaltatio Scæ Crucis. G. & A.

Deus, qui nos hodierna die exaltationis ſcæ Crucis annua ſolemnitate lætificas: præſta, ut cuius myſterium in terra cognovimus, eius redemptionis præmia in cœlo conſequi mereamur, per. *g.*

Alia. G. GG. & A. (2)

Deus, qui unigeniti tui Dni nri Ihu Xpi pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es! concede propitius, ut qui ad adorandam vivificam eius Crucem adveniunt, a peccatorum ſuorum nexibus liberentur, per eundem Dnm nrm. *El. gg.*

Secreta. G. & A.

Devotas, Dne, humilitatis nræ preces & hoſtias miſericordiæ tuæ præcedat auxilium: & ſalutem, quam per Adam in paradiſo ligni clauſerat temerata præſumptio, ligni rurſum fides aperiat, per. *g. El.*

Ad Comm. G. & A.

Adeſto familiæ tuæ, quæſumus clemens & miſericors Deus! ut in adverſis & proſperis preces exaudias, & nefas adverſariorum per auxilium ſcæ Crucis digneris conterere, ut portum ſalutis tuæ valeant apprehendere, per Dnm nrm Ihum Xpm. *g. El.*

Alia ad Comm. GG.

Quæſumus omnipotens Deus, ut quos divina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis, per Dnm nrm Ihm Xpm. l. gg.

Item alia ad Comm.

Repleti alimonia cœleſti, & ſpiritali poculo recreati, quæſumus omnipotens Deus! ut ab hoſte maligno defendas, quos per lignum ſanctæ Crucis Filii tui, etiam contra ſpiritales nequitias armare non ceſſas, per eundem Dnm nrm. *g.*

Eodem die Nat. S. CORNELII & CYPRIANI. G. & A.

Beatorum Martyrum pariterque Pontificum

(1) In Miſſali *Romano* hodie legitur: *Præveniat ſcfitus.*

(2) Rhen. *ad Crucem ſalutandum.*

ficum Cornelii & Cypriani nos, Domine quæſumus, feſta tueantur, & eorum commendet oratio veneranda, per. *l. g. El.*

Alia. GG.

Infirmitatem noſtram, quæſumus Dne, propitius reſpice, & mala omnia, quæ iuſte meremur, Scorum tuorum interceſſione averte, per Dnm. gg.

Alia.

Dne Deus noſter, multiplica ſuper nos gratiam tuam, & ſcorum tuorum Cornelii & Cypriani, quorum celebramus glorioſa certamina, tribue ſubſequi in ſancta profeſſione victoriam, per Dnm. *l.*

Secreta. G. & GG.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, quas in Scorum tuorum commemoratione deferimus, ut qui noſtræ iuſtitiæ fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuvemur, per. l. gg.

Alia Secreta. G. & A.

Plebis tuæ, Dne, munera benignus intende, quæ maieſtati tuæ pro ſcorum Martyrum Cornelii & Cypriani ſolemnitatibus ſunt dicata, per. *l. g. El.*

Præfatio. G. & A.

VD. æterne Deus! tuamque in ſcorum tuorum Cornelii & Cypriani feſtivitate prædicare virtutem, quos diſcretis terrarum partibus greges ſacros divino pane paſcentes, una fide eademque die pari nominis tui confeſſione coronaſti, per Xpm. *l. El.*

Ad Comm. G. & A.

Sacro munere vegetatos, in ſcorum Martyrum Cornelii & Cypriani natalitia, (1) nos tibi, Dne quæſumus, eorum commendet oratio, per Dnm. *l. g.*

Alia ad Comm. GG.

Quæſumus Dne, ſalutaribus repleti myſteriis, ut quorum ſolemnia celebramus, orationibus adiuvemur, per. El. gg.

Item Miſſa propria CYPRIANI Epi & Mart.

Salutarem nobis dedit hodierna die beati Cypriani Sacerdotis & Martyris in tua, Domine, virtute confeſſio lætitiam: præſta quæſumus, ut & converſationis eius imitatione prædicanda, & interceſſione tibi placita iugiter gloriemur, per Dnm nrm.

Secreta.

Sacrificium noſtrum, Dne, ipſa tibi ſit actione placabile, cui præſenti myſterio dominicæ paſſionis, de cuius eſt germine procreata, beati Cypriani Sacerdotis & Martyris mors præclara ſubiungitur, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! beati Cypriani natalis gloriam recurrentes (al. *recenſentes*) ut qui in conſpectu tuo clarus eſt gemma Sacerdotis & Martyris, & præſenti nos merito tibi foveat ſervientes, & ad miſericordiam ſempiternam pius interventor perducat, per Xpm. *g g.*

Ad Comm.

Satiati ſumus, Dne, muneribus ſacris, quæ tanto nobis uberius credimus profutura, quanto ſanctis hæc meritis intercedentibus Martyrum nos percepiſſe confidimus, per Dnm nrm.

XVII. Kl. Oct.

Nat. S. NICOMEDIS. G. & GG.

Ad-

(1) In Leon. *ſacro munere vegetatos ſcorum Martyrum*, omiſſa præpoſ. *in.* ſed & ſic ſenſus obſcurus: forte hic legendum: *In Scorum... natalitio.*

Digitized by Google

Adesto, Dne, populo tuo, ut beati Nicomedis Martyris tui merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrociniis adiuvetur, per Dnm. *El. gg.*

Secreta. G.

Intercessio sci Nicomedis misericordiæ tuæ, Dne, munera nra conciliet: ut quam merita nostra non valent, eius deprecatio nobis indulgentiam valeat obtinere, per.

Alia Secreta. GG.

Suscipe, Dne, munera propitius oblata, quæ maiestati tuæ beati Nicomedis Martyris commendet oratio, per Dnm. El. gg.

Ad Comm. G. & GG.

Purificent nos, Dne, sacramenta, quæ sumpsimus; & intercedente beato Nicomede Martyre tuo a cunctis efficiant vitiis absolutos, per. *El. gg.*

XVI. Kl. Oct.

Natl. S. EUPHEMIÆ. G. & GG.

Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius, ut qui beatæ Euphemiæ Martyris tuæ solemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus, per. *El. gg.*

Secreta. G. & GG.

Præsta, quæsumus Dne Deus noster! ut sicut in tuo conspectu mors est pretiosa Sanctorum, ita eorum merita venerantium accepta tibi reddatur oblatio, per. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Sanctificet nos, Dne quæsumus, tui perceptio sacramenti; & intercessio beatæ Martyris Euphemiæ tibi reddat acceptos, per. *l. El. gg.*

Item alia Missa. (1)

Concede, quæsumus omnipotens & misericors Deus, ut beata Euphemia, quæ virginitatis pariter & martyrii promeruit palmam, intercessionibus suis & præsentis vitæ remedia nobis conferat, & æternam salutem, per Dnm.

Alia.

Deus, qui beatæ Virgini (&) Martyri tuæ Euphemiæ pro tuo nomine dimicandi fidem & constantiam præbuisti: concede nobis supplicantibus, ut sicut illa horrenda vicit augmenta pœnarum, ita & nos sæviſſimi hostis vitia, te auxiliante, vincere valeamus, per Dnm.

Secreta.

Munera, quæsumus Dne, quæ in beatæ Euphemiæ celebritate deferimus, ita gratiæ tuæ efficiantur accepta, sicut eius tibi placitum extitit passionis certamen, per.

Præfatio

VD Per X. D. N. per quem Virgo alma triumphatrix Euphemia, virginitatis retinens mitram, passionis meruit vestiri corona. Cuius precibus inimicus hostis evincitur, priscus adversarius superatur, a fornacis igne virgo sospes eripitur, duri lapides in pulverem convertuntur, feræ mansuescunt, collaque submittunt, atque omnia pœnarum supplicia eius oratione superantur; novissime gladii mucrone confossa, carnea relinquens claustra cœlesti choro iungitur læta. Hæc sacra Virgo tibi, Dne, ecclesiam tuam commendet; hæc pro nobis peccatoribus interpellet; hæc etiam vota nostra, ut virgo vernula, illibata tibi præsentet, per eundem Xpm.

Ad Comm.

Sanctificet nos, Dne quæsumus, tui perceptio. *Ut supra.*

Eodem die Natl. S. LUCIÆ & GEMINIANI. G.

Infirmitatem nostram, quæsumus Dne, propitius respice: & mala omnia, quæ iuste merentur, sanctorum tuorum Luciæ & Geminiani intercessione averte, per. *gg.*

Alia.

---

(1) Missa hæc, etsi titulum non præferat, videtur tamen *Ambrosiana.*

Alia. GG.

Præſta, Dne, precibus noſtris cum exultatione provectum (*ed.* proventum) *ut quorum diem paſſionis annua devotione recolimus, etiam fidei conſtantiam ſubſequamur, per.* El. gg.

Secreta. G. & GG.

Vota populi tui, Dne, propitius intende, & quorum nos tribuis ſolemnia celebrare, fac gaudere ſuffragiis, per Dnm nrm. *l. El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Exaudi, Dne, preces noſtras, & Scorum tuorum, quorum feſta ſolemniter colimus, continuis foveamur auxiliis, per Dnm. *El. gg.*

Die Dom. Ad S. PETRUM. G. & GG. (1)

Abſolve, quæſumus Dne, tuorum delicta populorum: & a peccatorum noſtrorum nexibus, quæ pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur, per. *El. gg. Vat.*

Alia. G.

Quæſumus, omnipotens Deus, preces nras reſpice, & tuæ ſuper nos viſcera pietatis impende: ut qui ex nra culpa affligimur, tua pietate miſericorditer liberemur, per Dnm.

Secreta. G. & GG.

Pro noſtræ ſervitutis augmento ſacrificium tibi, Dne, laudis offerimus: ut quod immeritis contuliſti, propitius exſequaris, per Dnm. *gg. Vat.* (2)

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! quia cum laude nra non indigeas, grata tibi tamen eſt tuorum devotio famulorum; nec te augent nra præconia, ſed nobis proficiunt ad ſalutem; quoniam ſicut fontem vitæ præterire cauſa moriendi eſt, ſic eodem iugiter redundare, effectus eſt ſine fine vivendi, per Xpum. *l. El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut quos divina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis, per. *l. gg. Vat.*

Feria IIII.

Ad Scam MARIAM. G. & GG.

Miſericordiæ tuæ remediis, quæſumus Dne, fragilitas nra ſubſiſtat: ut quæ ſua conditione atteritur, tua clementia reparetur, per Dnm. *l. El. gg.*

Alia. G. & GG.

Præſta, quæſumus Dne, familiæ ſupplicanti, ut dum a cibis corporalibus ſe abſtinent, a vitiis mente ieiunent, per. *El. g. gg.*

Secreta. G.

Deus, qui de his terræ fructibus tua ſacramenta conſtare voluiſti: præſta quæſumus, ut opem nobis & præſentis vitæ conferant, & futuræ, per Dnm. *g.*

Secreta alia. GG.

Hæc hoſtia, Dne quæſumus, emundet noſtra delicta, & (ed. ad) ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora mentesque ſanctificet, per Dnm. gg.

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! qui nos ideo collectis terræ fructibus per abſtinentiam tibi gratias agere voluiſti, ut ex ipſo devotionis genere noſceremus, non hæc ad exuberantiam corporalem, ſed ad fragilitatis

---

(1) Rhen. *Orationes menſis ſeptimi. Die Dominica ad S. Petrum. Hebd. XVIII. poſt Pent.* Sic pariter in *Elig.* Hæc porro Miſſa in Miſſali *Rom.* habetur Dom. XXIII. poſt Pent. & apud MURATORIUM omnino omiſſa.

(2) Elig. *Sacrificium tibi laudis offerentes quæſumus Domine, ut quod &c.*

Digitized by Google

tatis nos ſufficientiam percepiſſe; & quod ex his parcius ſumeremus, egentium proficeret alimentis; & ut ſalutaris caſtigatio mortalitatis inſolentiam mitigaret, & pietas largitores nos tuæ benignitatis efficeret, ſicque donis temporalibus uteremur, ut diſceremus inhiare perpetuis, per Xpm. Dnm. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Sumentes, Dne, dona cœleſtia ſuppliciter deprecamur: ut quæ ſedula ſervitute, donante te, gerimus, dignis ſenſibus tuo munere capiamus, per Dnm. *El. gg.*

Feria VI. ad Apoſtolos.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut obſervationes ſacras annua devotione recolentes, & corpore tibi placeamus & mente, per Dnm. *El. gg.*

Secreta.

Accepta tibi ſint, Dne quæſumus, noſtri dona ieiunii: quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad ſempiterna promiſſa perducant, per. *l. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui iuſto pioque moderamine, & pro peccatis flagella irrogas, & poſt flagella veniam propitiatus condonas, & peccatorum vitam potius volens quam mortem, non eos ad interitum condemnas, ſed ut corrigantur, miſeratus expectas, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora ſumamus, per Dnm. *El. gg.*

Sabbato in XII. Lect. ad S. PETRUM.

Tribue, quæſumus Dne, fidelibus tuis, ut & ieiunio menſis ſeptimi convenienter aptentur, & ſuſcepta ſolemniter caſtigatio corporalis ad fructum cunctarum tranſeat animarum, per Dnm. *l. g. El.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per continentiam ſalutarem & corporibus mederis & mentibus: maieſtatem tuam ſupplices exoramus, ut pia ieiunantium deprecatione placatus, & præſentia nobis ſubſidia præbeas & futura, per Dnm. El. gg.

Alia.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus, ut ieiunando tua gratia ſatiemur; & abſtinendo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores, per. *l. El. g g.*

Alia.

Deus humanæ ſalutis operator! da nobis exercere ieiunia congruenter, quibus nræ ſubſtantiæ ſempiterna remedia providiſti, per. *g.*

Alia.

Tuere, quæſumus Dne, familiam tuam; ut ſalutis æternæ remedia, quæ te aſpirante requirimus, te largiente conſequamur, per Dnm. El. gg.

[*Alia.*

Omnipotentiam tuam, Dne, prompta mente laudantes, ieiunia tibi ſacrata deferimus; ut dum grati de perceptis exiſtimus, efficiamur de percipiendis fructibus gratiores, per Dnm.] *g.*

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ſic nos ab epulis abſtinere carnalibus, ut a vitiis irruentibus pariter ieiunemus, per. gg.

Alia.

Ut nos, Dne, tribuis ſolemne tibi deferre ieiunium; ſic nobis, quæſumus, indulgentiæ præſta ſubſidium, per. *El. gg.*

Poſt Benedictionem.

Deus, cuius adoranda potentia maieſtatis

ſtatis flammæ ſævientis incendium ſanctis tribus pueris in ſplendore demutatum eſt animarum: eccleſiæ tuæ ſimilibus adeſto remediis, ut de gravioribus mundi huius adverſitatibus propitiatione cœleſti populus tuus ereptus exultet, per Dnm.

Ad Miſſam.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum, per Dnm. g. El. gg.

Secreta.

Hæc hoſtia, Dne quæſumus, & vincula noſtræ iniquitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet, per. *g. El.*

Alia Secreta.

Concede, quæſumus omnipotens Deus! ut oculis tuæ maieſtatis munus oblatum, & gratiam nobis devotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat, per. gg.

Præfatio

VD. æterne Deus! Et tibi ſanctificare ieiunium, quod nos ob ædificationem animarum, & caſtigationem corporum ſervare docuiſti; quia reſtrictis corporibus animæ ſaginantur, & in quo homo noſter affligitur exterior, dilatatur interior. Memento, quæſumus Dne, ieiuniorum noſtrorum, & miſericordiarum tuarum, quas peccatoribus pie ſemper ieiunantibus contuliſti, & præſta, ut non ſolum a cibis, ſed a peccatis omnibus abſtinentes, devotionis ieiunio placeamus, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Perficiant in nobis, Dne quæſumus, tua ſacramenta, quod continent; ut quæ nunc ſpecie gerimus, rerum veritate capiamus, per Dnm. *g. El. gg.*

Super populum.

Suſcipe, Dne, preces populi ſupplicantis, & noſtri vota ieiunii ſalutaris tui perfice ſacramentum, per. *g.*

Dominica vacat. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus, miſericordiam tuam oſtende ſupplicibus; ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum, ſed indulgentiam ſentiamus, per. *gg. El.*

Alia.

Tuere, quæſumus Dne, familiam tuam. *Require ſupra.*

Secreta.

Huius te, Dne, muneris oblatione placemus, & perpetuæ vitæ participes huius operatione reddamur, per. *g. El.*

Alia Secreta.

Sacrificiis præſentibus, Dne quæſumus, intende placatus, ut & devotioni nræ proficiant & ſaluti, per. l. gg.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; qui vicit diabolum, paradiſum reſtituit, & vitæ ianuas patefecit; & ideo. *El. gg.*

Ad Comm.

Cœleſtis menſæ, quæſumus Dne, ſacroſancta libatio corda noſtra paſcat ſemper & purget, per Dnm nrm. *g. El.*

Alia ad Comm.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus, per Dnm. gg.

XIIII. Kl. Oct. Depoſ. S. EUSTORGII. Ambroſ.

Beati Sacerdotis & Confeſſoris tui Euſtorgii nos, quæſumus Dne, foveat pretioſa confeſſio, & pia iugiter interceſſio tueatur, per Dnm. *El. gg.*

Secreta.

Vota populi tui, Dne, propitius intende, & cuius nos tribuis ſolemnia celebrare, fac gaudere ſuffragiis, per. *l.*

Alia

(1) In Elig. inſcribitur *hebdomada XIX. poſt Pentecoſten.* Deficit vero omnino tam apud MURATORIUM, quam in Miſſali *Romano.*

Digitized by Google

Alia Secreta.

Pro ſci Confeſſoris tui Euſtorgii commemoratione munera tibi, Dne, quæ debemus, exſolvimus: &(& omiſſ.) præſta, quæſumus, ut remedium nobis perpetuæ ſalutis operentur, per D. *El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quando tibi ſufficienter, Dne, referre gratias valeamus, qui ideo nos ſolemnitatibus Martyrum atque Confeſſorum frequenter exerces, ut & devotione continua fideles tuos incites ad profectum, & fragilitatem noſtram piis intercеſſoribus benignus attollis (leg. *attollas*); & quæ propriis non meremur operibus, tibi placitis ſuffragatoribus impetremus: inter quos debitæ pietatis obſequium ſco Sacerdoti & Confeſſori tuo Euſtorgio exhibentes, potentiam tuam, Dne, cuius gratia talis extitit, prædicamus, atque per eum nobis indulgentiam credimus non negandam, per X. D. N.

Ad Comm.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut hodiernæ munus ſolemnitatis acceptum, & corporibus noſtris ſalutem præſtet, & mentibus, per Dnm.

XII. Kl. Oct.

Vigl. S. MATTHÆI Apli. Gelaſ. (1)

Da nobis, omnipotens Deus, ut beati Matthæi Apli tui & Evangeliſtæ, quam prævenimus, veneranda ſolemnitas, & devotionem nobis augeat & ſalutem, per. *l. gg.*

Secreta.

Apoſtolicæ reverentiæ culmen offerimus ſacris myſteriis imbuendum: præſta, Dne quæſumus, ut beati Matthæi Evangeliſtæ ſuffragiis, cuius natalitia præimus, hic plebs tua ſemper & ſua vota depromat, & deſiderata percipiat, per. *g. gg.* (2)

Ad Comm.

Beati Matthæi Evangeliſtæ, quæſumus Dne, ſupplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede, per Dnm. *gg. El.*

XI. Kal. Oct. Natl. S. MATTHÆI. Gel.

Beati Evangeliſtæ Matthæi, Dne, precibus adiuvemur: ut quod poſſibilitas nra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur, per Dnm. *l. El. gg.*

Secreta.

Supplicationibus apoſtolicis beati Matthæi, Dne, Evangeliſtæ, quæſumus, eccleſiæ tuæ commendetur oblatio, cuius magnificis prædicationibus eruditur, per. *l. El. gg.* *Præfatio.*

VD. æterne Deus! qui eccleſiam tuam in tuis fidelibus ubique pollentem apoſtolicis facis conſtare doctrinis: præſta, quæſumus, ut per quos initium divinæ cognitionis accepit, per eos uſque in finem ſæculi capiat regni cœleſtis augmentum, per Xpm. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Perceptis, Domine, ſacramentis beato Matthæo Apoſtolo tuo & Evangeliſta interveniente deprecamur, ut quæ pro eius celebrata ſunt gloria, nobis proficiant ad medelam, per Dnm. *l. El. gg.*

Aliæ Orationes.

Sit, Dne, beatus Matthæus Evangeliſta noſtræ fragilitatis adiutor: ut pro nobis tibi ſupplicans, copioſius audiatur, per Dnm. *Alia.*

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut qui iugiter apoſtolica defenſione munimur, nec ſuccumbamus vitiis, nec opprimamur adverſis, per Dnm *El.*

(1) Deeſt hæc vigilia & ipſum feſtum in editis, *Gelaſiano, San-Gall. & Rhenaug. Gregorianis.*

(2) El. cum Miſſali Romano: *Apoſtolici reverentia culminis offerentes tibi ſacra myſteria, Domine quæſumus: ut beati &c.* in aliis eſt: *Apoſtolicæ reverentia culmen offerimus &c.*

X. Kal. Oct. Natl. S. MAURITII & Commilitonum eius.

Ambroſ. (1)

Annue, quæſumus clementiſſime Deus, orationibus populi tui, ut quos in celebritate beatiſſimorum Martyrum tuorum Mauritii vel eius Commilitonum adeſſe feciſti, eorum propitiatus precibus, æterna perfrui beatitudine concedas, per D.

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens & miſericors Deus! ut ſicut Legio ſancta pro tui nominis confeſſione meruit victoriæ palmam; ita & nos ſupplices eorum feſta devotis mentibus celebrantes, participes gaudiorum effici mereamur, per.

Secreta.

Munera, quæſumus Dne, quæ in beati Mauritii vel eius Commilitonum feſtis deferimus, ita ſint tibi ſemper accepta, ſicut eius effuſio ſanguinis in conſpectu gloriæ tuæ facta eſt pretioſa, per D.

Præfatio.

VD. æterne Deus! cui caterva fidelium divino luſtrata lumine, ab extremis terræ finibus veniens, fideliter ſupplicavit; & tamen corporeis bellatorum Legio mucronibus circumſepta, quamquam ſpiritalibus etiam armis vallata, ad martyrium vigili conſtantia properavit; quos peſtifer tyrannus, ut eos metu perterreret, bis ad internecionem ſupplicii gladio decimavit; atque poſtmodum conſtanter eos perdurantes in fide, univerſos pariter capite plecti præcepit. Sed hi tanto caritatis ardore fervebant, ut eiectis armis flexo poplite paſſim geniculantes ſpiculatorum tela hilari corde ſuſciperent. Inter quos beatus Mauritius tuæ fidei amore ſuccenſus, decertando martyrii eſt coronam adeptus, per Xpm.

Ad Comm.

Pietati tuæ, Dne, gratias humili ſervitute dependimus, quoniam beatiſſimorum Martyrum tuorum Mauritii, vel eius commilitonum, ſicut confidimus, precibus exoratus, deſideratum contuliſti nobis huius percepti ſacramenti effectum: quo & tuos fideles tua dona facias fideliter expoſcere, & poſcentibus affluenter impendas, per Dnm.

VIII. Kl. Oct. Natl. S. THECLÆ.

Ambroſ.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius, ut qui beatæ Theclæ Martyris tuæ ſolemnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus, per Dnm. *gg.*

Alia.

Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter! ut ſicut de ſcæ Theclæ feſtivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu, qui vivis. *l. gg.*

Secreta.

Gratanter, Dne, ad munera dicanda concurrimus, quæ nomini tuo pro ſolemnitate ſanctæ Martyris tuæ Theclæ ſuppliciter immolamus, per Dnm. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et huius diei celebritate præcipua tuarum lætanter virtutum intonare præconia. Adeſt namque Thecla celeberrima Virgo, quæ Apoſtoli tui Pauli imbuta doctrinis, mundanas viriliter ſuperavit illecebras, & virginalem clypeum arripiens, glorioſis virginibus exemplum prima contulit martyrii, & principalis conſtantiæ. Immiſſa denique flammarum rogis furentibus inclita Virgo, igni non eſt attacta corporeo, quia Filii tui amore ſuccenſa, genuina carnis ſuperavit incendia. Dehinc feris obiecta rapacibus, lædi nihilomino te protegente non valuit, quia ferales animos mitiſſima ſubegit ovicula; ob hoc & principatu martyrii, & virginitatis triumpho ſublimis, choris circumcincta virgineis, Agni ſequitur immaculati veſtigia, quem laudant.

Ad Comm.

Libantes, Dne, menſæ tuæ divina myſteria, quæſumus, ut ſcæ Theclæ Martyris tuæ intervenientibus meritis temporalem nobis miſericordiam conferant, & æternam, per. *l. g.*

V. Kl. Oct.

Nat. SS. COSMÆ & DAMIANI. G.

Magnificet te, Dne, ſcorum tuorum Coſmæ & Damiani beata ſolemnitas, qua & illis gloriam ſempiternam, & opem nobis ineffabili providentia contuliſti, per. *g. gg.*

Alia. GG.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut qui ſcorum tuorum Coſmæ & Damiani natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur, per. gg.

Secreta. G.

In tuorum, Dne, pretioſa morte Scorum

(1) In *Solodorenſi* ſacramentario. In Miſſali *Gothico* apud MURATORIUM de his SS. legitur alia Miſſa.

Digitized by Google

rum ſacrificium illud offerimus, de quo martyrum (l. *martyrium*) ſumpſit omne principium, per Dnm. *g. gg.*

Alia. ●G.

Sorum tuorum nobis, Dne, pia non deſit oratio; quæ & munera nra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat, per. l. gg.

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! Clementiam tuam ſuppliciter obſecrantes, ut cum exultantibus Sanctis in cœleſtis regni cubilibus gaudia noſtra ſubiungas; & quos virtutis imitatione non poſſumus ſequi, debitæ venerationis contingamus affectu, per Xpm. *gg.*

Ad Comm. G.

Sit nobis, Dne, ſacramenti tui certa ſalvatio, quæ cum beatorum Martyrum tuorum Coſmæ & Damiani meritis imploramus (l. *imploratur*) per Dnm. *g. El. gg. Vid. Fer. 5. hebdom. IIII. Quadrag.*

Alia ad Comm. GG.

Protegat, Domine quæſumus, populum tuum, & participatio cœleſtis indulta conſilii, & deprecatio collata Sanctorum, per. l. gg.

III. Kl. Oct.

Dedic. Baſil. S. MICHAELIS. G. & GG.

Deus, qui miro ordine Angelorum miniſteria hominumque diſpenſas: concede propitius, ut (ed. *a*) quibus tibi miniſtrantibus in cœlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra noſtra vita muniatur, per Dnm. *El. gg.*

Alia. In Vig. G.

Da nobis, omnipotens Deus, beati Archangeli Michaelis eatenus honore proficere, ut cuius in terris gloriam prædicamus, eius precibus adiuvemur in cœlis, per. *g.*

Secreta. G. & GG.

Hoſtias tibi, Dne, laudis offerimus, ſuppliciter deprecantes, ut eaſdem angelico pro nobis interveniente ſuffragio & placatus accipias, & ad ſalutem noſtram provenire concedas, per Dnm. *l. El. gg.*

Alia Secreta. In Vig. G. & A.

Munus populi tui, Dne quæſumus, dignanter aſſume, quod non noſtris meritis, ſed ſci Archangeli tui Michaelis deprecatione ſit gratum, per Dnm. *l. g.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! ſci Michaelis Archangeli merita prædicantes; quamvis enim nobis ſit omnis angelica veneranda ſublimitas, quæ in maieſtatis tuæ conſiſtit conſpectu, illa tamen eſt propenſius honorandà, quæ in eius ordinis dignitate cœleſtis militiæ meruit principatum, per Xpm. vel & ideo. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG. & A.

Beati Archangeli tui Michaelis interceſſione ſuffulti, ſupplices te, Dne, deprecamur: ut quos honore proſequimur, contingamus & mente, per. *l. g. El. gg.*

Super populum. In Vig.

Adeſto plebi tuæ, miſericors Deus! & ut gratiæ tuæ beneficia potiora percipiat, beati Michaelis Archangeli fac ſupplicem deprecationibus ſublevari, per. *g. El.*

Alia.

Perpetuum nobis, Dne, tuæ miſerationis præſta ſubſidium, quibus & angelica præſtitiſti ſuffragia non deeſſe, per Dnm. *g.*

Unde ſupra Miſſa Amb. of.

Da nobis, omnipotens Deus! beati Archangeli Michaelis

Digitized by Google

Michaelis honore ad ſumma proficere: ut cuius in terris gloriam prædicamus, eius quoque precibus adiuvemur in cœlis, per Dnm.

Alia.

Deus, qui miro ordine Angelorum miniſteria hominumque diſpenſas: concede propitius, ut qui tibi miniſtrantes in cœlo ſemper aſſiſtunt, ab his in terris nra vita muniatur, per Dnm. *l. g. gg.*

Supra. *Secreta.*

Munus populi tui, quæſumus Dne. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Te laudabilem in Sanctis, te mirabilem in tuis Angelis prædicare: quod templum hoc in ſcis uſibus præparatum, in beati Archangeli tui Michaelis commemoratione lætatur; qui tuæ maieſtatis ſemper excubiis eſt propinquus, qui inter cœleſtis militiæ ſecretum ſummus obtinet principatum: quem ſupplices per tui nominis reverentiam poſtulamus, ut fragilitati noſtræ magnificus ſuffragator accedat, cum quo maieſtatem tuam laudant Angeli.

Ad Comm.

Beati Archangeli tui Michaelis. *Ut ſupra.*

Dominica XX. Poſt Pentecoſten. Gelaſ. (1)

Fac nos tibi, Dne quæſumus, prompta voluntate ſubiectos, & ad ſupplicandum maieſtati tuæ noſtras ſemper excita voluntates, per D. N. *g. El.*

Alia.

Tua nos, Dne quæſumus, gratia ſemper & præveniat & ſequatur: ac bonis operibus iugiter præſtet eſſe intentos, per. *gg.* *Secreta.*

Munda nos, Dne, ſacrificii præſentis effectu, & perfice miſeratus in nobis; ut eius mereamur eſſe participes, per. *g. El gg.* *Præfatio.*

VD. æterne Deus! Precantes, ut Ihꝝ Xpꝝ Filiꝝ tuus Dnꝝ noſter ſua nos gratia protegat & conſervet; & quia ſine ipſo nihil recti valemus efficere, ipſius ſemper munere capiamus, ut tibi placere poſſimus, per eundem Xpm. *El.*

Ad Comm.

Purifica, Dne quæſumus, mentes nras benignus, & renova cœleſtibus ſacramentis: ut conſequenter & corporum præſens pariter, & futurum capiamus auxilium, per D. *g. El. gg.* (2) *Non.*

(1) Cum duæ præcedentes Dominicæ hic pro XVIII. & XIX. cum *Elig.* numerentur, deſint autem in Miſſali *Romano*, & apud MURATORIUM, nova variatio in numero Dominicarum oritur, unde quæ eſt hic Dom. XX. in Miſſali eſt XVI. & apud MURAT. XVII. & ſic deinceps. Vid. ſupra pag. 146. nota 3.

(2) Feſtum S. LEUDEGARII ſive LEODEGARII ex antiquiſſimo ſacramentario *Rhenaug.* ſupplemus.

VI. Non. Oct. Natal. S. LEUDEGARII.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui vitam beati Leudegarii Martyris tui atque Pontificis per iſtius ſæculi ærumnas tranſire iuſſiſti, cuius annua devotione feſta celebramus: quæſumus, ut per eius intercæſſionem plebi tuæ clementiam (*) famulantem ita in præſenti foveas, ut ad cœleſtia regna perducas. Per Dnm.

Deus, qui beatum Leudegarium Martyrem tuum in agone probaſti, & probatum in dolore ſuſtentaſti, quem hodierna die in cœleſtibus gaudiis recipere dignatus es: (*) ut qui gloriam non meremur, indulgentiam, ipſo interveniente, peccatorum adipiſci mereamur. Per.

Secreta.

Sacrificia tibi, Domine, venerauda probati (*pro bruti*) Martyris tui Leudegarii paſſione ſuppliciter immolamus, ut eius oratione placeant, pro cuius meritis offeruntur: præſta, quæſumus, ut ſicut eius tibi grata (ſunt) merita, ſic noſtræ ſervitutis accepta reddantur officia. Per. *Poſtcomm.*

Cœleſti munere ſatiati, quæſumus Domine Deus noſter, ut hæc nos dona ſancti Martyris tui Leudegarii deprecatione ſanctificent. Per Dnm.

Proſit nobis ſancti Leudegarii Martyris tui atque Pontificis multiplicata devotio, ut ſumentes divina myſteria pro eius commemoratione celebrata, capiamus & æternæ ſimul incrementa lætitiæ. Per.

(*) In Miſſali *Gothico* apud MURATORIUM, ubi duæ priores orationes de S. LEODEGARIO pariter habentur, melius legitur *clementia*: pro *plebi* autem utrobique legendum videtur *plebem*, ſc. *tuæ clementiæ famulantem &c.* In ſequenti quoque oratione cit. Miſſale poſt *dignatus es*, hæc ſupplet: *præſta nobis famulis tuis, ut &c.*

zed by Google

Non. Oct. Natl. S. MARCI Papæ. G. & GG.

Exaudi, Dne, preces noſtras: & interveniente beato Marco Confeſſore tuo atque Pontifice, ſupplicationes noſtras placatus intende, per. *El. gg.*

Secreta. G.

Benedictio tua, Dne, larga deſcendat, quæ & munera noſtra, deprecante ſco Marco Confeſſore tuo atque Pontifice, tibi reddat accepta, & nobis ſacramentum redemptionis efficiat, per Dnm. *El. gg.*

Alia Secreta. GG.

Accepta tibi ſit, Dne, ſacræ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium, per. l. gg.

Ad Comm. G. & GG.

Da, quæſumus Dne, fidelibus populis Scorum tuorum ſemper veneratione lætari; & eorum perpetua ſupplicatione muniri, per Dnm nrm Ihm Xpm. *El. gg.*

[*Eodem die Nat. S. MARCELLI & APULEII. Gel.*

Scorum nos, Dne, Marcelli & Apuleii beata merita proſequantur, & tuo ſemper faciant amore ferventes, per Dnm. *g. gg.*

Secreta.

Maieſtatem tuam nobis, Dne quæſumus, hæc hoſtia reddat immolanda placatam, tuorum digna poſtulatione Scorum, per Dnm. *g. gg.*

Ad Comm.

Sacramentis, Dne, muniamur acceptis, & ſcorum tuorum Marcelli & Apuleii meritis intervenientibus, contra omnes nequitias irruentes armis cœleſtibus protegamur, per.] *g. gg.*

Dominica XXI. poſt Pentecoſten.

Da, quæſumus Dne, populo tuo diabolica vitare contagia, & te ſolum Deum puro corde (al. *pura mente*) ſectari, per. *g. gg.*

Alia.

Cuſtodi nos, omnipotens Deus, ut tua dextera gubernante, nec noſtra nobis prævaleant nec aliena peccata, per. *g.*

Secreta.

Maieſtatem tuam, Dne, ſuppliciter deprecamur: ut hæc ſancta, quæ gerimus, & (ed. *a*) præteritis nos delictis exuant, & futuris, per Dnm. *g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et ſuppliciter exorare, ut ſic bonis inſtruas ſempiternis, ut temporalibus conſoleris; ſic præſentibus refoveas, ut ad gaudia nos manſura perducas, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia noſtra curentur, & remedia nobis æterna proveniant, per. *gg.*

II. Id. Oct.

Nat. S. CALLISTI Papæ. G. & GG.

Deus, qui nos conſpicis ex nra infirmitate deficere, ad amorem tuum nos miſericorditer per Scorum tuorum exempla reſtaura, per. *El. gg.*

Secreta. G. & GG.

Myſtica nobis, Dne, profit oblatio, quæ nos & a reatibus nris expediat, & perpetua ſalvatione confirmet, per. *El. gg.*

Ad Comm. G. & GG.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut & reatum nrm munera ſacrata purificent, & recte vivendi nobis operentur effectum, per. *El. gg.*

Dominica XXII. poſt Pentecoſten.

Dirigat corda nra, Dne quæſumus, tuæ miserationis operatio; quia tibi ſine te placere non poſſumus, per. *g. El. gg.*

Alia.

Tuis, Dne quæſumus, adeſto ſupplicibus: & inter mundanæ pravitatis inſidias, fragilitatem noſtram ſempiterna pietate proſequere, per Dnm. *g.*

Secreta.

Deus, qui nos per huius ſacrificii veneranda commercia unius ſummæque Divinitatis participes efficis: præſta quæſumus, ut ſicut tuam cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis mentibus & moribus aſſequamur, per. *g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui propterea iure punis errantes, & clementer refoves caſtigatos, ut nos a malis operibus abſtrahas, & ad bona facienda convertas; quia non vis invenire, quod damnes, ſed eſſe potius quod corones. Qui cum pro noſtris meritis iugiter mereamur affligi, tu tamen iudicium ad correctionem temperas, non perpetuam exerces ad pœnam: iuſte enim corripis, & clementer ignoſcis, in utroque verax, in utroque miſericors: quia nos ea lege diſponis, ut coercendo in æternum perire non ſinas, & parcendo ſpatium tribuas corrigendi; quique ideo malis præſentibus nos flagellas, ut ad bona futura perducas; ideo bonis temporalibus conſolaris, ut de ſempiternis facias certiores, quo te & in proſperis, & in adverſis pia ſemper confeſſione laudemus, per Xpm. *El. gg.*

Ad Comm.

Gratias tibi referimus, Dne, ſacro munere vegetati, tuam miſericordiam deprecantes; ut dignos nos eius participatione perficias, per Dnm. *g. El. gg.*

Idus Oct. Vigil. Sci GALLI
Confeſſoris Xpi.

Sancti Galli Confeſſoris tui, Dne, ſupplicationibus tribue nos foveri: ut cuius venerabilem ſolemnitatem prævenimus obſequio, eius interceſſionibus commendemur & meritis, per. *l.*

Secreta.

Munera populi tui, Dne, propitiatus intende: & beati Galli Confeſſoris tui, cuius nos tribuis præire ſolemnia, fac gaudere ſuffragiis, per. *g.*

Ad Comm.

Adiuvent nos, quæſumus Dne, hæc myſteria ſca, quæ ſumpſimus: & beati Galli Confeſſoris tui, cuius ſolemnitatem præimus, interceſſio veneranda, per. *g.*

Ad Veſp.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut ſicut beati Galli Confeſſoris tui glorioſa natalitia prævenimus; ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam pro nobis ipſe præveniat, per Dnm. *g. El. gg.*

Alia.

Deus, qui nos beati Galli Confeſſoris tui natalitiâ glorioſa præire concedis: tribue, quæſumus, eius nos ſemper beneficiis præveniri, & orationibus adiuvari, per. *g. El.*

Alia.

Deus, qui nos beati Galli Confeſſoris tui confeſſione glorioſa circumdas & protegis: præſta nobis eius imitatione proficere, & oratione fulciri, per. *gg.*

XVII. Kl. Nov.

Depoſitio Beati GALLI Confeſſoris.

Deus, qui nos beati Galli Confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur, per. *g g.*

Secreta.

zed by Google

Secreta.

Hoſtias, Dne, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, ſci Galli Confeſſoris tui proſequatur oratio, per quam nos expiari tribuis & defendi, per Dnm nrm. *l. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et in hac die, quam tranſitu beato ſci Confeſſoris tui Galli conſecraſti: quæſumus ergo clementiam tuam, ut des nobis illam ſequi doctrinam, quam ille & verbo docuit, & opere complevit; quatenus nos adiuvari apud miſericordiam tuam & exemplis eius ſentiamus & mentis, per Xpm.

Ad Comm.

Beati Galli Confeſſoris tui, cuius hodie feſtivitate corpore & ſanguine tuo nos refeciſti, quæſumus Dne, interceſſione nos adiuva, pro cuius ſolemnitate percepimus tua ſca lætantes, qui cum Patre & Spiritu ſco vivis & regnas Deus. *El.*

Aliæ Orationes.

Exaudi, Dne quæſumus, preces nras, & interveniente beato Gallo Confeſſore tuo ſupplicationes nras placatus intende, per Dnm nrm. *gg.*

Alia.

Lætetur eccleſia tua, Deus, beati Galli Confeſſoris tui confiſa ſuffragiis: atque eius precibus glorioſis & devota permaneat, & ſecura conſiſtat, per. *g. gg.*

Alia.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus nris, ut qui ex iniquitate nra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Galli Confeſſoris tui interceſſione liberemur, per. *gg.*

Alia.

Deus, qui nos annua beati Galli Confeſſoris tui ſolemnitate lætificas: da, quæſumus, ut quem veneramur officio, etiam piæ converſationis ſequamur exemplo, per. *l. gg.*

Alia.

Exaudi, Dne, preces nras, quas in ſci Confeſſoris tui Galli ſolemnitate deferimus: & eius, qui tibi digne meruit famulari, intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolve peccatis, per. *gg.*

Alia.

Adeſto, Dne, precibus nris, quas in ſci Confeſſoris tui Galli commemoratione deferimus: ut qui noſtræ iuſtitiæ fiduciam non habemus, eius, qui tibi placuit, precibus adiuvemur, per. *l. gg.*

Alia.

Sci Confeſſoris tui Galli nos, Dne, ſupplicationibus tribue foveri; ut cuius venerabilem ſolemnitatem obſequiis celebramus, eius interceſſionibus & meritis commendemur, per Dnm. *l. ſupra.*

XI. Kl. Nov.

Nat. S. LUCÆ Evangl.

Interveniat pro nobis, Dne quæſumus, ſcs tuus Lucas Evangeliſta, qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portavit, per. *gg.*

Secreta.

Donis cœleſtibus da, quæſumus Dne, libera nos mente ſervire: ut munera, quæ deferimus, interveniente Evangeliſta tuo Luca & medelam nobis operentur, & gloriam, per Dnm nrm. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et te in Scorum tuorum meritis glorioſis collaudare, benedicere, & prædicare; qui eos dimicantes contra antiqui ſerpentis machinamenta, & proprii corporis blandimenta, inexpugnabili virtute rex gloriæ roboraſti: ex quibus beatus Lucas Evangeliſta tuus, aſſumpto ſcuto fidei, & galea ſalutis, & gladio Spiritus ſancti, & viriliter contra vitiorum incentiva pugnavit, & evangelicæ nobis dulcedinis fluenta manavit. Unde petimus, Dne, immenſam pietatem tuam, ut qui eum tot meritorum donaſti prærogativis, nos eius & informes exemplis, & adiuves meritis, per Xpm. *gg.*

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens æterne Deus! ut id, quod de ſco altario tuo accepimus, precibus beati Evangeliſtæ tui Lucæ ſanctificet animas nras, per quod tuti eſſe poſſimus, per. *gg.*

Eodem die Nat. S. COSMÆ & DAMIANI Ambroſ.

Intercedentibus ſcis tuis, Dne, Coſma & Damiano plebi tuæ præſta ſubſidium: ut ab omnibus noxiis expedita, & hic & in æternum ſibi cuncta profutura percipiat, per Dnm nrm. *g.*

Alia.

Da nobis, quæſumus Dne, fidei miſeratus augmentum; ut quæ ſcos Martyres tuos Coſmam & Damianum, uſque ad ſanguinem retenta glorificat, nos etiam iuſtificet veraciter hanc ſequentes, per Dnm nrm Ihm Xpm. *l.*

Digitized by Google

Secreta.

Offerendorum tibi munerum Deus auctor & dator! præsta, ut hoc sacrificium singulare, quod Sanctis tuis in passione contulit claritatem, nobis tribuat in devotione præsidium, per. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! clementiam tuam suppliciter exorantes, ut cum exultantibus Sanctis in cœlestis regni cubilibus gaudia nostra subiungas, & quos virtutis imitatione sequi non possumus, debitæ venerationis contingamus affectu, per Xpm. *El.*

Ad Comm.

Pasce nos, Dne, tuorum gaudiis ubique Scorum: quia nostræ salutis augmenta sunt, quotiens illis honor impenditur, in quibus tu mirabilis prædicaris, per.

X. Kl. Nov. Octava S. GALLI.

Protegat nos, Dne, sæpius beati Galli Confessoris tui repetita solemnitas: ut cuius patrocinia sine intermissione recolimus, perpetuam defensionem sentiamus, per. *g.*

Secreta.

Sacrandum tibi, Dne, munus offerimus, quo beati Galli Confessoris tui solemnia recensentes, purificationem quoque nostris mentibus imploramus, per. *l. gg.*

Ad Comm.

Sumpsimus, Dne, pignus redemptionis æternæ: sit nobis, quæsumus, interveniente beato Gallo Confessore tuo, vitæ præsentis auxilium pariter & futuræ, per. *gg.*

Alia.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui beati Galli Confessoris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur, per Dnm nrm. *gg.*

Dominica XXIII. post Pentecosten.

Gelas.

Omnipotens & misericors Deus! universa nobis adversantia propitiatus exclude: ut mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exsequamur, per. *g. El. gg.*

Alia.

Da, quæsumus omnipotens Deus, sic nos tuam indulgentiam promereri, ut nostros corrigamus excessus; sic confitentibus relaxare delictum, ut coerceamus in suis pravitatibus obstinatos, per Dnm. *g. El.*

Secreta.

Hæc munera, quæsumus Dne, quæ oculis tuæ maiestatis offerimus, salutaria nobis esse concede, per. *g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et clementiam tuam suppliciter exorare, ut Filius tuus Ihs Xps Dns noster, qui se usque in finem sæculi suis promisit fidelibus affuturum, & præsentiæ corporalis mysteriis non deserat, quos redemit, & maiestatis suæ beneficiis non relinquat; per quem maiestatem. *El. gg.*

Ad Comm.

Tua nos, Dne, medicinalis operatio & a nostris perversitatibus clementer expediat, & tuis faciat semper inhærere mandatis, per Dnm nrm. *El. gg.*

VI. Kl. Nov.

Vigilia Apostolorum SIMONIS & IUDÆ. Gel. (1)

Concede, quæsumus omnipotens Deus! ut sicut Aplorum tuorum Simonis & Iudæ glorioſa natalitia prævenimus, sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi præveniant, per. *g. El. gg.*

Secreta.

Muneribus nostris, Dne, Apostolorum tuorum Simonis & Iudæ festa præcedimus, ut quæ conscientiæ nostræ præpediuntur obstaculis, illorum meritis grata reddantur, per Dnm. *l. g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia tu es mirabilis in omnibus Sanctis tuis, quos & nominis tui confessione præclaros, & suscepta pro te fecisti passione glo-

(1) *Gelas.* habet hanc Missam in vigilia omnium Apostolorum.

Digitized by Google

glorioſos. Unde ſicut illi ieiunando orandoque certaverunt, ut hanc poſſent obtinere victoriam, quæſumus clementiam tuam, ut ita nos etiam, quæ exercuere, ſectantes, convenientius eorum natalitia celebremus, per Xpm. *vel* Et ideo. *l. El. gg.*

Ad Comm.

Sumpto, Dne, ſacramento ſuppliciter deprecamur: ut intercedentibus beatis Apoſtolis, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus æternam, per. *g. El. gg.*

Item in Vigil. unde ſupra Miſſa Ambroſ.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut ſicut Aplorum tuorum Simonis & Iudæ, & Martyris tui Fidelis (1) glorioſa natalitia prævenimus, ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam pro nobis ipſi præveniant, per. *g g.*

Alia.

Deus mundi creator & rector, qui beatos Apoſtolos Simonem & Iudam, atque Martyrem tuum Fidelem nominis tui gloria conſecraſti: exaudi populum tuum, cum Sanctorum tuorum tibi patrociniis ſupplicantem; ut pacis dono proficiat ad fidei & caritatis augmentum, per.

Secreta.

Gloriam, Dne, ſcorum Aplorum & Martyrum perpetuam præcurrentes, quæſumus, ut eandem ſacris miniſteriis (*l.* myſteriis) expiati, dignius celebremus, per Dnm. *g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Te in tuorum Aplorum & Martyrum glorificantes honore, qui & illis tribuiſti beatitudinem ſempiternam, & infirmitati nræ talia præſtitiſti ſuffragia, quæ te donante apprehendere valeamus, per Xpm Dnm nrm. *El. gg.*

Ad Comm.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut fideles tui venerandas aſſidue præcurrentes ſcorum Martyrum paſſiones, & copiam perpetuæ devotionis inveniant, & ſalutis æternæ ſuffragia maiora conquirant, per Dnm.

V. Kl. Nov.

Natl. Apoſtolorum SIMONIS & IUDÆ. Gel. (2)

Deus, qui nos per beatos Apoſtolos tuos ad cognitionem tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorum ſequi (3) gloriam ſempiternam, & proficiendo celebrare, & celebrando proficere, per. *g. El. gg.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, mundi creator & rector, qui beatos Aplos nominis tui gloria conſecraſti; exaudi populum tuum, cum eorundem patrocinio tibi ſupplicantem, ut pacis donum profi-ciat ad fidei & caritatis augmentum, per Dnm. *Supra in Ambroſ.*

Secreta.

Gloriam, Dne, ſcorum Apoſtolorum perpetuam recenſentes, quæſumus, ut eandem ſacris myſteriis expiati, dignius celebremus, per Dnm nrm. *g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Te in tuorum Apoſtolorum glorificantes. *Ut ſupra. El. gg.*

Ad Comm.

Perceptis, Dne, ſacramentis ſuppliciter rogamus: ut intercedentibus beatis Apoſtolis tuis, quæ pro illorum veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam, per Dnm. *l. g. El. gg.*

Alia.

Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter! & Apoſtolorum tuorum nos tuere præſidiis, quorum donaſti fideles eſſe doctrinis, per Dnm nrm. *l. El.*

Domi-

---

(1) S. FIDELIS Martyr *Comenſis* notatur in Martyrologio *Rom.* ad diem ſeq.

(2) *In natali omnium Apoſtolorum* Gel. L. II. n. 35. præcedunt autem num. 33. orationes ad Veſperum: & n. 34. *Item vigilia omnium Apoſtolorum.* Natalis autem omnium Apoſtolorum in *Geloſ.* habetur III. Kl. Iulii.

(3) Editi omnes omittunt vocem *ſequi.*

Dominica XIIII. poſt Pentecoſten. Gel.

Largire, quæſumus Dne, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem: ut pariter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſerviant, per. *g. El. gg.* *Alia.*

Delicta nra, Dne, quibus adverſa nobis dominantur, abſterge, & tua nos ubique miſeratione cuſtodi, per. *g.*

Secreta.

Cœleſtem nobis præbeant hæc myſteria, quæſumus Dne, medicinam, & vitia nri cordis expurgent, per. *g. El. gg.*

Præfatio. (1)

VD. æterne Deus! Maieſtatem tuam, Dne, ſuppliciter deprecantes, ut expulſo fermento vetuſtatis, illius agni cibo ſatiemur & poculo, qui & nram reparavit imaginem, & ſuam nobis gloriam repromiſit, per quem. *El. gg.*

Ad Comm.

Ut ſacris, Dne, reddamur digni muneribus, fac nos, quæſumus, tuis obedire mandatis, per Dnm nrm. *gg.*

Kl. Nov.

Natl. Sci CÆSARII. Orat. ad Collectam.

Ad ſanctos COSMAM & DAMIANUM. G. & GG.

Adeſto nobis, Dne, Martyrum deprecatione ſanctorum: & quos pati pro tuo nomine tribuiſti, fac tuis fidelibus ſuffragari, per Dnm. *l. gg.*

Ad Miſſam. G. & GG.

Deus, qui nos beati Martyris tui Cæſarii annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur, per. *El. gg.*

Secreta. G. & GG.

Hoſtias tibi, Dne, beati Cæſarii Martyris tui dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium, per Dnm. *l. El. gg.*

Ad Comm. G.

Huius nos, Dne, perceptio ſacramenti mundet a crimine: & intercedente beato Cæſario Martyre tuo ad cœleſtia regna perducat, per Dnm. *gg.*

Alia ad Compl. GG.

Quæſumus, omnipotens Deus! ut qui cœleſti a alimenta percepimus, intercedente beato Cæſario Martyre tuo per hæc contra omnia adverſa muniamur, per Dnm. *El. gg.* (2)

Do-

(1) In margine adſcriptum: *Hæc melius in Quinquageſima Paſchæ.*

(2) In *San-Blaſ.* ſacram. poſt feſtum S. CÆSARII ponitur Vigilia & feſtum omnium Sanctorum, quod in utroque *San-Gallenſi* extra ordinem feſtorum habetur, ac in antiquiori quidem manu recentiori: quod utrumque hic ſupplemus:

Prid. Kl. Nov. Vigil. omn. Sanctorum.

Domine Deus noſter, multiplica ſuper nos gratiam tuam, & quorum prævenimus glorioſa ſolemnia, tribue ſubſequi in ſancta profeſſione lætitiam. Per. *El. gg.*

Secreta.

Altare tuum, Domine Deus, muneribus cumulamus oblatis: da, quæſumus, ut ad ſalutem noſtram omnium Sanctorum tuorum precatione proficiant, quorum ſolemnia præcurrimus. Per. *El.*

Præfatio.

VD. Reverentiæ tuæ dicato ieiunio gratulantes, quia veneranda omnium Sanctorum ſolemnia deſideratis prævenimus officiis, ut ad eadem celebranda ſolemniter præparemur. Per Chriſtum.

Ad Comm.

Sacramentis, Domine, & gaudiis oblata (*f.* optata) celebritate expletis, quæſumus, ut eorum precibus adiuvemur, quorum recordationibus exhibentur. Per Dnm. *El.*

Super Popl.

Erudi, quæſumus Domine, (*Leon.* populum tuum) ſpiritualibus inſtrumentis: & quorum præſtas ſolemnia prævenire, fac eo rum conſideratione devotum, & defenſione ſecurum. Per Dnm. *l. El.*

Kl. Nov. Natl. omnium Scorum.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium San-

Digitized by Google

Dominica XXV. poſt Pentecoſten. Gel.

Deus, qui nos regendo conſervas, parcendo iuſtificas: & a temporali tribulatione nos eripe, & gaudia nobis æterna largire, per Dnm. *El.*

Alia.

Familiam tuam, quæſumus Dne, continua pietate cuſtodi: ut a cunctis adverſitatibus te protegente ſit libera, & in bonis actibus tuo nomini ſit devota, per. *El. gg.*

Secreta.

Suſcipe, Dne, propitius hoſtias, quibus & te placari voluiſti, & nobis ſalutem potenti pietate reſtitui, per. *El. gg.*

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; per quem ſcm & benedictum nomen maieſtatis tuæ, in omnibus creaturæ tuæ terminis, a ſolis ortu uſque ad occaſum, in gloria ſemper eſt & laude, per quem ſalus mundi, vita hominum, reſurrectio mortuorum; per quem maieſtatem. *El. g g.*

Ad Comm.

Immortalitatis alimoniam conſecuti, quæſumus Dne, ut quod ore percepimus, mente ſectemur, per. *El. g g.*

VI. Id. Nov. Nat. SS. quatuor Coronatorum.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut qui glorioſos Martyres Claudium, Nicoſtratum, Simpronianum (ed. *Symphorianum*) Caſtorium atque Simplicium fortes in ſua confeſſione cognovimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus, per. *El. g g.*

Alia.

Annua Martyrum tuorum, Dne, vota recolimus, maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes: ut cum temporalis incremento proſperitatis, æterna Coronatorum capiamus & gaudia, per. *l. g.*

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, pro Martyrum tuorum Coronatorum commemoratione deferimus, ſupplicantes, ut indulgentiam nobis pariter conferant & ſalutem, per. *l. g.* Alia. GG.

Benedictio tua, Dne, larga deſcendat, quæ & munera nra, deprecantibus Sanctis tuis, tibi reddat accepta, & nobis ſacramentum redemptionis efficiat, per. El. gg. *Præfatio.* G.

VD. æterne Deus! celebrantes Scorum natalitia Coronatorum, quia dum tui nominis per eos gloriam frequentamus, noſtræ fidei creſcit augmentum, per Xpm. *l. El. g g.*

Ad

---

ctorum tuorum merita ſub una tribuiſti celebritate venerari: quæſumus, ut deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per. *l. El. gg.*

Secreta.

Munera tibi, Domine, noſtræ devotionis offerimus, quæ & pro cunctorum tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per. *El gg.*

Præfatio.

VD. Clementiam tuam ſuppliciter obſecrantes, ut cum exultationibus (*El. melius* exultantibus) Sanctis in cœleſtis regni cubilibus gaudia noſtra coniungas, & quos virtutis imitatione non poſſumus ſequi, debitæ venerationis contingamus affectu. Per Chriſtum. *El.*

Ad Comm.

Omnipotens ſempiterne Deus! qui nos omnium Sanctorum tuorum multiplici facis celebritate gaudere; concede, quæſumus, ut ſicut illorum commemoratione temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu. Per. *l. gg.*

Super Popl.

Da, quæſumus Domine, fidelibus populis omnium Sanctorum ſemper veneratione lætari, & eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per. *g. El. gg.*

Digitized by Google

Ad Comm. G.

Sanctorum tuorum Coronatorum, quæſumus Dne, ſemper nos feſta lætificent, & maieſtati tuæ perpetua placatione commendent, per Dnm. *l. g.*

Alia ad Complendum. GG.

Cœleſtibus refecti ſacramentis & gaudiis ſupplices te, Dne, deprecamur; ut quorum gloriamur triumphis, protegamur auxiliis, per Dnm. *l. El. gg.*

V. Id. Nov.

Nat. S. THEODORI Mart. G.

Prætende nobis, Dne, miſericordiam tuam, & tribue, ut ſcus Martyr tuus Theodorus, cuius nos dediſti patrociniis adiuvari, maieſtatem tuam iugiter exoret pro nobis, per Dnm. *l.*

Alia. GG.

Deus, qui nos beati Theodori Martyris tui confeſſione glorioſa circumdas & protegis: præſta nobis, eius imitatione proficere, & oratione fulciri, per. El. gg.

Secreta. G. & GG.

Suſcipe, Dne, fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum; & intercedente beato Theodoro Martyre tuo, per hæc piæ devotionis officia ad cœleſtem gloriam tranſeamus, per Dnm. *El. gg.*

Ad Comm. G.

Sancti nos, quæſumus Dne, Theodori Martyris oratio & aſſequi faciat ſemper mente, quæ gerimus; & debitæ ſervitutis actione ſectari, per.

Alia ad Compl. GG.

Præſta nobis, Dne quæſumus, intercedente beato Theodoro Martyre tuo, ut quæ ore contingimus, pura mente capiamus, per Dnm. El. gg.

III. Id. Nov.

Natl. Sci MENNÆ Mart. G. & GG.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui beati Mennæ Martyris tui natalitia colimus, interceſſione eius in tui nominis amore roboremur, per. *El. gg.*

Secreta. G.

Beati Mennæ Martyris tui, Dne, ſolemnia recenſemus: ut eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hoſtias laudis offerimus, per Dnm. *l. El.*

Secreta alia. GG.

Muneribus noſtris, quæſumus Dne, precibusque ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi, per. l. gg.

Ad Comm. G.

Benedictio tua, Deus, impleat corda fidelium, talesque perficiat, qui & Martyrum honorificent paſſiones, & remedia ſalutis æternæ iisdem patrocinantibus aſſequantur, per Dnm. *El.*

Alia. GG.

Da, quæſumus Dne Deus noſter, ut ſicut tuorum commemoratione Scorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu, per Dnm. l. gg.

Eodem Die

Nat. Sci MARTINI Epi. G. GG. A.

Deus, qui conſpicis, quia ex nulla nra virtute ſubſiſtimus: concede propitius, ut interceſſione beati Martini Confeſſoris tui contra omnia adverſa muniamur, per Dnm. *El. gg.*

Alia. G. A.

Omnipotens ſempiterne Deus! ſolemnitatem diei huius propitius intuere, & eccleſiam tuam interceſſione beati Martini Pontificis atque Confeſſoris tui continua

Digitized by Google

nua fac celebritate gaudere, omniumque in te credentium vota perficias, per Dnm. *Secreta.* G. A.

Beati Martini Pontificis, quæsum9 Dne, pia nobis non desit oratio, quæ & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat, per Dnm. *El.*

Alia Secreta. GG.

Da, misericors Deus, ut hæc nos salutaris oblatio & (ed. a) propriis reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur adversis, per Dnm. gg.

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! Te in beati Martini Pontificis atque Confessoris tui laudibus honorare (al. *adorare*), qui sci Spiritus tui dono succensus, ita in ipso tyrocinio fidei perfectus inventus est, ut Xpum texisset in paupere, & vestem, quam egenus acceperat, mundi Dn9 induisset. Digne ei Arianorum subiacuit feritas, digne tanto amore martyrii persecutoris tormenta non timuit. Quanta putamus erit glorificatio passionis, quando pars chlamidis sic extitit glorioſa? Quid erit pro oblatione integri corporis recepturus, qui pro quantitate vestis exiguæ, & vestire Deum meruit & videre? Hæc tua est, Dne, veneranda potestas, ut cum lingua non suppetit, meritis exoreris, per Xpm.

Ad Compl. G.

Tua, Dne, sca sumentes suppliciter deprecamur, ut cuius veneramur confessionem, præsidia sentiamus, per. *El.*

Alia ad Comm. GG.

Præsta, quæsumus Dne Deus noster, ut quorum festivitate votiva sunt sacramenta, eorum salutaria nobis intercessione reddantur, per. gg.

Super populum. G. A.

Exaudi, Dne, populum tuum tota tibi mente subiectum, & beati Martini Pontificis supplicatione custodi: ut corpore & corde protectus, quod pie credit, appetat, & quod iuste sperat, obtineat, per. *El g.*

Alia. G.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut sicut divina laudamus in sco Martino Confessore tuo atque Pontifice magnalia, sic indulgentiam tuam piis eius precibus assequamur, per.

Unde supra alia Missa Ambros.

Deum, cuius vultui deputatur, quicquid Scis eius honoris impenditur, intenta oratione poscimus: ut hunc diem, quem sci & præcipui viri Martini Epi illustrat excessio, celebrem nobis & posteris indulgeat; tribuatque, ut cuius veneratores sumus, & imitatores esse mereamur, per Dnm.

Alia.

Adesto, quæsumus Dne, plebi tuæ, & intercessione beati Sacerdotis & Confessoris tui Martini confidenter tribue consequi, quod sperare donasti, per Dnm.

Secreta.

Beati Sacerdotis & Confessoris tui Martini quæsumus. *Ut supra.*

Præfatio.

VD. æquum & salutare; Nos te, omnipotens Dne, in beati Sacerdotis & Confessoris tui Martini laudibus honorare; qui Sci Spiritus tui dono repletus, ita in ipso tyrocinio fidei perfectus inventus est, ut Xpm texisset in paupere, & veste, quam egenus acceperat, mundi Dnum induisset. O felix largitas, quam divinitas operatur! o chlamidis glorioſa divisio, quæ militem texit & regem! Inæstimabile donum est, quod vestire meruit deitatem. Digne huic confessionis tuæ præmia contulisti: digne ei Arianorum subiacuit feritas; digne tanto amore martyrii persecutoris tormenta non timuit securus. Quanta putamus erit glorificatio passionis, quando pars chlamidis sic extitit pretioſa? Et quid erit pro oblatione integri corporis recepturus, qui pro quantitate

veſtis exiguæ & veſtire Deum meruit, & videre? O animi imitanda benignitas! o virtutum veneranda potentia! Sic egit ſuſcepti pontificatus officium, ut per formam probabilis vitæ, obſervantiam exigeret diſciplinæ; ſic apoſtolica virtute ſperantibus contulit medicinam, ut alios ſupplicationibus, alios viſu ſalvaret. Hæc tua eſt, Dne, virtus & gloria, per Xpm Dnm nrm. (1)

Ad Comm.

Sumentes, Dne, gaudia ſempiterna de participatione ſacramenti, & de feſtivitate beati Martini Confeſſoris tui, ſuppliciter deprecamur: ut quæ ſedula ſervitute te donante gerimus, dignis ſenſibus tua munera tractemus, per Dnm. *g.*

Dom. XXVI. poſt Pentecoſten. Gel.

Deus refugium noſtrum & virtus! adeſto piis eccleſiæ tuæ precibus auctor ipſe pietatis, & præſta: ut quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur, per Dnm. *El. gg.*

Alia.

Deus, quem docente Spiritu ſco paterno nomine invocare præſumimus: crea in nobis fidelium corda filiorum, ut ad promiſſam hereditatem ingredi valeamus per debitam ſervitutem, per.

Secreta.

Da, miſericors Deus! ut hæc ſalutaris oblatio & (ed. *a*) propriis nos reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur adverſis, per Dnm. *El. g g.*

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare; Nos tibi, Dne, debitas laudes pro honore deferre, & mirabilium tuorum inenarrabilia præconia devotæ mentis veneratione celebrare. Te igitur ineffabilem atque inviſibilem Deum (Dominum) laudamus, benedicimus atque adoramus, per Xpm Dnm. *El. gg.*

Ad Comm.

Sumpſimus, Dne, Sacri dona myſterii, humiliter deprecantes: ut quæ in tui commemoratione (ed. *commemorationem*) nos facere præcepiſti, in nræ proficiant firmitatis augmentum (ed. *infirmitatis auxilium*) per Dnm. *vel* per te Ihu Xpe, qui cum Deo Patre. *gg.*

XVI. Kal. Dec. Natl. S. Otmari Confeſſoris Xpi.

Sancti Otmari Confeſſoris tui, Dne quæſumus, veneranda feſtivitas ſalutaris auxilii nobis præſtet augmentum, per Dnm nrm. *l. g.*

Secreta.

Offerimus tibi, Dne, preces & munera: quæ ut tuo ſint digna conſpectui, beati Otmari Confeſſoris tui precibus adiuvemur, per. *l. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et maieſtatem tuam ſupplici devotione exorare, ut beati Otmari Confeſſoris tui, cuius hodie feſta celebramus, obtentu mereamur tuum obtinere auxilium, per Xpm D. *g g.*

Ad Comm.

Ut nobis, Domine, tua ſacrificia dent ſalutem, beatus Confeſſor tuus Otmarus, quæſumus, precator accedat, per. *gg.*

Unde ſupra alia Orationes.

Deus, qui nos beati Otmari Confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus, per Dnm. *gg.*

Alia.

Beati Otmari Confeſſoris tui, Dne, annua feſta recolentes, quæſumus, ut quæ tuarum nobis ſunt inſtrumenta præſentium, fiant æternarum patrocinia gratiarum, per Dnm.

Alia.

Magnificet te, Dne, Sci Otmari Confeſſoris tui beata ſolemnitas, qua & illi gloriam ſempiternam, & opem nobis ineffabili providentia contuliſti, per Dnm. *g. g g.*

Ad Veſp.

Omnipotens ſempiterne Deus! ſolemnitatem diei huius propitius intuere, & eccleſiam tuam beati Otmari Confeſſoris tui continua fac celebritate gaudere, omniumque in te credentium vota perficias. per. *g.*

Alia

(1) Præfatio hæc eadem fere eſt, quæ ſupra habetur in *Gelaſiano:* hic vero in Codice notis mutatis expreſſa eſt.

Digitized by Google

Alia Orationes de S. Otmaro.

Sci Otmari Confeſſoris tui, Dne, nos oratio ſca conciliet, quæ ſacris virtutibus veneranda refulget, per.

Alia.

Beati Otmari Confeſſoris ſupplicatione, quæſumus Dne, plebs tua benedictionem percipiat, ut de eius meritis & feliciter glorietur, & æternæ ſocietatis lætitia gratuletur, per Dnm.

Alia.

Quæſumus, omnipotens Deus! ut beati Otmari Confeſſoris tui ſca precatio & terrenis nos affectibus inceſſanter expediat, & cœleſtia deſiderare perficiat, per.

Alia.

Beati Otmari, quæſumus Dne, & confeſſio nobis ſemper proſit & meritum, per Dnm. *g.*

[*XV. Kl. Dec.*

Translatio Sancti AUGUSTINI. (1)

Adeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus! & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente beato Auguſtino Confeſſore tuo atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum, per. *g g.*

Secreta.

Sci Confeſſoris tui Auguſtini nobis, Dne, pia non deſit oratio: quæ & munera nra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat, per Dnm. *l. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et in omni loco ac tempore omnipotentiæ tuæ gloriam celebrare: per quod pietatis officium in commemoratione beati Auguſtini Confeſſoris tui atque Pontificis ſacrificium tibi laudis offerimus, & magnificentiam tuam in mortificatione ipſius adoramus; Tua in omnibus operante virtute, ut nullis illecebris corporis, nullis promiſſis blandimentorum fallacium vir tuo ignitus Spiritu vinceretur: quia ita eum omni genere pietatis imbueras, ut ipſe tibi & ara, & ſacrificium, & ſacerdos eſſet & templum, per Xpm Dnm.

Ad Comm.

Ut nobis, Dne, tua ſacrificia dent ſalutem, beatus Confeſſor tuus Auguſtinus atque Pontifex, quæſumus, precator accedat, per Dnm.] *gg.*

XIIII. Kl. Decemb.

Nat. Sci ROMANI. Ambroſ. (2)

Plebs tua, Dne, beati Sacerdotis & Martyris tui Romani te glorificatione magnificet, & eodem ſemper precante, te mereamur habere rectorem, per Dnm.

Alia.

Preces populi tui, quæſumus Dne, clementer exaudi, ut beati Sacerdotis & Martyris tui Romani meritis adiuvemur, cuius paſſione lætamur, per.

Secreta.

Præſentia munera, quæſumus Dne, ita ſerena pietate intuere, ut ſci Spiritus profundamur benedictione, & in noſtris cordibus eam dilectionem validam operentur, per quam Pontifex ſanctus & Martyr tuus Romanus omnia corporis tormenta devicit, per. In unit. eiusd.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Et in hoc præcipue die triumphalem hoſtiam offerre, in quo beatiſſimus Antiſtes & Martyr tuus Romanus fideli pro plebe immolandus extitit; qui ſanctam ſalutis dum non permittit inimico adiri domum, ipſe templum tibi dicatur & victima. O felix hoſtia gemino illuſtrata decore! in quo paſtor immolatur & agnus, ſacerdos & innocens. O beata prœlia, quæ tanto non ceſſere terrori! O felix lingua Xpi nobilitata præconio, interpres animi, cordis miniſtra, quæ te Deo loquente numquam defuit. Sed hoc

(1) Vid. ſupra in feſto V. Kal. *Sept.* Cæterum nullam hac die S. AUGUSTINI translationem in Martyrologiis reperio, ſed die undecima huius menſis in Martyrologio *Auguſtinianorum* notatur prima eius translatio ex *Hippone* in *Sardiniam*: de qua forte hæc ipſa Miſſa eſt.

(2) Hic ſolum, quod ſciam, a S. AMBROSIO S. ROMANUS Martyr *Antiochenus*, unacum BARULA puerulo paſſus, Sacerdotis vel Pontificis nomine decoratur, qui ab aliis Diaconus dicitur: quod utrumque in *Romano* Martyrologio ad h. d. reticetur. Vid. PRUDENTIUS *Periſteph.* c. 10. EUSEB. *Emiſ.* hom. 31. alii.

Digitized by Google

mirabile donum, munus tuum eſt, Dne, ut mutis loquelam, percitum claudis gradum, ſurdis fruendam reddas audientiam, per eundem Xpm.

Ad Comm.

Satiaſti, Dne, familiam tuam muneribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper interceſſione nos refove, cuius ſolemnia celebramus, per Dnm. *l. g g.*

Dom. XXVII. poſt Pentecoſten.

Gel. (1)

Excita, Dne quæſumus, tuorum fidelium voluntates: ut divini operis fructum propenſius exſequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant, per. *El. g g.*

Alia. (2)

Excita, Dne, tuorum corda fidelium: ut ſacris intenta doctrinis, & intelligant, quod ſequantur, & ſequendo fideliter apprehendant, per Dnm.

Secreta.

Propitius eſto, Dne, ſupplicationibus nris, & populi tui oblationibus precibusque ſuſceptis, omnium noſtrum ad te corda converte: ut a terrenis cupiditatibus liberi, in cœleſtibus deſideriis (ed. *ad cœleſtia deſideria*) tranſeamus, per. *El. g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Tuum eſt enim omne quod vivimus, quia licet peccati vulnere natura noſtra vitiata ſit, tui tamen eſt operis, ut a terrenis generati, ad cœleſtia renaſcamur, per Xpm Dnm. *l.*

Ad Comm.

Concede nobis, Dne quæſumus, ut ſacramenta, quæ ſumpſimus, quicquid in nra mente vitioſum eſt, ipſius medicationis dono curetur, per Dnm. *l. El. g g.*

XI. Kal. Sept.

Vigl. Scæ CÆCILIÆ. G. & A.

Sanctæ Martyris tuæ Cæciliæ, Dne, ſupplicationibus tribue nos foveri: ut cuius venerabilem ſolemnitatem prævenimus obſequiis, eius interceſſionibus commendemur & meritis, per Dnm. *l. g.*

Secreta. G.

Muneribus noſtris, Dne, Scæ Cæciliæ Martyris tuæ feſta præcedimus: ut quæ conſcientiæ noſtræ præpediuntur obſtaculis, illius meritis reddantur accepta, per, *g.*

Præfatio. G.

VD. æterne Deus! beatæ Cæciliæ natalitia debita veneratione prævenientes, quæ in veritatis tuæ teſtificatione profuſius magnificum nominis tui honorem ſignavit: ut quæ coniugio præparabatur humano, mereretur exaltari divino, & ſic coronam pudicitiæ meruit, ut regium thalamum non ſolum virgo, ſed etiam martyr intraret, per eundem Xpm. *vel* Et ideo. *g g.*

Ad Comm.

Quæſumus omnipotens Deus, ut quorum nos tribuis celebrare memorias, eorum facias imitari virtutes, per.

X. Kal. Dec.

Nat. Scæ CÆCILIÆ. G. & A.

Deus, cui beata Cæcilia ita caſtitatis devotione complacuit, ut coniugem ſuum Valerianum affinemque eius Tiburtium tibi fecerit conſecrari, cum & angelo deferente micantium odoriferas florum coronas, palmam martyrii perceperunt: tribue, quæſumus, ut ea intercedente pro nobis beneficia tui muneris percipere mereamur, per Dnm.

Alia. GG.

Deus, qui nos annua beatæ Cæciliæ Martyris tuæ ſolemnitate lætificas: da, ut quam

---

(1) In Miſſali *Romano* & apud MURAT. eſt hæc Dominica XXIV. ſeu ultima poſt Pentecoſten; in *Eliziano* vero ſimiliter XXVII. (2) In *S. Elig.* oratio *ſuper populum.*

Digitized by Google

quam veneramur officio, etiam piæ conversationis ſequamur exemplo, per. l. El. gg.

Secreta.

Hæc hoſtia, Dne, placationis & laudis, quæſumus, ut interveniente beata Cæcilia Martyre, tua nos propitiatione dignos ſemper efficiat, per. *El. gg.*

Præfatio. G.

VD. per Xpm Dnm nrm; qui perficit in infirmitate virtutem, qua etiam beata glorioſaque Cæcilia deſpecto mundi coniugio, ad conſortia ſuperna contendens, nec ætate mutabili præpedita eſt, nec illecebris eſt revocata carnalibus, nec ſexus fragilitate deterrita; ſed infra puellares annos inter ſæculi blandimenta, inter ſupplicia perſequentium, multiplicem victoriam virgo caſta, & glorioſa martyr implevit; & potiore triumpho temporalem virum, cui mortali fuerat amore nectenda, ſecum martyrii fœdere ad regnum perduxit æternum, per Xpm Dnm. Et ideo. *El.*

Ad Comm. G. & A.

Sic nos, Dne, gratia tua, quæſumus, ſemper exerceat, ut & divinis inſtauret noſtra corda myſteriis, & Scæ Cæciliæ Martyris tuæ commemoratione lætificet, per.

Alia ad Comm. GG.

Satiaſti, Dne, familiam tuam muneribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper interceſſione nos refove, cuius ſolemnia celebramus, per Dnm. l. gg.

Unde ſupra alia Miſſa Ambroſ.

Beatæ Cæciliæ Martyris tuæ nos, quæſumus Dne, feſtivitas ſca commendet: quæ ita ad palmam martyrii venire voluit, ut & de ſocietate placeret, qua Valerianum & Tiburtium conſecrationibus per angelum ſuum tua miſericordia coronavit, per.

Alia.

Deus, qui nos famulos tuos in beatæ Martyris tuæ Cæciliæ victoria, Valeriani ſimul & Tiburtii gaudere feciſti triumphis: tribue, quæſumus, magneſtatis tuæ miſericordiam, ut ſicut eos tyrannorum ſuperata feritate lætari feciſti, ita & populus tuus tua ſemper exultet bonitate, per Dnm.

Alia.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut hac feſtivitate beatæ Martyris tuæ Cæciliæ, qua ad cœleſtia meruit evocari præmia, coniunctis ſibi Tiburtio & Valeriano, ſicut credimus & ſperamus, eorum ſuffragiis adiuvemur, per.

Secreta.

Tribue, quæſumus virtutum cœleſtium Deus! ut ſacrificia pro ſcæ Cæciliæ ſolemnitate delata, deſiderium nos temporale doceant habere contemptum, & ambire dona faciant cœleſtium gaudiorum, per.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm; per quem ſca Cæcilia dono repleta, ut martyrii palmam aſſumeret, ipſum mundum eſt cum thalamis execrata; teſtis eſt quapropter Valeriani coniugis & Tiburtii provocata confeſſio, quos angelica manu odoriferis floribus coronaſti: viros virgo duxit ad gloriam, mundus agnovit, quantum valeat devotio caſtitatis; quæ ita promeruit, ut martyres efficerentur, & iter regis gloriæ cum angelis graderentur. Huius te, Dne, largiente gaudia celebramus, & ea fide, qua mundi caligo deterſa eſt, ad æternitatis tuæ deprecamur præmia pervenire, & ideo cum angelis.

Ad Compl.

Sic nos, Dne, gratia tua quæſumus. *Ut ſupra.*

VIIII. Kal. Decemb.

Natl. S. CLEMENTIS. G. & A.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in omnium Sanctorum tuorum es virtute mirabilis: da nobis in beati Clementis annua ſolemnitate lætari, qui Filii tui Martyr & Pontifex, quod myſterio geſſit, teſtimonio comprobavit, & quod ore prædicavit, confirmavit exemplo, per eundem, *l. El.*

Alia. GG.

Deus, qui nos annua beati Clementis Martyris tui atque Pontificis ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur, per Dnm. gg.

Secreta. G.

Sacrificium tibi, Dne, laudis offerimus pro ſci celebritate Clementis: ut propitiationem tuam, quam noſtris operibus non meremur, pii ſuffragatoris interceſſionibus aſſequamur, per Dnm. *g. El.*

Alia. GG.

Munera, Dne, oblata ſanctifica: & intercedente beato Clemente Martyre tuo per hæc nos a peccatorum noſtrorum maculis emunda, per Dnm. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! quoniam per ſci Spiritus largitatem beatus Clemens hodiernæ nobis exultationis affectum magnificæ paſſionis agone ſacravit; qui mundo nobilis, amore Xpi nobilior, pio labore conſpicuus, & in parentum vel inquiſitione vel receptione mirabilis, apoſtolicæ prædicationis fideliſſimus & acceptus alumnus, ſacerdos effulſit egregius, & martyr inſignis, per Xpm. *l. El.*

Ad Comm. G.

Beati Clementis, Dne, natalitio fidelibus tuis cœleſtia munera ſuffragentur; & qui tibi placuit, nobis imploret auxilium, per. *g.* Alia. GG.

Corporis ſacri & pretioſi ſanguinis repleti libamine, quæſumus Dne Deus noſter! ut quod pia devotione gerimus, certa redemptione capiamus, per. gg.

Unde ſupra alia Miſſa Ambroſ.

Pontificis & Martyris tui Clementis, quæſumus Dne, in conſpectum divinæ maieſtatis tuæ pro nobis aſcendat oratio, cui beatam ſocietatem cum tuis donare iuſſiſti Apoſtolis & Martyribus, per Dnm.

Alia.

Beati Sacerdotis & Martyris tui Clementis natalitia veneranda, quæſumus Dne, eccleſia tua devota ſuſcipiat, & magnæ glorificationis efficiatur amore devotior, per. *l.*

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut beati Sacerdotis & Martyris tui Clementis adiuvemur auxilio: cui in deſerto populus, ut crederet, admirabilem contuliſti potentiam, ut ſitientibus ex tumulis, quos eis terra negabat, natura fontium liquores produceret, per.

Secreta.

Interceſſio ſci Clementis miſericordiæ tuæ, Dne, munera nra conciliet: ut quod merita nra non valent, eius deprecatio nobis indulgentiam obtineat, per Dnm. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui Scis tuis ad tyrannorum ſuperandas feritates admirabilem te credimus donare conſtantiam; nam cum iniquiſſimus perſecutor beatum Clementem pœnis atticere a diabolo cogeretur, non ei tormentum intulit, ſed triumphum. lactatur ergo Martyr tuus in fluctibus, ut mergeretur iniquiſſima ſententia; ex hoc ergo pervenit ad præmium, unde Petrus magiſter eius pervenit ad regnum: Amborum Xpus in fluctibus approbat mentes; Clementem ad palmam victoriæ de profundo revocat, Petrum ad cœleſtia regna in eodem elemento, ne mergeretur, elevavit idem Ihꝰ Xpꝰ Dnꝰ nr, per quem maieſtatem.

Ad Comm.

Purificet nos, Dne quæſumus, & divini perceptio ſacramenti, & glorioſæ confeſſionis oratio, per D.

Eodem Die Natl. Scæ FELICITATIS.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut beatæ Felicitatis Martyris tuæ ſolemnia recenſentes, meritis ipſius protegamur & precibus, per Dnm. *El. gg.*

Secreta.

Munera tibi, Dne, pro ſcæ Felicitatis glorioſa commemoratione deferimus: quæ nobis huius ſolemnitatis effectum & confeſſione dedicavit & ſanguine, per. *g.*

Alia. GG.

Vota populi tui, Dne, propitiatus intende: & quorum nos tribuis ſolemnia celebra-

Digitized by Google

lebrare, fac gaudere ſuffragiis, per Dnm. nrm. l. gg.

Ad Comm. G. & GG.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus! ut intervenientibus Scis tuis, & tua in nobis dona multiplices, & tempora nra diſponas, per Dnm. *l. El. gg.*

[*VIII. Kl. Dec.*

Natl. Sci CHRYSOGONI. G.

Præſta nobis, omnipotens Deus, ut beatum Chryſogonum Martyrem tuum, quem fidei virtute imitari non poſſumus, non indigna ſaltem veneratione ſectemur, per. Alia. GG.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus nris: ut qui ex iniquitate nra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Chryſogoni Martyris tui interceſſione liberemur, per Dnm. El. gg.

Secreta. G.

Offerimus tibi, Dne, preces & munera, in honore Scorum tuorum gaudentes: præſta quæſumus, ut & convenienter hæc agere, & remedium ſempiternum valeamus acquirere, per Dnm.

Alia Secreta.

Oblatis, quæſumus Dne, placare muneribus: & intercedente beato Chryſogono Martyre tuo, a cunctis nos defende periculis, per Dnm. El. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus, qui nos aſſiduis Martyrum paſſionibus conſolaris, & eorum ſanguinem triumphalem, quem pro confeſſione nominis tui infidelibus præbuere fundendum, ad tuorum facis auxilium tranſire fidelium, per Xpm Dnm. *El. gg.* *Ad Comm.* G.

Annue, Dne quæſumus, ut myſteriis tuis iugiter repleamur, & Scorum ſemper auxiliis muniamur, per Xpm.

Alia. GG.

Tui, Dne, perceptione ſacramenti, & a noſtris mundemur occultis, & ab hoſtium liberemur inſidiis, per D. El gg.]

Dom. XXVIII. poſt Pentecoſten. (1)

Deus, qui ore prophetico cogitandam ſuper nos cogitationem pacis, non afflictionis, promiſiſti: cogita, quæſumus, cogitationem nræ æternæ redemptionis, & educ nos de captivitate tenebrarum, ut videre poſſimus, quæ agenda ſunt, & quæ recta ſunt, agere valeamus, per Dnm.

Secreta.

De profundis clamantium ad te, Deus, preces & hoſtias dignanter exaudi & ſuſcipe: ut nos de profundo iniquitatis eripias, & ad gaudia æterna perducas, per Dnm.

Ad Comm.

Dne ſancte Pater! qui nobis ore Filii tui, quicquid orantes te petituri ſumus, exaudire promiſiſti: exaudi, quæſumus, preces noſtras, & fac nos dignos tuæ intereſſe frequentationi, per eundem Dnm nrm.

Incipit Orat. de Adventu.

Dom. V. ante Nat. Domini. (2)

Excita, Domine, potentiam tuam, & veni, & quod eccleſiæ tuæ promiſiſti,

(1) Hæc Dominica nuſpiam aliàs occurrit: ſed in *Eligiano*, quocum in numero Dominicarum conſentit codex noſter, poſt *hebdomadam XXVII. poſt Pentecoſten* ponitur *Hebdomada V. ante Nat. Domini.*

(2) Cum ſacramentarium *San-Gallenſe* triplicem complectens ritum hic ſit mancum, antiquiſſima noſtra exempla ſeu codices originarios, *Rhenaugienſem*, eique geminum *San-Gallenſem*, qui præ manibus eſt, eo tutius ſequimur, quod ad illum ſcriptor totum ritum *Gelaſ.* compoſuerit. Cæterum ritu *Gregoriano* quatuor, *Gelaſiano* quinque, *Ambroſiano* demum ſex Dominicas Adventus numerari, conſtat ex codicibus MSS. diverſi ritus. Vid. Diſquiſit. X. c. 2. p. 930. ubi pariter de varia eas numerandi ratione agitur.

Digitized by Google

sti, usque in finem sæculi clementer operare. Per. *g. El. gg.*

Alia.

Conscientias nostras, quæsumus omnipotens Deus, cotidie visitando purifica: ut veniente Filio tuo Domino nostro paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Per. *g. gg.*

Secreta.

Sacrificium tibi, Domine, celebrandum placatus intende: quod & nos a vitiis nostræ conditionis emundet, & tuo nomini reddat acceptos. Per. *l. g. El.*

Præfatio.

VD. Qui nos tamquam nutrimentis instituens parvulorum, dispensatis mentis & corporis alimentis, per humanorum foves incrementa profectuum, donec immortalitatem, societatemque pro nostro quique modulo finita mortalitate capiamus. Per Christum. *l.* (1)

Post Comm.

Animæ nostræ, quæsumus omnipotens Deus, hoc potiantur desiderio, ut a tuo Spiritu inflammentur: ut sicut lampades divino munere satiati, ante conspectum venientis Christi Filii tui velut clara lumina fulgeamus. *g. El.* (2)

[*III. Kl. Dec.*

Natl. scorum SATURNINI, CHRYSANTHI, MAURI & DARIÆ. (3)

Beatorum Martyrum, Domine, Saturnini & Chrysanthi nobis adsit oratio: ut quos obsequio veneramur, pio iugiter experiamur auxilio. Per. *g.*

Super Obl.

Populi tui, Domine quæsumus, tibi grata sit hostia, quæ in natalitiis sanctorum Martyrum tuorum Saturnini & Chrysanthi solemnitatibus immolatur. Per. *g.*

Post Comm.

Mysteriis, Domine, repleti sumus, votis & gaudiis: præsta quæsumus, ut per intercessionem Martyrum tuorum Saturnini & Chrysanthi, quæ corporaliter agimus, spiritaliter consequamur. Per Dnm. *g.*] (4)

III. Kl. Dec.

Vigil. Sci ANDREÆ.

Quæsumus omnipotens Deus, ut beatus Andreas Apostolus pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis exuamur. Per. *El. gg.*

Alia.

Tuere nos, misericors Deus, & beati Andreæ Apostoli tui, cuius natalitia prævenimus, semper guberna præsidiis. Per. *g. El.* (5)

Secreta.

Sacrandum tibi, Domine, munus offerimus.

(1) Hanc eandem præfationem ex Cod. *Remensi* citat MENARDUS nota 64. in sacram. *Greg.*

(2) Codex *S. Eligianus* addit pag. 187. orationem *Super populum.* Preces populi tui &c.

(3) SS. MAURUS & DARIA in *Gelasiano* ponuntur quidem in inscriptione, nunquam tamen in orationibus.

(4) Alia Missa *Gregoriana* ex *San-Blasiano*, de S. SATURNINO.

Deus, qui nos beati Saturnini Martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuvari. Per. *g. El. gg.*

Secreta.

Munera, Dne, tibi dicata sanctifica: & intercedente beato Saturnino Martyre tuo, per eadem nos placatus intende. Per D. *El. gg.*

Ad Comm.

Sanctificet nos, Dne, tui perceptio sacramenti: & intercessione Sanctorum tibi reddat acceptos. Per. D. *El. gg.*

(5) Elig. *Ad complendum alia.*

zed by Google

rimus, quo beati Andreæ ſolemnia recolentes, purificationem quoque noſtris mentibus imploramus. Per. *l. El. gg.*

Præfatio.

VD. Reverentiæ tuæ dicato ieiunio gratulantes, quod apoſtolica beati Andreæ merita deſideratis prævenimus officiis, (1) & eadem celebranda ſolemniter præparemur. Per Chriſtum. *g.*

Poſt Comm.

Perceptis, Domine, ſacramentis ſuppliciter exoramus: ut intercedente beato And Apoſtolo tuo, quæ pro illius veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam. Per. *l. El. g g.*

II. Kl. Dec. Nat. S. ANDREÆ.

Maieſtatem tuam, Dne, ſuppliciter exoramus: ut ſicut Eccleſiæ tuæ beatus Andreas Apoſtolus extitit prædicator & rector; ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per. *l. g. El. gg.*

Alia.

Deus, qui humanum genus tuorum retibus præceptorum capere conſtituiſti: reſpice propitius ad tanti ſolemnia piſcatoris, & tribue; ut natalitia (l. *natalitio*) eius munere gratulantes æternæ vitæ præmia conſequamur. Per.

Secreta.

Sacrificium noſtrum tibi, Dne quæſumus, beati Andreæ precatio ſancta onciliet: ut in cuius honore ſolemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per. *g. El. gg.*

Præfatio. (2)

VD. Adeſt enim nobis dies magnificus votivo myſterio, venerandus Andreas germanus glorioſi Apoſtoli tui Petri, tam prædicatione Xpi tui, quam converſatione monſtravit: ut id, quod libera prædicaverat voce, nec pendens taceret in cruce, auctoremque vitæ perennis tam in hac vita ſequi, quam in mortis genere meruit imitari: ut cuius præcepto terrena in ſemetipſo crucifixerat deſideria, eius exemplo ipſe patibulo fieretur (l. *figeretur*). Utriusque igitur germini (Greg. *utrique igitur germani*) piſcatores, ambo cruce elevantur ad cœlum, ut quos in huius vitæ curſu gratia tua tot vinculis pietatis obſtrinxerat, ſingulis (Greg. *hos immarceſcibilis in regno cœlorum necteret & corona*;) in regno cœlorum necteret & coronaret; & quibus erat una cauſa certaminis, una retributio eſſet & præmii. Per Xpm. *l. El. gg.*

Poſt Comm.

Beati Andreæ Apoſtoli tui, Dne quæſumus, interceſſione nos adiuva: pro cuius ſolemnitate percepimus tua ſancta lætantes. Per. *l. g.*

Ad populum.

Beati Andreæ Apoſtoli ſupplicatione, quæſumus Dne, plebs tua benedictionem percipiat: ut de eius meritis & feliciter glorietur, & ſempiternis valeat conſortiis ſociata lætari. Per. *Ad*

---

(1) Apud MENARDUM nota 505. ex cod. *Remenſi* ſic legitur: *ut ad eadem &c.*: monet vero, ita eſſe legendum: *ut qui apoſtolica --- officiis, ad eadem &c.*

(2) Præfatio mendoſa, in *Greg.* apud MURAT. & *Elig.* ita legitur: *Adeſt nobis dies magnifici votiva myſterii, qua venerandus Andreas Apoſtolus germanam ſe glorioſi Apoſtoli tui Petri, tum prædicatione Chriſti tui, quam converſatione monſtravit.*

Digitized by Google

Ad Veſp.

Da nobis, quæſumus Dne Deus noſter, beati Apoſtoli tui Andreæ interceſſionibus ſublevari: ut per quos Eccleſiæ tuæ ſuperni muneris rudimenta donaſti, per eos ſubſidia perpetuæ ſalutis impendas. Per. *l. El. gg.* *Alia.*

Exaudi, Dne, populum tuum cum ſancti Apoſtoli tui Andreæ patrocinio ſupplicantem: ut tuo ſemper auxilio ſecura tibi poſſit devotione ſervire. Per. *El. gg.*

Dom. IIII. ante Natl. Dni. (1)

Excita, Domine quæſumus, potentiam tuam, & veni: ut ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante ſalvari. Per. *El. gg.*

Alia.

Præveniat nos, quæſumus omnipotens Deus, tua gratia ſemper & ſubſequatur: ut per adventum Unigeniti tui, quem ſummo cordis deſiderio ſuſtinemus, & præſentis vitæ ſubſidia, & futuræ etiam conſequamur. Per Dnm. *g.*

Secreta.

Hæc ſacra nos, Dne, potenti virtute mundatos, ad ſuum faciant puriores venire principium. Per. *g g.*

Præfatio.

VD. Cui proprium eſt ac ſingulare, quod bonus es, & nulla unquam a te es communicatione (g. gg. *commutatione*) diverſus: propitiare ſupplicationibus noſtris, & eccleſiæ tuæ miſericordiam tuam, quam confitetur, oſtende; manifeſtans plebi tuæ Unigeniti tui (2) mirabile ſacramentum, ut in univerſitate nationum perficiatur, quod per Verbi tui evangelium promiſiſti, & habeat plenitudo adoptionis, quod pertulit (l. *protulit*) teſtificatio veritatis. (3) Per Chriſtum. *g. El. gg.* *Poſt Comm.*

Suſcipiamus, Dne, miſericordiam tuam in medio templi tui: & (al. *ut*) reparationis noſtræ ventura ſolemnia congruis honoribus præcedamus. Per. *El. g g.*

Orationes de Adventu Dni. Cotidianis diebus ad Miſſam.

Deus, qui conſpicis, quia in tua pietate confidimus: concede propitius, ut de cœleſti ſemper protectione gaudeamus, Per. *g. El.* *Alia.*

Subveniat nobis, Dne, miſericordia tua: & (ed. *ut*) ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis te mereamur veniente ſalvari. Per. *g. El. gg.*

Secreta.

Grata tibi ſint, Dne, munera, quibus myſteria celebrantur noſtræ libertatis & vitæ. Per. *g. El.*

Poſt Comm.

Da, quæſumus omnipotens Deus! cunctæ familiæ tuæ hanc voluntatem (in Elig. deeſt *in*) in Chriſto Filio tuo Dno nro, veniente (ed. *venienti*) in operibus iuſtis aptos occurrere: ut eius dexteræ ſociati regnum mereantur poſſidere cœleſte. Per. *g. El.* *Item*

(1) Ab hac *Dominica IIII. ante Natale Domini*, ut inſcribitur in antiquiſſimo ſacramentario *Gregoriano Sancti Blaſiano*, incipit ut hodieque Adventus Domini, iisdem orationibus, excepta ſecunda & Præfatione ſingulari, quæ ſunt a ritu *Gregor.* aliena.

(2) *g. gg.* Interponunt: *& Incarnationis myſterium, & Adventus &c.*

(3) Ita pariter habetur in Codice *Remenſi*, apud MENARDUM not. 644. & ſeqq. in ſacrament. *Greg.* & in ſacrament. *Gallicano* apud MURATOR. p. 785. ſeq.

zed by Google

Item alia Miſſa.

Excita, Dne, potentiam tuam, & veni: ut tua propitiatione ſalvemur. Per. *g. El.*

Alia.

Feſtina, ne tardaveris Domine Deus noſter: & a diabolico furore nos potenter elibera. (g. El. *libera.*) Per. *g. El.*

Secreta.

Intende, quæſumus Dne, ſacrificium ſingulare: & (ed. *ut*) huius participatione myſterii, quæ ſperanda credimus, expectata ſumamus. Per. *l. El.*

Poſt Comm.

Hos, quos reficis ſacramentis, adtolle benignus auxiliis: ut tuæ redemptionis effectum & myſteriis accipiamus & moribus. *g*

Alia.

Exultemus, quæſumus Dne Deus noſter, omnes recti corde in unitate fidei congregati: ut veniente Salvatore noſtro Filio tuo, immaculati occurramus illi in eius Sanctorum comitatu. Per. *g. El.*

Alia.

Fac nos, Domine quæſumus, mala noſtra toto corde reſpuere: ut veniente Filio tuo Domino noſtro bona eius capere valeamus. Per. *g. El.*

Super Obl.

Concede, quæſumus omnipotens Deus! ut huius ſacrificii munus oblatum fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemper & muniat. Per.

Poſt Comm.

Spiritum in nobis, Dne, tuæ caritatis infunde; ut quos uno cœleſti pane ſatiaſti, una facias pietate concordes. Per. *l.*

Super populum.

Preces populi tui, quæſumus omnipotens Deus, clementer exaudi: ut qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pietatis tuæ viſitatione conſolemur. Per. *g. El.*

[*VII. Id. Dec.*

Oct. Sci ANDREÆ Apoſtoli. (1)

Protegat nos, Dne, ſæpius beati Andreæ Apoſtoli repetita ſolemnitas: ut cuius patrocinia ſine intermiſſione recolimus, perpetuam defenſionem ſentiamus. Per. *g.*

Super Obl.

Indulgentiam nobis præbeant hæc munera, quæſumus Dne, largiorem, quæ venerabilis Andreæ ſuffragiis offeruntur. Per Dnm. *g.*

Poſt Comm.

Adiuvet familiam tuam tibi, Domine, ſupplicando venerandus Andreas Apoſtolus, & pius interventor efficiatur; qui tui nominis extitit prædicator. Per.] *g.*

[*III. Id. Dec.*

Nat. Sci DAMASI Papæ.

Miſericordiam tuam, Domine, nobis, quæſumus, interveniente beato Confeſſore tuo Damaſo clementer impende: & nobis peccatoribus ipſius propitiare ſuffragiis. Per.

Super Obl.

Da nobis, quæſumus Dne, ſemper hæc tibi vota gratanter perſolvere, quibus ſancti Confeſſoris tui Damaſi depoſitionem recolimus: & præſta; ut in eius ſemper laude tuam gloriam prædicemus. Per Dnm.

Poſt Comm.

Sumptum, Dne, cœleſtis remedii ſacramentum, ad perpetuam nobis prove-

(1) Eadem Miſſa habetur de octava S. ANDREÆ in vulgato *Gelaſ.*

nire gratiam beatus Damaſus Pontifex obtineat. Per.]

Dom. III. ante Nat. Dni. (1)

Excita, Dne, corda noſtra ad præparandas Ûnigeniti tui vias: ut per eius adventum purificatis tibi mentibus ſervire mereamur. Per. *g. El. gg.*

Alia.

Præcinge, Dne Deus noſter, lumbos mentis noſtræ divina virtute potenter: ut venientem Dnm nrm Ihm Xpm Filium tuum (ed. *veniente Dno nro Ihu Xpo Filio tuo*) digni inveniamur æternæ vitæ convivio, & vota cœleſtium dignitatum ab ipſo percipere mereamur. Per. *g. El. gg.*

Secreta.

Placare, Dne quæſumus, humilitatis noſtræ precibus & hoſtiis: & ubi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum, tuis (g. *tuæ*) nobis indulgentiæ ſuccurre præſidiis. Per. *g. El. gg.*

[*Præfatio.* (2)

VD. Cui proprium eſt veniam delictis impendere, quam pœnaliter imminere: qui fabricam tui operis pereuntem (al. *per eundem rurſus lapidem*) rurſus lapide es dignatus erigere, ne imago, quæ ad ſimilitudinem tui facta fuerat vivens, diſſimilis haberetur ex morte, munus venialis indulgentiæ præſtitiſti: ut unde mortem peccatum contraxerat, inde vitam pietas repararet immenſa. Hæc poſtquam prophetica ſæpius vox prædixit, & Gabriel Angelus Mariæ iam præſentia nuntiavit, mox puellæ credentis in utero fidelis Verbi manſit aſpirata conceptio. Et illa proles naſcendi ſub lege latuit, quæ cuncta ſuo naſci nutu conceſſit. Tendebatur Virginis ſinus, & fœcunditatem ſuorum viſcerum corpus mirabatur intactum. Grande mundo ſpondebatur auxilium, feminæ partus ſine viro myſterium, quando nullius nebulæ fuſcata tenſo nutriebat ventre præcordia, mox futura ſui genitrix genitoris. Quem.] *El. gg.*

Poſt Comm.

Repleti cibo ſpiritalis alimoniæ ſupplices te, Dne, deprecamur: ut huius participatione myſterii, doceas nos terrena deſpicere, & amare cœleſtia. Per. *g. El. gg.*

[*Id. Dec. Natl. Scæ LUCIÆ.*

Interceſſio nos, quæſumus Domine, ſanctæ Luciæ Martyris tuæ votiva confoveat: ut eius ſacrata natalitia & temporaliter frequentemus, & conſpiciamus æterna. Per Dnm. *g. El.*

Super Obl.

Quæſumus virtutum cœleſtium Deus! ut ſacrificia pro ſanctæ tuæ Luciæ ſolemnitate dicata deſideriorum nos temporalium doceant habere contemptum, & ambire dona faciant cœleſtium gaudiorum. Per. *g. El.*

Poſt

(1) Eadem Miſſa ad Dominicam tertiam ante Natale Domini, quæ eſt ſecunda Adventus, notatur in *San-Blaſiano* ſacram. *Gregoriano*, eſtque eadem cum hodierna, excepta oratione ſecunda & Præfatione, quæ ipſa in antiquiſſimo *Rhenaugienſi* deſideratur.

(2) Hæc eadem Præfatio ex Cod. *Remenſi* citatur a MENARDO not. 647. in ſacram. *Greg.* & habetur in ordine Miſſæ *Ambroſianæ*, Dom. IV. Adventus infra, item in antiquo ſacramentario *Gallicano* apud MURATORIUM uſque ad verba: *aſpirata conceptio.* p. 791. ex quo variantes damus. Eadem fere Præfatio legitur in *Gregoriano* apud MURATORIUM p. 344. ſeq. & in *Elig.* pag. 188.

Digitized by Google

Poſt Cemm.

Læti, Domine, ſumpſimus ſacramenta cœleſtia, quæ intercedente pro nobis beata Lucia Martyre tua ad vitam nobis proficiant ſempiternam. Per.] *g. El.* (1)

Dom. II. ante Natl. Dni. (2)

Aurem tuam, quæſumus Domine, precibus noſtris accommoda: & mentis noſtræ tenebras, gratia tuæ viſitationis illuſtra. Per. *g. El. gg.*

Alia.

Fac nos, quæſumus Domine Deus noſter, pervigiles atque ſollicitos adventum expectare Chriſti Filii tui Domini noſtri, ut dum venerit pulſans, non dormientes peccatis, ſed vigilantes, & in ſuis inveniat laudibus exultantes. Per. *g. El.*

Secreta.

Devotionis noſtræ tibi, quæſumus Domine, hoſtia iugiter immoletur: quæ & ſacri peragat inſtituta myſterii, & ſalutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per. *g. El. gg.*

Præfatio.

VD. Referentes gratiarum de præteritis muneribus actionem, promptius, quæ ventura ſunt, præſtanda confidimus; nec eſt nobis feminum deſperanda fœcunditas, cum pro ſupplicationibus noſtris annua devotione venerandus etiam Matris Virginis fructus ſalutaris intervenit Chriſtus Dominus noſter; Per quem. *g.*

Poſt Comm.

Imploramus, Domine, clementiam tuam: ut hæc divina ſubſidia a vitiis expiatos, ad feſta ventura nos præparent. Per Dnm. *El. gg.*

Menſis decimi

Fer. IIII. ad Scam MARIAM.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: ut redemptionis noſtræ ventura ſolemnitas & præſentis nobis vitæ ſubſidia conferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dnm. *g. El. gg.*

Alia.

Feſtina, quæſumus Dne, ne tardaveris, & auxilium nobis ſupernæ virtutis impende: ut adventus tui conſolationibus ſubleventur, qui in tua pietate confidunt. Per. g. *El. gg.*

Secreta. (3)

Eccleſiæ tuæ, Dne, munera placatus adſume: quæ & miſericors offerenda tribuiſti, & in noſtræ ſalutis potenter efficis tranſire myſterium. Per. *l. g.*

Præfatio.

VD. Ieiunii obſervatione quærere, qui ſanctificator & inſtitutor es abſtinentiæ, cuius nullus finis, nullusque numerus eſt: effunde ſuper nos in diebus ieiuniorum

(1) Alia Miſſa *Gregoriana* ex *San-Blaſiano*:

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: ut ſicut de beatæ Luciæ feſtivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per D.

Secreta.

Accepta tibi ſit, Dne, ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per D.

Ad Comm.

Satiaſti, Dne, familiam tuam muneribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper interventione nos refove, cuius ſolemnia celebramus. Per.

(2) Eadem eſt in ſacramentario *Gregoriano San-Blaſiano* Miſſa, excepta oratione ſecunda & præfatione.

(3) Deinceps in his feriis menſis decimi paſſim variant orationes in antiquiſſimo ſacramentario *Gregoriano San-Blaſiano*; eædem enimvero ad unam omnes cum hodiernis miſſalis *Romani* ſunt.

niorum noſtrorum ſpem gratiæ ſalutaris, & ab omnibus nos perturbationibus ſæculi huius tua defenſione conſerva. Per. *gg.* (1)

Poſt Comm.

Tuorum nos, Dne, largitate donorum & temporalibus adtolle præſidiis, & renova ſempiternis. Per D. *l. g. gg.*

Super populum.

Gratiæ tuæ, quæſumus Dne, ſupplicibus tuis tribue largitatem: ut mandata tua, te operante (ed. *opitulante*) ſectantes conſolationem præſentis vitæ percipiant & futuræ. Per. *El.*

Fer. VI. ad Apoſtolos.

Excita, quæſumus Dne, potentiam tuam, & veni: ut hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius adverſitate liberentur. *g. El. gg.*

Alia.

Prope eſto, Dne, omnibus expectantibus te in veritate: ut in adventum Filii tui Dni noſtri placitis ſibi actibus præſentemur. Per eundem. *g. El. g g.*

Secreta.

Præſta, Domine quæſumus, ut dicato munere congruente noſtræ devotionis offeramus affectum. Per. *l. g. El.*

Præfatio.

VD. Qui non ſolum peccata dimittis, ſed ipſos etiam iuſtificas peccatores, & reis non tantum pœnam relaxas, ſed donas & præmia. *l. El. g g.* (2)

Poſt Comm.

Proſint nobis, Dne, ſumpta myſteria: pariterque nos & a peccatis exuant, & præſidiis tuæ propitiationis adtollant, Per. *l. g. El.*

Super populum.

Exaudi, Dne, populum tuum tota tibi mente ſubiectum: ut corpore & mente protectus, quod pie credit, tua gratia conſequatur. Per. *g g.*

Sabb. ad Scm PETRUM in XII. Lect.

Deus, qui conſpicis, quia ex noſtra pravitate adfligimur: concede propitius, ut ex tua viſitatione conſolemur. Per Dnm. *g. El. gg.*

Alia.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris; & præſentis vota ieiunii placita tibi devotione exhibere concede. Per. *g.*

Alia.

Indignos nos, quæſumus Dne, famulos tuos, quos actionis propriæ culpa contriſtat, unigeniti Filii tui nos adventu lætifica. Per. *g. El. gg.*

[*Alia.*

Deus, qui pro animarum expiatione noſtrarum ſacri ieiunii inſtituta mandaſti: fragilitati noſtræ adiumenta concede, & effectum cœleſtium mandatorum benignus inſpira. Per. *g.*

Alia.

Miſerationum tuarum, Dne quæſumus, præveniamur auxilio: ut in huius ſolemnitate ieiunii omnium tibi ſit devotio grata fidelium. Per.] *g.*

Poſt

(1) *Ubi in fine adiectum legitur:* ut qui Unigeniti tui celebramus adventum, continuum eius ſentiamus auxilium. Per quem *ſimiliter & in* Eligiano.

(2) *In quibus additur:* Cuius nos pietatem ſupplices exoramus, ut qui ieiuniis & votis ſolemnibus nativitatem Unigeniti tui prævenimus, illius dono & præſentis vitæ perturbationibus careamus & æterna munera capiamus. Per quem.

Digitized by Google

Poſt Bened. (1)

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per. *g. El. gg.*

Secreta.

Eccleſiæ tuæ, Dne, munera ſanctifica: concede, ut per hæc veneranda myſteria pane cœleſti refici mereamur. Per. *g. El.*

Præfatio.

VD. Quoniam ſalubre meditantes ieiunium neceſſaria curatione tractamus, ut per obſervantiæ competentes (l. *competentis*) obſequium, de perceptis gratis (l. *grati*) muneribus de percipiendis efficiamur gratiores: ut non ſolum terrena felicitate (Leon. *fertilitate*) lætemur, ſed nativitatem panis æterni purificatis ſuſcipiamus mentibus honorandum. Per Xpm. *l.*

Poſt Comm.

Quæſumus, Dne Deus noſter: ut ſacroſancta myſteria, quæ preparationis (l. *pro reparationis*) noſtræ munimine contuliſti, & præſens nobis remedium eſſe facias & futurum. Per. *El. gg.*

Super populum.

Veniat, Dne quæſumus, populo tuo ſupplicanti tuæ benedictionis infuſio; quæ diabolicas ab eodem repellat inſidias, quæ fragilitatem mundet & protegat, quæ inopem ſuſtentet & foveat. Per. *g.*

Alia Miſſa Gregoriana.

Deus, qui conſpicis, quia ex noſtra pravitate. *Ut ſupra. g. El. g g.*

Alia.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut quia ſub peccati iugo ex vetuſta ſervitute deprimimur, expectata Unigeniti Filii tui nova nativitate liberemur. Per eundem. *g. El. g g.*

Alia.

Indignos, quæſumus Dne, famulos tuos. *Ut ſupra. g. El. gg.*

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut Filii tui ventura ſolemnitas, & præſentis nobis vitæ remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eundem. *g. El. gg.*

Alia.

Preces populi tui, quæſumus Dne, clementer exaudi: ut qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pietatis tuæ viſitatione conſolemur, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivis. *g. El. gg.*

Ad Miſſas.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti. *Ut ſupra.*

Secreta.

Sacrificiis præſentibus, Dne, placatus intende, ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti, per Dnm. *l. g. gg.*

Poſt Comm.

Quæſumus Dne Deus noſter, ut ſacroſancta myſteria. *Ut ſupra. El. gg.*

Die Dominica vacat. (2)

Excita, Dne, potentiam tuam & veni, & magna nobis virtute ſuccurre: ut per auxilium gratiæ tuæ, quod noſtra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret, qui vivis. *g. El. gg.*

Alia.

Adiuva, Dne, fragilitatem plebis tuæ: ut ad votivum magnæ feſtivitatis effectum & corporaliter gubernata recurrat, & ad perpetuam gratiam devota mente perveniat. per Dnm. *g. El.*

Secreta.

Sacrificiis præſentibus, Dne, placatus intende, ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti, per. *l. g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus, ſanctificator & conditor generis humani, qui Filio tuo tecum æterna claritate regnante, cum de nullis

(1) Hucusque mancus reſciſſis paginis codex *San-Gallenſis* ritus triplicis, hic iterum intrat.

(2) Antiquo ritu hæc eſt Dominica I. ante Natale Domini, moderno autem Dominica IV. Adventus.

Digitized by Google

nullis extantibus cuncta protuliſſes, hominem limoſi pulveris initiis inchoatum, ad ſpeciem tui decoris animaſti, eumque credula perſuaſione deceptum reparare voluiſti, ſpiritalis gratiæ æterna ſuffragia mittendo nobis Ihm Xpm Dnm nrm; per quem maieſtatem.

Poſt Comm.

Sumptis muneribus, Dne, quæſumus, ut cum frequentatione myſterii, creſcat noſtræ ſalutis effectus. Per Dnm. *g. gg.*

Miſſa Ambroſiana.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut adventus glorioſiſſimi Filii tui, & peccata noſtra abluat, & populo tuo pacem conferat & ſalutem. Qui tecum.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per adventum Unigeniti Filii tui Dni nri Ihu Xpi nova luce radiare dignatus es: concede nobis, ut ſicut eum per Virginis partum in forma noſtri corporis meruimus habere participem, ita & in regno gratiæ eius mereamur eſſe conſortes. Per eundem.

Secreta.

Devotionis noſtræ tibi, Domine quæſumus, hoſtia iugiter immoletur: quæ & ſacri peragat inſtituta myſterii, & ſalutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per Dnm. *l. g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus, qui proprium eſt veniam delictis impendere, quam pœnaliter imminere: qui fabricam tui operis per eundem rurſus lapidem es dignatus erigere, ne imago, quæ ad ſimilitudinem tui facta fuerat vivens, diſſimilis haberetur ex morte, munus veniabilis indulgentiæ præſtitiſti, ut unde mortem peccatum contraxerat, inde vitam pietas repararet immenſa. Per Xpm. *Vid. ſupra p. 204. El. gg.*

Poſt Communion.

Animæ noſtræ, quæſumus omnipotens Deus, hoc potiantur deſiderio: ut a tuo Spiritu inflammentur, & divino munere ſatiati, ante conſpectum venientis Xpi Filii tui, velut clara luminaria fulgeamus. Per eundem. *g. El.*

[*XII. Kal Ian.*
Natl. ſancti THOMÆ Apoſtoli.

Da nobis, quæſumus Dne, beati Apoſtoli tui Thomæ ſolemnitatibus gloriari: ut eius ſemper & patrociniis ſublevemur, & fidem congrua devotione ſectemur, per Dnm. *l. g. El. gg.*

Secreta.

Debitum, Dne, noſtræ reddimus ſervitutis, ſuppliciter exorantes: ut ſuffragiis beati Thomæ Apoſtoli in nobis tua munera tuearis, cuius honorando confeſſionem, laudis tibi hoſtiam immolamus. per Dnm. *l. g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus. Qui eccleſiam tuam in apoſtolicis tribuiſti conſiſtere fundamentis, de quorum collegio beati Thomæ ſolemnia celebrantes, tua, Dne, præconia non tacemus. Per Xpm Dnm. *l. El. gg.* *Poſt Comm.*

Conſerva, Dne, populum tuum, & quem Sanctorum tuorum præſidiis non deſinis adiuvare, perpetuis tribue gaudere remediis, per Dnm.] *g. El.*

Dominica V. de Adventu Domini.

Miſſa Ambroſiana.

Preces populi tui, quæſumus Dne, clemenſer exaudi; ut qui de adventu unigeniti Filii tui ſecundum carnem lætantur, in ſecundo, cum venerit in maieſtate ſua, præmium capiant vitæ æternæ, per eundem. *g. El. gg.*

Alia.

Deus, qui hominem delapſum in mortem conſpiciens, Unigeniti tui adventu redimere voluiſti: præſta quæſumus, ut qui eius glorioſam incarnationem fatentur, ipſius etiam redemptoris conſortia mereantur. Qui tecum vivit.

Secreta.

Propitius intuere, Dne quæſumus, munera, quæ tuis altaribus exhibemus: & quod a noſtra fragilitate defertur, tua virtute ſacretur, per Dnm. *l.*

Præ-

Digitized by Google

Præfatio.

VD. per Xpm Dnm nrm. Cuius divinæ nativitatis potentiam ingenita virtutis tuæ genuit magnitudo, quem ſemper Filium, & ante tempora æterna genitum, quia tibi pleno atque perfecto æterni Patris nomen non defuit, prædicamus: verum etiam honore & maieſtate atque virtute æqualem tibi cum ſancto Spiritu confitemur, dum in trino vocabulo unicam credimus maieſtatem, quam laudant angeli, *vel* & ideo. *gg.*

Poſt Comm.

Repleti cibo ſpiritalis alimoniæ te, Dne, ſupplices deprecamur: ut huius participatione myſterii doceas nos terrena deſpicere, & amare cœleſtia; atque omni nexu mortiferæ cupiditatis exutos, regni perpetuæ libertatis conſortes efficias, per Dnm. *g. El. gg.*

Aliæ orationes de Adventu Domini.

Concede, quæſumus omnipotens Deus! ut magnæ feſtivitatis ventura ſolemnia proſpero celebremus effectu, pariterque reddamur & intenti cœleſtibus diſciplinis, & de noſtris temporibus lætiores, per Dnm. *El. gg.*

Alia.

Mentes noſtras, quæſumus Dne, lumine tuæ viſitationis illuſtra: ut eſſe te largiente mereamur, & inter proſpera humiles, & inter adverſa ſecuri, per Dnm. *El. gg.*

Alia.

Preces populi tui, quæſumus Dne, clementer exaudi, ut qui de adventu unigeniti Filii tui ſecundum carnem lætantur, in ſecundo, cum venerit in maieſtate ſua, præmium vitæ æternæ percipiant, per eundem. *g. El. gg.*

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut Filii tui ventura ſolemnitas, & præſentis nobis vitæ remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eundem. *g. El. gg.*

Alia.

Concede, quæſumus omnipotens Deus! ut quia ſub peccati iugo ex vetuſta ſervitute deprimimur, exſpectata unigeniti Filii tui nova nativitate liberemur. Per eundem. *g. El. gg.*

[*Alia.*

Quæſumus, omnipotens Deus, preces noſtras reſpice, & tuæ ſuper nos viſcera pietatis impende: ut qui ex noſtra culpa affligimur, Salvatore noſtro adveniente reſpiremus. Per eundem. *g. El.*

Alia.

Concede, quæſumus omnipotens Deus! hanc gratiam plebi tuæ, adventum Unigeniti tui cum ſumma vigilantia exſpectare: ut ſicut ipſe auctor noſtræ ſalutis docuit, velut fulgentes lampades in eius occurſum noſtras animas præparemus. Per eundem. *g. El.*

Alia.

Voci noſtræ, quæſumus Dne, aures tuæ pietatis accommoda, & cordis noſtri tenebras lumine tuæ viſitationis illuſtra. Per Dnm. *g. El. gg.*

Alia.

Porrige nobis, Dne, dexteram tuæ propitiationis & veni: & peccata noſtra propitiatus abſolve. Per Dnm. *g. El.*

Alia.

Feſtinantes, omnipotens Deus! in occurſum Filii tui Dni nri nulli impediant actus terreni: ſed cœleſtis ſapientiæ eruditio faciat nos eius eſſe conſortes. Per eundem. *g. El.* *Alia.*

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut qui pro peccatis noſtris meremur affligi, per adventum Xpi Filii tui a cun-

Digitized by Google

ctis mereamur adverſitatibus liberari. Per eundem. *g. El.*

Alia.

Deus, qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deſtitui: adventus tui nos propitiatione cuſtodi, per Dnm. *g. El.*

Alia

Adeſto nobis, quæſumus omnipotens Deus! atque in cunctis actionibus noſtris & aſpirando nos præveni & adiuvando cuſtodi. Per Dnm.] *g. El.*

Item aliæ Orationes de Adventu Domini

Ambroſiana.

Aſpice de cœlo Deus, & veni, & multiplica fidem populi tui; ut per te conſequatur augmentum, per quem ſumpſit initium, qui cum Patre. *Alia.*

Feſtina, quæſumus Dne, ne tardaveris; ut & peccata noſtra deleas, & quæ nobis ſunt adverſa depellas, qui vivis & regnas.

Alia.

Redemptor noſter aſpice Deus, & veni ad liberandum nos de profundo iniquitatis; & dona eccleſiæ tuæ perpetuam tranquillitatem & pacem. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Alia.

Verbi tui nos, quæſumus Dne, adventus illuminet; & a ſordibus peccatorum clementer emundet, qui tecum vivit. *Alia.*

Adiuva, quæſumus Dne, plebem tuam; & ad nativitatem unigeniti Filii tui tribue nos pariter pervenire gaudentes. Per eundem.

Alia.

Reſpice nos, miſericors Deus, & mentibus clementer humanis naſcente Xpo ſummæ veritatis lumen oſtende. Per eundem. *g.*

Dom. VI. De Adventu Domini.

Ambroſiana Miſſa.

Aſpice de cœlo Deus, & veni, & multiplica fidem. *Ut ſupra.* *Alia.*

Conſcientias noſtras, quæſumus omnipotens Deus, cottidie viſitando purifica: ut veniens Filius tuus Dnꝰ noſter, paratam ſibi in nobis inveniat manſionem, qui tecum vivit. *g. El. gg.*

Secreta.

Hæc hoſtia, Dne quæſumus, emundet noſtra delicta: ut ſicut adoranda Filii tui natalitia præveniamus, ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudentes, qui tecum. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare, nos beatæ ſemper Virginis Mariæ ſolemnia celebrare, quæ parvo utero Dominum cœli portavit, & redemptorem mundi angelo prænuntiante verbum carne mortali edidit Salvatorem, quem caſtis concepit viſceribus clauſa ingrediens & clauſa relinquens, quem una tecum omnipotens Pater cum ſancto Spiritu.

Ad Comm.

Læti, Dne, frequentamus ſalutis humanæ principia, quæ trina celebratio beatæ complectitur myſterio Trinitatis. Per Dominum. *g.*

Item ad ſanctam MARIAM.

Excita, Dne, corda noſtra ad præparandas Unigeniti tui vias, ut per eius adventum purificatis tibi mentibus ſervire mereamur. Per eund. *g. El. gg.*

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: ut redemtionis noſtræ ſolemnitas & præſentis nobis vitæ ſubſidia conferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dominum. *g. El. gg.*

Secreta.

Altari tuo, Dne, ſuperpoſita munera Spiritus ſanctus aſſumat: qui beatæ Mariæ viſcera ſui ſplendoris veritate replevit. Per Dominum noſtrum. in unitate eiusdem Spiritus S.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare. Nos tibi Dne Deus omnipotens gratias agere, & cum tuæ invocatione virtutis, beatæ Mariæ feſta celebrare, de cuius ventre fructus effloruit, qui panis angelici munere nos replevit. Quod Eva voravit in crimine, Maria reſtituit: diſtat opus ſerpentis & virginis; inde fuſa ſunt venena diſcriminis, hinc egreſſa myſteria Salvatoris. Inde ſe præbuit tentantis iniquitas, hinc redemptoris eſt opitulata maieſtas; inde partus occubuit, hinc conditor reſurrexit, a quo humana natura non iam captiva ſed libera reſtituitur: quod Adam perdidit in parente, Xpo recepit auctore, quem una tecum omnipotens Pater cum ſancto Spiritu laudant angeli. *Vide Præfat. Chriſmæ in Cœna Dni,*

Poſt Comm.

Adeſto nobis, omnipotens Deus! ut quæ fideliter ſumpſimus, mente & corpore, beatæ Mariæ piæ Matris & perpetuæ Virginis interceſſione, cuſtodiamus. Per Dnm.

COM-

zed by Google

COMMUNE SANCTORUM.

MONITUM.

Incipit hic in omnibus antiquis Codicibus Commune, quod vocant, Sanctorum, quamvis inſcriptio hæc in nullo eorum exprimatur; quam nos diſtinctionem, ut hodiernæ conſuetudini aliquid daremus, adponendam eſſe cenſuimus. Uſi quidem ſumus hucuſque codice *San-Gallenſi* triplicis ritus, *Gelaſiani* ſcilicet, *Gregoriani* & *Ambroſiani*, quem initiali littera ſemper expreſſit, prout nos ſupra pag. 5. in notis monuimus. Hoc vero cum deinceps haud amplius obſervet Codex iſte, inſuper deficientibus hinc inde quibusdam foliis ad finem mutilus, *Rhenaugienſem* eidem ſubſtituimus, ordine dumtaxat ex Cod. *San-Blaſiano* nonnihil ſubinde ad normam editorum omnium aliorum Codicum immutato, quem eius ſcriptor haud ſatis obſervavit. Orationibus porro & Præfationibus easdem litteras initiales ſubiunximus, indices ſacra-

Digitized by Google

mentarii, unde desumtæ sint, ubi quidem reperiri illud potuit; potissimum enim eiusmodi Communia ex proprio seu Festis Sanctorum fuere desumta. Nonnumquam vero etiam Missale *Gothicum* & *Gallicanum* vetus ad calcem Liturgiæ *Romanæ* a Cl. MURATORIO editæ positum citavimus, unde magnam lucem fœneratur Liturgia nostra *Alemannica*. Sic vero Commune Sanctorum orditur Codex noster *San-Blasianus* ex authentico libro bibliothecæ cubiculi editus.

In Vigil. unius Apostoli. (1)

Quæsumus, omnipotens Deus, ut beatus ill. Apostolus tuus, cuius gloriosa solemnia devotis obsequiis prævenimus, (ed. tuum) *pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis exuamur. Per D.* El. gg.

Secreta.

Sacrandum tibi, Dne, munus offerimus, quo beati ill. Apli tui solemnia recolentes, purificationem quoque nris mentibus imploramus. Per. l. El. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus & maiestatem tuam suppliciter exorare: ut qui beati ill. Apli festum solemnibus ieiuniis, & devotis prævenimus officiis, illius apud maiestatem tuam & adiuvemur meritis, & instruamur exemplis. Per Xpum. El. gg.

Ad Complendum.

Perceptis, Dne, sacramentis suppliciter exoramus: ut intercedente beato ill. Aplo tuo, quæ pro illius veneranda gerimus solemnitate (ed. passione), *nobis proficiant ad medelam. Per.* El. gg.

In Nat. unius Apostoli.

Omnipotens sempiterne Deus, qui huius diei venerandam scamque lætitiam beati ill. Apli tui festivitate tribuisti: da ecclesiæ tuæ, quæsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per. l. g. El. gg.

Alia. (2)

Beatus Aplus tuus ill., Dne quæsumus, te pro nobis imploret: ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per. *ex gg. supra.*

Secreta.

Offerimus tibi, Dne, preces & munera: quæ ut tuo digna sint conspectui, beati ill. Apli tui precibus adiuvemur. Per. l. gg.

Alia super Oblata.

Beati Apli tui ill. Dne, solemnia recensentes, quæsumus; ut eius auxilio benefi-

(1) In edito *Gregoriano* apud MURATORIUM hæc Missa habetur in natali unius Apostoli.

(2) Hic incipit Commune Sanctorum Codex *San-Gallensis.*

Digitized by Google

beneficia capiamus, in cuius commemoratione tibi hoſtias laudis offerimus. Per. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Qui nos aſſiduis Aplorum paſſionibus conſolaris, & eorum ſanguinem triumphalem, quem profeſſione nominis tui infidelibus præbuere fundendum, ad tuorum facis auxilium tranſire fidelium. Per Xpm. gg.

Ad Comm.

Da nobis, quæſumus Dne, beati ill. Apli tui ſolemnitate gloriari: ut eius ſemper & patrociniis ſublevemur, & fidem congrua devotione ſectemur. Per. l. gg.

Alia.

Beati Apli tui ill. Dne, nos adiuva interceſſione: pro cuius ſolemnitate percepimus tua ſancta lætantes. Per. *l. g.*

Super populum.

Adiuvet familiam tuam, quæſumus Dne, tibi ſupplicantem venerandus Aplus tuus ill. & interventor efficiatur, qui tui nominis extitit prædicator. Per. *g. El. gg.*

Orationes & preces.

In Natl. unius Apoſtoli. Ambroſ.

Deus, qui es omnium Sanctorum tuorum ſplendor mirabilis, quique hunc diem beati Apli tui ill. martyrio conſecraſti: da eccleſiæ tuæ de natalitia tanti Pontificis tui feſtivitate lætari; ut apud miſericordiam tuam & exemplis eius adiuvemur & meritis. Per. *g. El.* var. *de Com. Aplorum.*

Alia.

Beati ill. Apli tui, Dne, veneranda ſolemnitas & devotionem nobis augeat & ſalutem. Per. g g.

Alia.

Maieſtatem tuam, Dne, ſuppliciter exoramus: ut ſicut eccleſiæ tuæ ſanctus Aplus ill. extitit prædicator & rector, ita ſit pro nobis perpetuus ſuffragator. Per. *l. g. El. gg.*

Alia.

Beati Apli tui ill. Dne, ſolemnia recenſemus: ut eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi laudes offerimus. Per. *l. El.*

Alia.

Quæſumus omnipotens Deus, beatus ill. Aplus tuus pro nobis imploret auxilium. *Ut ſupra.*

Secreta.

Sacrandum tibi, Dne, munus offerimus. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus; Et in huius diei feſtivitate devotionis noſtræ vota perſolvere, in qua beatus Apoſtolus tuus ill. glorioſum Filii tui Dni nri Ieſu Chriſti, & ſui magiſtri ſecutus exemplum, ſuum pro eius amore non dubitavit effundere ſanguinem: unde & mirificam de hoſte proſtrato palmam adeptus nobis non minimam vincendi fiduciam tribuit. Hinc eſt, quod hodierna die fidelis per orbem populi cœtus tibi Deo laudes annua ſolemnitate concelebrat: tuam namque, paſtor mitiſſime! ineffabilem clementiam eius ſuffragiis absque dubio credimus implorandam, per eundem Xpum.

Ad Comm.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: ut ſicut nobis per doctrinam aplicam Catholicæ fidei rudimenta donaſti, ita etiam imploratu beati Apli tui ill. cœleſtia tribuas ſine fine ſubſidia, per.

In Vig. plurium Apoſtolorum.

Concede, quæſumus omnipotens Deus: ut ſicut beatorum Apoſtolorum tuorum ill. glorioſa natalitia prævenimus, ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam pro nobis ipſi præveniant. Per. g. El. gg.

Secreta.

Muneribus noſtris, Dne, Apoſtolorum tuorum feſta præcedimus: ut qui conſcientiæ noſtræ obſtaculis præpedimur, præſta, ut illorum meritis adiuvemur. Per. l. g. El. gg.

Ad Comm.

Eſto, Dne, plebi tuæ ſanctificator & cuſtos: ut apoſtolicis munita ſubſidiis & converſatione tibi placeat, & ſecura deſerviat. Per. l. gg.

In Nat. plurium Apoſtolorum.

Deus, qui nos annua Apoſtolorum tuorum ill. ſolemnitate lætificas: præſta

quæſumus, ut quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per. El. gg.

Secreta.

Munera, Dne, quæ pro Apoſtolorum tuorum ſolemnitate deferimus, propitius ſuſcipe: & mala omnia, quæ meremur, averte. Per. El. gg.

Ad Comm.

Quæſumus, Dne, ſalutaribus repleti myſteriis: ut quorum ſolemnia celebramus, eorum orationibus adiuvemur. Per. El. gg.

Item unde ſupra Ambroſ.

Protector in te ſperantium Deus! familiam tuam propitius reſpice: & per beatos Apoſtolos tuos ill. a cunctis eam adverſitatibus potentiæ tuæ brachio defende. Per.

Alia.

Deus, qui nos annua &c. *Ut ſupra.*

Secreta.

Munera, Dne &c. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! ſupliciter exorantes, ut gregem tuum paſtor æterne non deſeras, ſed per beatos Apoſtolos tuos ill. continua protectione cuſtodias; & iisdem rectoribus dirigatur, quos operis tui vicarios eidem contuliſti præeſſe paſtores, per Xpm Dnm nrm. g. *El. gg.*

Ad Comm.

Quæſumus, Dne, ſalutaribus &c. *Ut ſupra.* (1)

Denuntiatio Natalis unius Martyris. (2)

Noverit veſtra devotio, ſanctiſſimi fratres! quod B. Martyris ill. anniverſarius dies intrat, quod (l. *quo*) diaboli tentationes exſuperans, univerſitatis Creatori glorioſa paſſione coniunctus eſt.

Item pluraliter.

Quod (l. *quo*) diaboli tentamenta vincentes, univerſitatis Creatori glorioſa paſſione coniuncti ſunt. Ideoque Dominum conlaudemus, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis: ut qui illis victoriæ coronam contulit, nobis eorum meritis delictorum indulgentiam largiatur. In illo igitur loco, vel in illa via (El. *villa*), illa feria hanc eandem feſtivitatem ſollicita (g. *ſolita*) devotione celebremus. Per. *g. El.* nota §88.

In Vigilia unius Sancti. (3)

Quæſumus omnipotens Deus! ut noſtra devotio, quæ natalitia beati ill. Martyris & Confeſſoris antecedit, patrocinia nobis eius accumulet. Per. *g. El.*

Secreta.

Magnifica, Dne, beati ill. ſolemnia recenſemus, quæ promtis cordibus ambientes oblatis muneribus & ſuſcipimus, & præimus. Per. *g. El.*

[*Præfatio.*

VD. Glorioſi ill. Martyris vel Confeſſoris pia certamina præcurrendo, cuius honorabilis annua recurſione ſolemnitas & perpetua ſemper & nova eſt: quia & in conſpectu tuæ maieſtatis permanet mors tuorum

(1) Hic inſerendum foret etiam Commune Evangeliſtarum, quod Codex *Solodorenſis* poſt Commune Confeſſorum exhibet, quod vero in omnibus reliquis codicibus deeſt, cum horum Miſſæ feſtis Sanctorum ſint inſertæ. Qua ipſa de cauſa præcedentia quoque Communia unius vel plurium Apoſtolorum deſunt in *Rhenaugienſi*, qui, uti paſſim quoque in aliis fit, incipit a Communi unius Martyris.

(2) Ita olim ante uſum Martyrologii annuntiabantur Sanctorum feſta, locusque & dies, quo ſint celebranda. Similem denuntiationem ex codice *Remenſi* profert MENARDUS nota §88. in ſacrament. *Gregor.* quam ex noſtris codicibus ſolus *Rhenaugienſis* exhibet.

(3) Sic *Rhenaugienſis* & uterque *San-Gallenſis*, nempe in vigilia Sancti ſive Martyris ſive Confeſſoris, prout ex prima oratione liquet. *San-Blaſianus* autem cum editis habet: *In vigilia unius Martyris*, unde & titulum *Confeſſoris* in oratione omittit.

Digitized by Google

tuorum pretiosa iustorum, & restaurantur incrementa lætitiæ, cum felicitatis æternæ recoluntur exordia, per Christum. *El.*]

Post Comm.

Sancta tua, Dne, beati (1) ill. Martyris pretiosa passione, & solemnia, quæ præimus, nos refovent (El. *refoveant*): quibus & iugiter satiamur, & semper desideramus expleri. Per. *g. El.*

Item Gregoriana In Vigilia unius Martyris.

Omnipotens sempiterne Deus! concede propitius, ut nostra devotio &c. Ut supra.

Secreta.

Magnifica, Dne, beati ill. Martyris tui &c. Ut supra.

Præfatio.

VD. æterne Deus. Et glorioſi ill. Martyris pia certamina venerando prævenire &c. Ut supra.

Ad Comm.

Sancta tua, Dne. Ut supra.

In Natl. unius Martyris.

Votivus (al. *votivos*) nos, Dne quæsumus, beati Martyris tui ill. natalis semper excipiat: qui & iucunditatem nobis suæ glorificationis infundat, & tibi nos reddat acceptos. Per. *El.*

[*Alia.*

Deus, qui sanctam nobis huius diei solemnitatem, pro commemoratione beati Martyris tui ill. vel passione fecisti: adesto familiæ tuæ precibus, & da, ut cuius hodie festa celebramus, eius meritis & intercessionibus adiuvemur. Per. *El.*]

Secreta.

Præsentia munera, quæsumus Dne, ita serena pietate intuere, ut sancti Spiritus perfundantur benedictione: ut in nostris cordibus eam dilectionem validam infundant, per quam sanctus Martyr ill. omnia corporis tormenta devicit. Per. *El.*

Præfatio.

VD. Te semper in laude Martyrum honorare, & in præsenti festivitate sancti Martyris tui ill. te confitentes (2) gratias agere: cui dedisti cœlestis palmam triumphi, nobis eo suffragante emendationem ac veniam concede peccati, ut in te etiam exultemus in misericordia, in quo ille lætatur in gloria. Per Christum. *El. Goth. ex gg. infra in Greg.*

Post Commun.

Sumsimus, Dne, sancti ill. Martyris solemnitate cœlestia sacramenta: cuius suffragiis, quæsumus, largiaris, ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis consequamur. Per. *l. El. g g.*

Super populum.

Plebs tua, Dne, sancti Martyris tui ill. te glorificatione magnificet; & eodem semper precante te mereatur habere rectorem. Per. *El.*

Aliæ Orationes.

Sancti ill. Martyris tui, Dne, nos oratio sancta conciliet, quæ sacris virtutibus veneranda refulget. *El.*

[*Alia.*

Beati Martyris tui ill. nos, quæsumus Dne, precibus adiuvemur: & eius digne solemnia celebrantes tuo nomini fac semper esse devotos. *El.*

Alia.

Beati Martyris tui ill. nos, quæsumus Dne,

---

(1) San-Gallensis: *De beati ill. pretiosa passione, & solemnitate, quam præimus, nos refoveant &c.*

(2) S. Gall. *Confitentis gratias agere; & cui &c.*

Digitized by Google

Dne, patrociniis collatis non deseras: qui fragilitatem nostram & meritis tueatur & precibus.] *El.*

[*Item alia Missa.*

Concede, quæsumus omnipotens Deus! ut qui beati Martyris tui ill. solemnia colimus, cuius gaudemus natalitiis, instruamur exemplis. Per.

Super Obl.

Muneribus nostris, quæsumus Dne, precibusque susceptis, & cœlestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per. *l. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus: Tibi enim, Dne, festa solemnitas agitur, tibi dies sacrata celebratur, quam beati ill. Martyris sanguis, in veritatis tuæ testimonium profusus, magnifico nominis tui honore signavit, per Xpum. *l.*

Ad Comm.

Beati Martyris tui ill., Dne, suffragiis exoratus, percepta sacramenti tui virtute nos defende. Per.] *El.*

Item unde supra Missa Gregoriana.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui beati ill. Martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per. gg.

Secreta.

Oblatis, quæsumus Dne, placare muneribus: & intercedente beato ill. Martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus, & in præsenti festivitate sancti Martyris tui ill. tibi confitendo laudis hostias immolare, tuamque immensam pietatem implorare, ut sicut illi dedisti cœlestis palmam triumphi, sic eo suffragante nobis emendationem ac veniam concedas peccati: ut in te exultemus in misericordia, in quo ille lætatur in gloria. Per Xpm. El. gg. vid. supra.

Ad Comm.

Sumsimus, Dne, pignus redemtionis æternæ: sit nobis, quæsumus, intervenientе beato ill. Martyre tuo, vitæ præsentis auxilium pariter & futuræ. Per. l. gg.

Unde supra alia Missa ad Vesp. vel ad Vigil.

Da nobis, quæsumus Dne, beati Martyris tui ill. passione gloriari: ut eius semper & patrociniis confidamus, & fidem congrua devotione sectemur. Per. *l. g.*

Alia.

Beati Martyris tui ill. Dne, solemnia recensemus: ut eius auxilia tuo beneficia capiamus, pro quo tibi laudes offerimus. Per. *l.*

Alia in Vigilia.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut beati Martyris tui ill. natalitia sine cessatione venerantes, & fideli muniamur auxilio, & magnifico proficiamus exemplo. Per. *g. var.*

Alia.

Deus, qui sanctam nobis huius diei solemnitatem pro commemoratione beati Martyris tui ill. vel passione fecisti: adesto familiæ tuæ precibus, & da, ut cuius hodie festa celebramus, eius meritis & intercessionibus adiuvemur. Per. *Gotb.*

Alia.

Beati Martyris tui ill. quæsumus Dne, precibus adiuvemur: & eius digna solemnia celebrantes, tuo nomini fac nos semper esse devotos. Per. *El.*

In Baptisterio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut eius sine cessatione fruamur auxilio, cuius patrocinia te largiente adepti sumus. Per.

Alia.

Ut tibi, Dne, placere possimus, beati Martyris tui ill. precibus adiuvemur. Per.

Alia.

Exaudi, Dne, preces nostras; & beati Martyris ill. nos tuere ubique præsidio. Per. *l.*

Oratio.

Digitized by Google

Oratio ſuper populum. (1)

Propitiare, Dne, populo tuo, & quos in frequentatione beati Martyris tui ill. tribuis intereſſe, protectione perpetua ſemper facias eſſe ſecuros. Per.

Alia.

Beati Martyris tui ill. nos, quæſumus Dne, glorioſa merita perſequantur: quæ fragilitatem noſtram & precibus tueantur & meritis. Per. *l. var.*

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, propitius munera, quæ in beati Martyris tui ill. commemoratione deferimus: ut cuius honore ſunt grata, eius nobis fiant interceſſione perpetua. Per. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus: quia tibi feſta ſolemnitas agitur, tibi dies ſacrata celebratur, quam beati Martyris tui ill. ſanguis in veritatis tuæ teſtificatione profuſus, magnifico nominis tui honore ſignavit. Et ideo. *l. Goth. vid. ſupra.*

Ad Comm.

Sumſimus, Dne, in ſancti Martyris tui ill. ſolemnitate &c. *Supra &c. l. El. gg.*

Item alia Miſſa.

Oratio ſuper populum.

Beati Martyris tui ill. nos, quæſumus Dne, præclara comitetur oratio: & miſericordiam tuam nobis indeſinenter imploret. Per.

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui beati Martyris tui ill. natalitia colimus, interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per. *gg.*

Secreta.

Muneribus noſtris, quæſumus Dne, precibusque ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per. *l. g g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus: per cuius potentiam beatus Martyr tuus ill. tyrannicam acerbitatem timere neglexit, ſed ita paſſionis ſuæ certamina pro tuo nomine alacris ſuſcipere non dubitavit, ut dominicæ paſſionis per Unigeniti tui cruorem in ſui ſanguinis effuſione ſequipeda efficeretur: per quem maieſtatem.

Ad Comm.

Protegat nos, Dne, cum tui perceptione ſacramenti beatus Martyr tuus ill. intercedendo pro nobis, ut confeſſionis eius ſemper expiemur auxilio. Per.

In vigil. plurimorum Martyrum.

Beatorum Martyrum tuorum, Dne, ill. veneranda natalitia præeuntes, ſupplices te exoramus: ut quos cœleſti gloria ſublimaſti, ipſos etiam interceſſores habeamus. Per.

Secreta.

Suſcipe, Dne, preces & munera, quæ ut tuo digna ſint conſpectui, Sanctorum tuorum precibus adiuvemur. Per.

Ad Comm.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut ſanctorum Martyrum tuorum ill. interceſſionibus adiuvemur, pro quorum ſolemnitate lætamur. Per.

In Natl. plurimorum Martyrum.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per glorioſa bella certaminis ad immortalitatis triumphos Martyres extuliſti: da cordibus noſtris dignam pro eorum commemoratione lætitiam, ut quorum hic corpora pio amore amplectimur, eorum precibus adiuvemur. Per. *El. in quo:* ut quorum memoriam.

[*Alia.*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in Sanctorum tuorum cordibus flammam tuæ dilectionis accendis: da mentibus noſtris eandem fidei caritatisque virtutem, ut quorum gaudemus triumphis, proficiamus exemplis. Per. *El. Goth.*]

Secreta.

Salutari ſacrificio, Dne, populus tuus ſemper exultet: quo & debitus honor ſacris

(1) Oratio hæc *ſuper populum* ſtatim in principio Miſſæ præmiſſa hic, & deinceps Miſſam *Ambroſianam* deſignat, etſi a ſcriptore non notetur. *Vid. Diſquiſit. IV. p.* 400.

ſacris Martyribus exhibetur, & ſanctificationis tuæ munus adquiritur. Per. *l.g. El.*

(1) *Præfatio.*

VD. qui ſanctorum Martyrum tuorum certamina ad copioſam perducis victoriam, atque perpetuum largiris triumphum, ut in exemplum eccleſiæ tuæ per innumeroſa proficiant ſecula: præſta nobis per eorum, quorum feſta celebramus, interceſſionem tuæ pietatis æternum perfrui (S. Gall. *conſequi*) auxilium. Per. *El. var. & gg. infra.*

Poſt Comm.

Quæ pro Martyrum tuorum ill. beata paſſione peregimus, ipſorum nobis, quæſumus, fiant interceſſione ſalutaria, in quorum natalitiis ſunt exultanter impleta. Per. *El.*

Aliæ Orationes.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut ſanctorum Martyrum, quorum celebramus victoriam, participemus & præmiis. Per. *El.*

Alia.

Sanctorum Martyrum tuorum, quæſumus Dne, precibus adiuvemur: ut quod noſtra poſſibilitas non obtinet, eorum nobis, qui ante te iuſti inventi ſunt, oratione donetur. Per. *l. Goth.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos idoneos non eſſe perpendis ad maieſtatem tuam, ſicut dignum eſt, exorandum: da ſanctos Martyres ill. pro noſtris ſupplicare peccatis, quos digne poſſis audire. Per. *l. El.*

Alia.

Ad defenſionem fidelium, Dne quæſumus, dexteram tuæ maieſtatis extende: & ut perpetuæ pietatis tuæ protectione muniantur, interceſſio pro his non deſit Martyrum continuata ſanctorum. Per. *g. El.*

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus, fidelium lumen animarum, adeſto votivis ſolemnitatis hodiernæ, eccleſiæ tuæ gaudiis de beatorum Martyrum ill. glorioſa manifeſtatione conceptis, (&) benignus aſpira: ut & corda noſtra paſſione ſanctorum Martyrum igniantur, (2) & apud miſericordiam tuam eorum iuvemur meritis, quorum gaudemus exemplis. Per. *El.*

Unde ſupra alia Miſſa ex Gregoriano.

Deus, qui nos concedis ſcorum Martyrum tuorum ill. natalitia colere: da nobis

---

(1) In *San-Gallenſi* triplicis ritus habetur

Alia Secreta.

Plebis tuæ munera benignus intende, quæ maieſtati tuæ pro ſanctorum Martyrum ſolemnitate ſunt dedicanda. Per. *Præfatio.*

VD. & iuſtum eſt, prædicare paſſionem Sanctorum tuorum, ſupplicium diaboli, triumphum fidelium, lætitiam angelorum. Quis enim tantæ altitudinis poteſt enarrare myſteria, ubi de ſupplicio beatitudo naſcitur, de dedecore gloria procuratur, de morte vita perficitur? O magnam mirabilemque & inæſtimabilem victoriam! ubi interfici laus eſt, & interfeciſſe damnatio: magnum & ſacratiſſimum bellum! ubi alii occiduntur, & alii occidi videntur; cum percuſſore diabolus punitur, cum percuſſis Chriſtus exultat; ſatanas ſuos miniſtros ſecum in tormenta demergit, & Chriſtus Sanctos ſuos ad regna cœlorum perducit, ubi aſtant angeli dicentes Sc9, Sc9, Sc9.

Ad Commun.

Celebritatis annuæ vota, quæ pro Martyrum tuorum beata paſſione peragimus, ipſorum nobis, Dne quæſumus, fiant interceſſione ſalutaria, in quorum natalitiis ſunt exultanter impleta. Per. *El. ſupra.*

(2) i. e. *inflammentur.*

Digitized by Google

nobis in æterna lætitia de eorum ſocietate & interceſſione gaudere. Per. gg.

Secreta.

Munera noſtra, Dne, beatorum Martyrum tuorum ill. fiant tibi grata ſuffragiis: ut quod pro illorum gloria celebramus, ipſorum meritis nobis proſit ad veniam. Per. l.

Præfatio.

VD. æterne Deus: qui ſcorum Martyrum tuorum pia certamina ad copioſam perduxiſti victoriam, atque perpetuum eis largiris triumphum, ut eccleſiæ tuæ ſemper ſint in exemplum: præſta nobis, quæſumus, ut per eorum interceſſionem, quorum feſta celebramus, pietatis tuæ munera capiamus, per Xpum. gg. vid. etiam ſupra.

Ad Comm.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus! ut intervenientibus ſanctis Martyribus tuis ill. & tua in nobis dona multiplices, & tempora noſtra diſponas. Per. l.

Item Natl. plurimorum Sanctorum. (1)

Orat. ad Veſp vel ad Vigil. Ambroſ.

Protector fidelium Deus, & Sanctorum lumen animarum, ſupplicum tuorum preces dignanter exaudi: ut ſpiritalium virtutum amore flagrantes, beatiſſimorum Martyrum tuorum ill. conſortio copulemur. Per.

Alia.

Deus, qui Sanctis tuis copioſa fide pugnantibus ipſe certaminis gloriam tribuiſti: annue, quæſumus, ut eam in nobis ſuis patrociniis operentur, quam ſibi præſtitam per tuam gloriam didicerunt. Per.

Alia.

Deus vita & fortitudo iuſtorum! da nobis in tua gratia amare quæ recta ſunt: ut te cuſtode ſervati, ab omnibus vitæ huius ſæculi periculis libetemur. Per.

Alia.

Præſta, quæſumus, omnipotens Deus! ut non deſinant Sancti tui pro noſtris tibi ſupplicare peccatis, a quibus te voluiſti pro peccatoribus exorari. Per.

Alia.

Deus, qui per glorioſa bella certaminis ad immortales triumphos beatos Martyres tuos extuliſti: concede, quæſumus, ut eorum meritis protegamur, in quorum feſtivitate lætamur. Per. *Et ſupra.*

Alia.

Deus, qui ſanctorum Martyrum tuorum nobis interceſſione ſuccurris: da, quæſumus, ut eorum meritis exultemus, & patrocinio protegamur. Per.

Alia.

Lætificet nos, quæſumus Dne, beatiſſimorum Martyrum tuorum ill. glorioſa ſolemnitas: ut qui tibi placuerunt ſuis meritis, pro nobis implorent auxilium. Per.

Alia.

Miſericordiam tuam, quæſumus Dne, nobis clementer impende: & ſcorum Martyrum tuorum ill. nobis placare præſidiis. Per.

Alia.

Deus, qui Sanctis tuis coronam dediſti, & peccatoribus veniam non negaſti: omnes exaudi, & omnibus miſerere. Per.

Ad Miſſam Orat. ſuper populum.

Deus, qui gloriaris in concilio ſcorum Martyrum tuorum ill. reſpice ad preces humilitatis noſtræ: & quorum ſolemnia celebramus, eorum precibus adiuvari mereamur. Per.

Alia.

Deus, qui nos in Sanctorum ſolemnitate lætificas, & imitatione excitas ad profectum: tribue, quæſumus, ut quos veneramur meritis Martyrum tuorum, piæ converſationis ſequamur exemplis. Per. *l.*

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, & ſanctifica hoc ſacrificium populi tui: ut quod in honore beatiſſimorum Martyrum tuorum ill. offertur ad gloriam, nobis proſit ad veniam. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus: quia te benedicunt omnes Sancti tui, teque collaudant, qui (l. *quor*) magnum illud Unigeniti tui nomen, quod eſt ſuper omne nomen, coram principibus & poteſtatibus voce libera confitentes, prætioſum tibi ſanguinem glorioſa morte fundere feciſti. Et ideo.

Ad Comm.

Salutaris tui, Dne, munere ſatiati, ſupplices exora-

(1) Nempe Martyrum, ut ex orationibus aliisque patet.

Digitized by Google

exoramus: ut ſicut in ſcorum Martyrum tuorum ill. lætamur guſtu, renovemur effectu, Per. *l.*

Item alia Miſſa Ambroſiana.

Orat. ſuper populum.

Omnium virtutum Deus, bonorumque largitor! da, quæſumus, ut beatiſſimorum Martyrum tuorum ill. ſemper nobis ſint & honoranda ſolemnia, & deliderata præſidia. Per. *l.*

Alia.

Deus, qui nos concedis ſcorum Martyrum tuorum ill. natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per. *gg.*

Secreta.

Munera tibi, Dne, noſtræ devotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis ſalutaria, te miſerante, reddantur. Per. *gg.*

Præfatio.

VD. Per Xpm D. N. cuius pretioſus ſanguis non ſolum pro noſtræ captivitatis redemtione effuſus eſt, ſed etiam Martyres ſuos in ſui teſtimonii victoria imitatores efficere dignatus eſt. Tu namque, omnipotens Deus! eisdem Martyribus fidei tuæ conſtantiam, ut hoſtem antiquum vincerent, contuliſti. Et nos quoque famulos tuos ope miſericordiæ tuæ condonatos, Martyrum tuorum ill. quorum hodie lætamur triumphis, conſortes efficias, per eundem Xpm Dnm nrm.

Ad Comm.

Da, quæſumus Dne Deus noſter! ut ſicut in tuorum commemoratione Sanctorum temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu. Per. *gg.*

In Baſilicis Martyrum.

Indulgentiam nobis, Dne quæſumus, ſancti ill. poſtulet tibi grata precatio. Per.

Super Oblata.

Sacrificium, Dne, quod deſideranter offerimus, gratum tibi beatus ill. ſuffragator exhibeat. Per.

Præfatio.

VD. Quia dum beati ill. merita glorioſa veneramur, auxilium nobis tuæ propitiationis adquirimus, non deſperamus de veniæ largitate, quam per eos, qui tibi placuere, depoſcimus. Per Xpm.

Poſt Comm.

Beati ill. Martyris, Dne, ſuffragiis exoratus percepta ſacramenti tui nos virtute defende. Per.

Miſſa in Eccleſia cuiuslibet ſancti Martyris vel Confeſſoris.

Propitiare, Dne quæſumus, nobis famulis tuis per huius ſancti Martyris vel Confeſſoris tui ill. qui in præſenti requieſcit eccleſia, merita glorioſa, ut eius interceſſione ab omnibus protegamur adverſis. Per. *Alia.*

Da æterne conſolationis Pater! per huius ſancti Martyris vel Confeſſoris tui ill. preces populo tuo pacem & ſalutem: ut tuis tota dilectione inhæreant præceptis, & quæ tibi placita ſunt, tota perficiant voluntate. Per.

Secreta.

Suſcipiat clementia tua, Dne quæſumus, de manibus noſtris munus oblatum: & per huius ſancti Martyris vel Confeſſoris tui ill. orationes ab omnibus nos emundet peccatis. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus: pia devotione tuam laudantes clementiam, qui huic ſancto Martyri vel Confeſſori tuo ill. talem contuliſti gloriam, ut pro tui nominis amore tota deſpiceret terrena, & amaret cœleſtia: unde & pro eius veneratione, in loco Reliquiarum illius, hæc ſacramenta ſalutis noſtræ tuæ offerimus maieſtati, ut tanto pro nobis intercedente patrono, dextera potentiæ tuæ nos ubique protegat & regat, per Xpm.

Ad Comm.

Divina, Dne, libantes myſteria, quæ pro huius ſancti Martyris vel Confeſſoris tui ill. veneratione tuæ obtulimus maieſtati, præſta quæſumus, ut per ea veniam mereamur peccatorum, & cœleſtis gratiæ donis reficiamur. Per.

In Vigilia unius Confeſſoris.

Exaudi, Dne, preces noſtras, quas in ſci ill. Confeſſoris tui ſolemnitate deferimus: & qui digne tibi meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolve peccatis. Per. g. gg.

Secreta.

Sancti Confeſſoris tui, Dne quæſumus, annua

Digitized by Google

annua ſolemnitas pietati tuæ reddat acceptos: ut per hæc piæ oblationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per. g. gg.

Ad Comm.

Repleti, Dne, benedictione cœleſti, quæſumus clementiam tuam: ut intercedente beato ill. Confeſſore tuo, quæ humiliter gerimus, ſalubriter capiamus. Per. l. gg.

In Natl. unius Confeſſoris.

Adeſto, Dne, precibus noſtris, quas in ſancti Confeſſoris tui ill. commemoratione deferimus: ut qui noſtræ iuſtitiæ fiduciam non habemus, eius, qui tibi placuit, precibus adiuvemur. Per. *l. El. gg.*

Alia.

Sancti Confeſſoris tui ill. nos, quæſumus Domine, tuere præſidiis; ut eius (1) ſemper interceſſionibus adiuvemur. Per. *El.*

Secreta.

Propitiare, Domine quæſumus, ſupplicationibus noſtris, & interveniente pro nobis ſancto ill. Confeſſore tuo, his ſacramentis cœleſtibus ſervientes ab omni culpa liberos eſſe concede: ut purificante nos gratia tua his, quibus famulamur, myſteriis emundemur. Per. *El.*

[*Præfatio.*

VD. æterne Deus: qui in omnium Sanctorum tuorum perfectione es laude colendus, qui hunc diem beati Confeſſoris tui ill. tranſitu ſacro conſecraſti. Da eccleſiæ tuæ, quæſumus, de tanto gaudere patrono, & illam ſequi devotionem doctrinæ, qua dilectus tuus tibi greges pane eruditionis pavit, ut adiuvari nos apud miſericordiam tuam & exemplis eius ſentiamus & meritis; per Xpm. *El.*]

Poſt Comm.

Ut nobis, Domine, tua ſacrificia dent ſalutem, beatus Confeſſor tuus ill. quæſumus, precator accedat. Per. *El. gg.*

Aliæ Orationes.

Miſericordiam tuam, Domine, nobis, quæſumus, interveniente beato confeſſore ill. clementer impende: & nobis peccatoribus ipſius propitiare ſuffragiis. Per. *El.*

[*Alia.*

Omnipotens ſempiterne Deus, cui cuncta famulantur elementa: intercedente pro nobis beato Confeſſore tuo ill. exaudi propitius orationem noſtram, & tribue nobis miſericordiam tuam, ut quæcumque præcipis ut agamus, ipſo adiuvante implere poſſimus. Per. *El. Gall.*

Alia.

Sancti Confeſſoris tui ill., Dne, tribue nos foveri ſupplicationibus; ut cuius depoſitionem annuo celebramus obſequio, eius apud te interceſſionibus & meritis commendemur. Per. *El. Gall.*]

Alia.

Interceſſio nos, quæſumus Dne, beati ill. Confeſſoris tui atque Pontificis ſancta commendet: ut quod meritis noſtris non valemus, eius patrociniis conſequamur. Per.

Item unde ſupra Miſſa ex Gregoriano.

Da, quæſumus omnipotens Deus, ut beati ill. Confeſſoris tui veneranda ſolemnitas & devotionem nobis augeat & ſalutem. Per. l. gg.

(1) San-Gall. *ut cuius ſolemnia celebramus, eius ſemper &c.*

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, pro commemoratione ſci ill. Confeſſoris tui offerimus, ſuppliciter deprecantes: ut ſicut illi præbuiſti ſacræ fidei largitatem, ſic nobis largiaris & pacem. Per. g. vid. infra Ambroſ.

Præfatio.

VD. æterne Deus. Et te in Sanctorum tuorum virtute laudare, quibus pro meritis ſuis beatitudinis præmia contuliſti: quoniam in manu tua ſunt ſemper, & non tanget illos tormentum mortis, quos te cuſtodiente beatitudinis ſinus intercludit; ubi etiam perpetua ſemper exultatione lætantur, ubi etiam beatus ſummus (forte leg. beatiſſimus) *Confeſſor tuus ill. ſociatus exultat. Petimus ergo, ut memor ſit miſeriarum noſtrarum, & de tua miſericordia nobis impetret beatitudinis ſuæ conſortium, per Xpm.* El. gg.

Ad Comm.

Aures tuæ pietatis, quæſumus Dne, precibus noſtris inclina: ut qui peccatorum noſtrorum flagellis percutimur, intercedente beato ill. Confeſſore tuo, tua gratia liberemur. Per. El.

Orationes & preces in Nat. Confeſſorum

Ambroſ.

Beatus Sacerdos & Confeſſor tuus ill. quæſumus Dne, ſua nos interceſſione apud te commendet: ut tibi placito fulti ſuffragio, quam precamur, indulgentiam peccatorum conſequi mereamur. Per.

Alia.

Adeſto, Dne, precibus noſtris, quas &c. *Ut ſupra.*

Alia.

Concede, quæſumus Dne, beati Sacerdotis & Confeſſoris tui ill. nos deprecatione muniri: ut & temporaliter his patrociniis foveamur, & ſpiritaliter præparemur æternis. Per.

Alia.

Da, quæſumus omnipotens Deus. *Ut ſupra.*

Alia in Vigil.

Beatus Sacerdos & Confeſſor tuus ill. quæſumus Dne, ſua nos interceſſione lætificet, & pie faciat in ſua ſolemnitate gaudere. Per. g.

Secreta.

Propitiare, Dne quæſumus. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus: qui glorificaris in confeſſioni beati Sacerdotis & Confeſſoris tui ill. & non ſolum excellentioribus præmiis merita glorioſa proſequeris, ſed ſacrum miniſterium competentibus ſervitiis exſequentem, gaudium Dni ſui tribuis benignus intrare: ut qui in modico vitæ præſentis excurſu fidelis appaſuit, ſupra multa bona in manſura beatitudine diſponatur, per Xpm Dnm nrm.

Ad Comm.

Quæſumus, omnipotens Deus! ut cuius nos tribuis communicare memoria, eius facias ſemper eſſe ſectatores. Per.

Item alia Miſſa.

Libera, quæſumus Dne, a peccatis & hoſtibus tibi populum ſupplicantem; ut in beati Sacerdotis & Confeſſoris tui ill. doctrinis viventes, nullis affligantur adverſis. Per. *l.*

Alia.

Exaudi, Dne, preces noſtras, quas in ſci Confeſſoris tui ill. commemoratione deferimus, in conſpectu tuo, (*ut*) qui tibi digne meruit famulari, clarus ſemper exiſtens, ſupplicationem noſtram adiuvet, quod ipſe præſtare digneris, qui cum Patre. *gg. var. ſupra.*

Alia.

Beatus Sacerdos & Confeſſor tuus ill. *Ut ſupra.*

Alia.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus! ut qui beati Sacerdotis & Confeſſoris tui ill. ſolemnia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuvemur. Per. *gg.*

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, pro commemoratione beati Sacerdotis & Confeſſoris tui ill. offerimus, ſuppliciter deprecantes: ut ſicut illi præbuiſti ſacræ fidei claritatem, ſic nobis indulgentiam largiaris & pacem. Per. *g. Vid. ſupra Gregor.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. verum æternumque pontificem, & ſolum ſine peccati macula ſacerdotem, cuius ſanguine omnium fidelium corda mundantur: placationis tibi hoſtias non ſolum pro delictis populi, ſed etiam pro noſtris offenſionibus immolamus; ut omne peccatum, quod carnis fragilitate contrahitur, ſummo pro nobis antiſtite interpellante ſolvatur: per quem maieſtatem tuam laudant angeli. *gg.*

Ad

Digitized by Google

Ad Comm.

Deus, fidelium remunerator animarum! præſta: ut & per ſancta, quæ ſumſimus, & beati Sacerdotis & Confeſſoris tui ill. cuius venerandam celebramus feſtivitatem, precibus indulgentiam conſequamur. Per. (1)

[*In Natl. plurimorum Confeſſorum.*

Adiuva nos, Dne, tuorum deprecatione Sanctorum: ut quorum feſta gerimus, ſentiamus auxilium. Per. *l.*

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, pro Sanctorum tuorum commemoratione ſupplices deferimus, humiliter deprecantes, ut indulgentiam nobis pariter conferant & ſalutem. Per. *l. g.*

Ad Comm.

Paſce nos, Dne, tuorum gaudiis ubique Sanctorum: quia & noſtræ ſalutis augmenta ſunt, quotiens illis honor impenditur, in quibus tu mirabilis prædicaris. Per. *El.*

Alia Miſſa.

Proſint nobis, Dne quæſumus, tuorum ſuffragia collata Sanctorum: ut quæ nos non poſſumus noſtris orationibus obtinere, placentium tibi precibus aſſequamur. Per. *l.*

Secreta.

Offerimus, Dne, preces & munera in honore Sanctorum tuorum gaudentes: præſta, quæſumus, ut convenienter hæc agere, & remedium ſempiternum aſſequi valeamus. Per.

Ad Comm.

Adſit nobis, Dne quæſumus, deprecatio ſancta Iuſtorum: quæ nos, a terrenis affectibus inceſſabiliter expeditos, cœleſtia deſiderare perficiat. Per. *A. Goth.*]

Item unde ſupra alia Miſſa ex Gregoriano.

Deus, qui nos ſanctorum tuorum ill. confeſſionibus glorioſis circumdas & protegis: da nobis & eorum imitatione proficere, & interceſſione gaudere. Per. gg.

Secreta.

Suſcipe, Dne, preces & munera: quæ ut tua ſint digna conſpectui, Sanctorum tuorum precibus adiuvemur. Per. gg.

Ad Comm.

Corporis ſacri & pretioſi ſanguinis repleti libamine quæſumus, Dne Deus noſter: ut quod pia devotione gerimus, certa redemtione capiamus, Per. l. gg. (2)

In Natl. Virginum.

Deus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in ſexu fragili virtutem martyrii contuliſti: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, per eius exempla ad te gradiamur. Per. *El. gg.*

[*Alia.*

Deus, qui nos hodie beatæ & ſanctæ ill. Virginis Martyrisque annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, ut eius adiuvemur meritis, cuius caſtitatis irradiamur exemplis. Per. *El.*

Alia.

Indulgentiam nobis, Dne, beata ill. Martyr imploret; quæ tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis. Per. *El. gg.*]

Secreta.

(1) Vigilia plurium Confeſſorum, quæ habetur in *Eligiano*, in noſtris codicibus, excepto *Solodorenſi*, haud reperitur. In *Rhenaugienſi* ipſum quoque Natl. plur. Confeſſorum deeſt.

(2) Omittitur hic in codicibus noſtris vigilia Virginum, cuius Miſſam exhibet *Eligianum*, & *Solodorenſe*.

Digitized by Google

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, beatæ ill. Martyris tuæ dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium. Per. *l.*

[*Alia.*

Accipe, Dne, munera, quæ in beatæ Martyris tuæ ill. ſolemnitate deferimus: quia ad tua præconia recurrit & laudem, quod vel talis orta eſt, vel talis aſſumta. Per. *g.*

Præfatio.

VD. Maxime hodie in beatæ & ſacratiſſimæ Virginis Martyrisque tuæ ill. feſtivitate laudare, & benedicere, per Chriſtum Dnm nrm: pro cuius ardore iſta & omnes ſanctæ Virgines a beata Maria exemplum virginitatis accipientes, præſentis ſæculi voluptates omnes ac delicias neglexerunt, ut ipſum Filium tuum inviolabilem ſponſum cum ornatis lampadibus & obviantes meruiſſent habere. In cuius regni gloria cum coronis virginitatis & palmis florentibus ſicut ſol ſine fine fulgebunt. Per quem maieſtatem. *El. interpolat.*]

Poſt Comm.

Adiuvent nos, quæſumus Dne, & hæc myſteria ſancta, quæ ſumſimus: (&) beatæ ill. interceſſio veneranda. Per. *El.*

[*Alia.*

Sic nos, Dne, gratia tua quæſumus, ſemper exerceat: ut & divinis inſtauret noſtra corda myſteriis, & ſcæ Martyris tuæ ill. commemoratione lætificet. Per.]

Aliæ Orationes.

Deus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in fragili ſexu victoriam caſtitatis & martyrii contuliſti: da quæſumus, ut beatæ & ſanctæ Virginis Martyrisque tuæ ill. adiuvemur meritis, cuius beatitudinis inradiamur exemplis. Per. *El. Vat.*

[*Alia.*

Adſit plebi tuæ, omnipotens Deus, beatæ Martyris tuæ ill. veneranda feſtivitas: ut cuius gaudet honore, protegatur auxilio. Per.]

Unde ſupra alia Miſſa ex Gregor.

Deus, qui nos beatæ ill. Martyris tuæ annua ſolemnitate &c. ſupra. El.

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, beatæ &c. Ut ſupra.

Ad Comm.

Adiuvent nos, quæſumus Dne, hæc ſancta myſteria quæ ſumſimus: & beatæ ill. Martyris tuæ interceſſio veneranda ad manſiones perducat æthereas. Per.

Orationes & preces in Natl. Virginum. Ambroſianæ.

Deus, qui nos hodie beatæ & ſanctæ &c. *Ut ſupra.*

Alia.

Deus, qui inter cætera &c. *Ut mox ſupra.*

Alia.

Deus, qui nos per beatam Martyrem tuam ill. ad cognitionem tui nominis venire tribuiſti: da nobis per gloriam paſſionis, ſempiternam tuam gratiam amplecti, & proficiendo eius ſolemnitatem celebrare. Per.

Alia.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut beata Martyr tua ill. nos orationibus ſuis apud te commendet, & inceſſabiliter contra adverſarias poteſtates defendat. Per.

Alia.

Foveat nos, quæſumus Dne, beata Virgo & Martyr tua ill. in ſua iucunda ſolemnitate: & pietati tuæ commendare non deſinat. Per.

Secreta.

Muneribus noſtris, quæſumus Dne, ſanctæ ill. interceſſione gratiam tuæ placationis interſere: ut & collata nobis remedia tuearis, & conferenda perficias. Per.

Præ-

Digitized by Google

Præfatio.

VD. æterne Deus: quia per te conſtantiam fides, per te virtutem ſumit infirmitas, & quidquid in perſecutionibus ſævum eſt, quidquid in morte terribile, nominis tui facis confeſſione ſuperari. Unde benedicimus te, Dne, in operibus tuis, & in beatæ Martyris tuæ ill. provectione laudamus, per Xpm.

Ad Comm.

Quæſumus Dne, ut beatæ Martyris tuæ ill. deprecationibus ſacramenta ſancta, quæ ſumſimus, ad tuæ nobis proficiant placationis augmentum. Per.

Item alia Miſſa. Oratio ſuper populum.

Deus, qui nos hodie beatæ & ſanctæ ill. &c. *Ut ſupra.*

Alia.

Beata Martyr tua ill. nobis, quæſumus Dne, in ſuo natalitio fideli munere ſuffragetur: & quæ tibi placuit ſui martyrii certamine, a te nobis iugiter, quæ tuis Electis olim promiſiſti, imploret reddi beneficia. Per.

Secreta.

Annue, quæſumus omnipotens Deus! ut hæc ſacrificia populi tui, quæ tibi offerimus, interveniente ſuffragio beatæ Virginis & Martyris tuæ ill. donis cœleſtibus propitiatus immiſceas. Per.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrm: pro cuius amore & ſuæ continentiæ puritate beata Martyr tua ill. reſpuit divitias ſæculares, & dignitatem viri mortalis, ut in cœleſtibus conſequeretur præmia caſtitatis, ubi in perpetuo fructus permanet virginalis. Lampades denique ardentes ipſas Virgines demonſtrant, quarum ſpiritus ſemper ad te Deum vigilat Patrem omnipotentem, & Dnm Ieſum Xpm Filium tuum: cui venienti obviam eccleſiæ in choro innumerabilium virginum hymnum divinis laudibus decantant, dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus &c.

Ad Comm.

Gratia tua, quæſumus Dne, nos ſemper exerceat: ut & divinis inſtauret corda noſtra myſteriis, & ſcæ Martyris tuæ ill. commemoratione lætificet. Per. *Supra.*

In Natl. plurimorum Sanctorum.

Præſta, Domine quæſumus, ut ſicut Sanctorum tuorum nos natalitia celebranda non deſerunt: ita iugiter ſuffragiis comitentur. Per. *l. g. El.*

Alia.

Sancti tui, quæſumus Domine, iugiter nobis a te & veniam poſtulent & profectum. Per. *El.*

Secreta.

Munera plebis tuæ, Domine quæſumus, beatorum ſanctorumque tuorum ill. fiant grata ſuffragiis: & pro quorum triumphis tui nominis (l. *tuo nomini*) offeruntur, ipſorum digna perficiantur & meritis. Per. *l. El.*

Præfatio.

VD. Et te in tuorum honore ſanctorum ill. glorificare, qui & illis pro certaminis conſtantia beatitudinem tribuiſti ſempiternam, & infirmitati noſtræ talia præſtitiſti ſuffragia, quæ pro eorum meritis poſſis audire dignanter. Per Xpm. *El.*

Poſt Comm.

Et natalitiis Sanctorum, Dne, & ſacramenti munere vegetati, quæſumus: ut bonis, quibus perpetuam (l. *per tuam*) gratiam nunc fovemur, perfruamur æternis. Per. *l. g. El.*

[*Aliæ Orationes.*

Adeſto Dne populo tuo, cum Sanctorum patrocinio ſupplicanti: ut quod propria fiducia non præſumit, ſuffragantium meritis conſequatur. Per. *g. El.*

Alia.

Magnificantes, Dne, clementiam tuam ſuppliciter exoramus: ut qui nos Sanctorum tuorum frequentibus facis natalitiis intereſſe, perpetuis tribuas gaudere conſortiis. Per. *l. g. El.*

Alia.

Da nobis, omnipotens Deus, in Sanctorum tuorum te ſemper commemoratione

Digitized by Google

tione laudare: quia refovere curabis, quos in honore tuo perſeverare concedis. Per. *g. El.*

Alia.

Sanctorum tuorum ill. ſuffragiis imploramus: ut a cunctis, Dne, liberemur offenſis. Per. *El.*

Alia.

Exaudi nos, omnipotens & miſericors Deus: & Sanctorum tuorum nos ubique tuere præſidiis. Per. *El.*]

Alia.

Tribue, quæſumus Dne, Sanctos tuos iugiter orare pro nobis, & ſemper clementer audiri. Per. *l. El.*

Orationes in ipſa Dedicatione templi, quando elevantur Reliquiæ. (1)

Aufer a nobis, quæſumus Dne, iniquitates noſtras, ut ad ſancta ſanctorum puris mereamur mentibus introire. Per. *l. El. gg.*

Oratio in introitu eccleſiæ.

Domum tuam, Dne quæſumus, clementer ingredere, & in tuorum tibi corde fidelium perpetuam conſtitue manſionem: ut cuius ædificatione ſubſiſtit, huius fiat habitatione præclara. Per. *El. gg.*

Oratio poſt velatum altare.

Deſcendat, quæſumus Dne Deus noſter, Spiritus ſanctus tuus ſuper hoc altare: qui & populi tui dona ſanctificet, & ſumentium corda dignanter emundet, per Dnm. in unit. eiusdem. *El. gg.*

Oratio ad Miſſam.

Deus, qui inviſibiliter omnia contines, & tamen pro ſalute generis humani ſigna tuæ potentiæ mirabiliter oſtendis: templum hoc potentia tuæ inhabitationis illuſtra, ut omnes, qui huc deprecaturi conveniunt, ex quacumque tribulatione ad te clamaverint, conſolationis tuæ beneficia conſequantur. Per. *El. gg.*

Alia.

Deus, qui ſacrandorum tibi auctor es munerum, effunde ſuper hanc orationis domum benedictionem tuam: ut ab omnibus invocantibus nomen tuum defenſionis tuæ auxilium ſentiatur. Per. *g. gg.*

Item alia, quando Reliquiæ conduntur.

Deus, qui ex omni coaptatione Sanctorum æternum tibi condis habitaculum: da ædificationis tuæ incrementa cœleſtia, ut quorum hic Reliquias pio amore complectimur, eorum ſemper meritis adiuvemur. Per. *g. El. gg.*

Secreta.

Omnipotens ſempiterne Deus! altare nomini tuo dicatum cœleſtis virtutis benedictione ſanctifica: ut omnibus in te ſperantibus auxilii tui munus oſtendas, & hic ſacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per. *El. gg.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. Per quem te ſupplices deprecamur, ut altare hoc ſanctis uſibus præparatum cœleſti dedicatione ſanctifices: ut ſicut Melchiſedech ſacerdotis præcipui oblationem dignatione mirabili ſuſcepiſti, ita impoſita novo huic altari munera ſemper acceptabilia habere digneris: ut populus, qui in hanc eccleſiæ domum ſanctam convenit, per hæc liba-

---

(1) Hæc eadem fere habentur in *Eligiano* & *Gelaſiano* edito apud THOMASIUM T. VI. p. 107. ſeq. ubi tamen ipſius etiam dedicationis ritus ſimul continetur, qui in hoc *San-Gallenſi* deeſt.

Digitized by Google

libamina cœlesti sanctificatione salvatus, animarum quoque suarum salutem perpetuam consequatur; & ideo. *g. El. gg.*

Ad Comm.

Quæsumus, omnipotens Deus: ut hoc in loco, quem nomini tuo indigni dedicavimus, cunctis petentibus aures tuæ pietatis accommodes. Per. *El. gg.*

Alia Missa.

Quæsumus, omnipotens Deus: ut hoc in loco, qui nomini tuo dedicatus est &c. *Ut mox.*

Secreta.

Præsta, quæsumus Dne, ut munera, quæ sacris inferuntur altaribus, devotis mentibus ad remedium animarum præparentur. Per.

Ad Comm.

Omnipotens sempiterne Deus! effunde super hunc locum gratiam tuam: & omnibus invocantibus te auxilii tui munus ostende. Per. *g. var.*

Orationes & preces in Dedicatione Ecclesiæ. Ambros.

Magnificare, Dne Deus noster, in hoc templo nomini tuo ædificato, & ita benignus appare, ut & peccata populi deleas, & eorum vota clementer assumas. Per. *g. var.*

Alia.

Deus, qui ad honorem nominis tui templi fabricam construere voluisti; præsta quæsumus, ut in hoc orationis domicilio congregatos pietatem tuam precantes cunctos exaudias, vota suscipias, & præmia largiaris. Per.

Alia.

Veniat, quæsumus Dne, super hanc orationis domum claritas misericordiæ tuæ: ut ab omnibus hic invocantibus nomen tuum, protectionis tuæ auxilium sentiatur. Per. *g. var.*

Alia.

Domum tuam, quæsumus Dne, continuis auge subsidiis: eamque de lapidibus vivis, id est, fidelibus tuis ita semper ædifica, ut eam in perpetuum possidere digneris. Per.

Alia.

Deus, qui de vivis atque electis lapidibus æternum nomini tuo condis habitaculum: da ædificationi huic incrementa iustitiæ; ut ab omnibus hic invocantibus nomen tuum protectionis tuæ auxilium sentiatur. Per.

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus! qui in omni loco dominationis tuæ totus assistis, & totus operaris: adesto supplicationibus nostris, & huius domus, cuius es fundator, esto protector: nulla hic nequitia contrariæ potestatis obsistat, sed virtute Spiritus sancti operante fiat hic tibi semper purum servitium, & devota libertas. Per.

Super Oblata.

Deus, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, ad sanctificationem loci huius propitius adesse dignare: ut qui hæc in tui nominis honore condiderunt, protectorem te in omnibus habere mereantur. Per. *g.*

Alia Secreta.

Omnipotens sempiterne Deus! qui legalium differentias hostiarum in unius huius sacrificii perfectione sanxisti: respice propitius de throno gloriæ tuæ, & super hoc altare benedictionis tuæ munus effunde; ut in eo sic temporales hostiæ consecrentur, ut perpetuæ vitæ sumentibus procurent substantiam. Per. *g.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. qui eminentiam potestatis acceptæ ecclesiæ tradidit, quam pro honore percepto & reginam constituit & sponsam; cuius sublimitati universa subiecit, ad cuius iudicium consentire iussit e cœlo. Hæc est mater omnium viventium, filiorum numero facta sublimior, quæ per Spiritum sanctum cottidie Deo filios procreat, cuius palmitibus mundus omnis impletus est, quæ propagines suas ligno baiulante suspensas erigit ad regna cœlorum. Hæc est civitas illa sublimis, iugo montis erecta, perspicua cunctis & omnibus clara, cuius conditor & inhabitator est idem Dnus noster Iesus Xpus Filius tuus, quem una tecum.

Alia Præfatio.

VD. æterne Deus: qui cum ubique sis totus, & universa tua maiestate contineas, sacrari tamen tibi loca tuis mysteriis apta voluisti: ut ipsæ domus orationum supplicum mentes ad invocationem tui nominis incitarent, per Xpm. *g. El.*

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem famulorum tuorum, quam tibi offerunt ob hanc dedicandam ecclesiam, quæsumus Dne, ut placatus accipias, nostrasque

Digitized by Google

preces dignanter exaudias: ut ſint oculi tui aperti ſuper domum iſtam die ac nocte, templumque hoc in honore Sanctorum tuorum ſacris myſteriis inſtitutum clementiſſimus dedica, miſerator illuſtra, propitio ſplendore clarifica, cunctamque familiam tuam ad aulæ huius ſuffragia concurrentem benignus exaudi; eiusque conditorum omnia deſideria cordis complacita tibi pius adimple, votisque reſponde, augmenta eis annos vitæ & temporum felicitatem, ut eis per ſpatia longæva viventibus melioribus ornamentis ſtudio eorum locus iſte refulgeat. Diesque noſtros *g.*

Poſt Comm.

Benedictionis tuæ, quæſumus Dne, plebs tibi ſacra fructus reportet & gaudium: ut quod in huius feſtivitatis die corporali ſervitio exhibuit, ſpiritaliter ſe retuliſſe cognoſcat. Per.

Alia.

Copioſa beneficia, quæſumus Dne, chriſtianus populus aſſequatur: ut qui in honore Sanctorum ſacrandis tibi liminibus devotus occurrit, & præſentis vitæ ſubſidia accipiat, & gratiam ſempiternæ redemtionis inveniat. Per. *g. El.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Deus, qui loca nomini tuo dicata ſanctificas: effunde ſuper hanc orationis domum gratiam tuam; ut ab omnibus hic te invocantibus auxilium tuæ miſericordiæ ſentiatur. Per. *g. El.*

Alia.

Populum tuum, Dne, propitius intuere: & in templo nomini tuo ædificato tuam pietatem invocantes miſerationis tuæ potiantur auxilio. Per.

Secreta.

Quæ in hoc altari propoſita, Dne, oculis tuæ maieſtatis offerimus, ſancti tui ill. quæſumus, ſupplicationibus propitiatus aſſume. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus: qui hanc eccleſiam nomini tuo dicatam annua feſtivitate illuſtras, atque myſticis ornatam virtutibus de terris mittis ad cœlum. Hæc eſt enim, Dne, mater viventium, vita & ſalus omnium in te credentium. Hæc eſt ſponſa agni tui, mirabili ipſius illuſtrata decore, pro qua, clementiſſime Pater! Unigenitus tuus crucem pertulit, & adverſarium vicit: unde & a dexteris tuis in cœleſtibus conſtituta, ac ſuorum civium decorata virtute, maieſtatem tuam trina voce interpellare non ceſſant: quam laudant.

Infra Actionem.

Has igitur oblationes famulorum tuorum, quas tibi in huius templi ſanctificatione offerunt immolandas, quæſumus Dne, dignanter intende: ut aulam, quæ beati Martyris tui ill. meritis æquiparari non potuit, tuæ claritatis vultus illuſtret; fiatque tua propitiatione tuis ſacroſanctis digna myſteriis: ſit æternæ lucis fiducia habitaculum temporale: nihil hic mundanæ ſordes, obſcuritatesque poſſideant, ut veniens hic populus tuus ſuæ conſequatur orationis effectum, dignumque locum hunc tuæ ſentiat maieſtati, dum a te poſtulata fuerit conſecutus: ſitque ædificantibus in pretio delictorum, dum a te non pro ſui operis quantitate, ſed pro offerentium fuerit devotione ſuſcepta. Diesque noſtros.

Ad Commun.

Sanctorum tuorum, Dne, precibus confidentes, quæſumus, ut per ea, quæ ſumſimus, æterna remedia capiamus. Per. *l. g. El.*

Alia.

Deus, qui eccleſiam tuam ſponſam vocare dignatus es, ut, quæ habet gratiam per fidei devotionem, haberet etiam ex nomine pietatem: da, ut omnis hæc plebs, nomini tuo ſerviens, huius vocabuli conſortio digna eſſe mereatur, & eccleſia tua in templo, cuius natalis eſt hodie, tibi collecta te timeat, te diligat, te ſequatur: & dum iugiter per veſtigia tua graditur, ad cœleſtia promiſſa te ducente pervenire mereatur. Per. *El. gg.*

In Dedicatione Baſilicæ anniverſaria.

Deus, qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui conſecrationis reparas diem, & ſacris ſemper myſteriis repræſentas incolumes: exaudi preces populi tui, & præſta, ut ſi quis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lætetur. Per. *El. gg.*

Super Obl.

Annuæ feſtivitatis cultum Domino Deo noſtro, fratres dilectiſſimi! ſumma noſtrarum precum ſupplicatione poſcimus: ut quicumque intra templi huius, cuius natale eſt hodie, ambitum continemur, plena illic atque perfecta corporis & animæ devotione placeamus: ut dum hæc præſentia vota reddimus, ad æterna præmia venire mereamur. Per. *gg. var. Vid. infra.* Con-

Digitized by Google

Conteſtatio.

VD. Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus! pro annua dedicatione tabernaculi huius honorem tibi (&) gratias referre, per Chriſtum Dnm, cuius virtus magna, pietas copioſa. Reſpice, quæſumus, de cœlo, & vide, & viſita domum iſtam, ut ſi quis in ea nomini tuo ſupplicaverit, libenter exaudias, & ſatisfacientibus clementer ignoſcas. Hic tibi Sacerdotes tui ſacrificium laudis offerant, hic fidelibus populis (Gall. *fidelis populus*) vota perſolvat, hic peccatorum onera deponantur, hic fides ſancta ſtabilitetur. Hic ipſe inter bonum malumque diſcernens, cum cauſam interpellatus iudicaveris, quam non ignoras, hic (l. *binc*) pietas abſoluta redeat, hinc iniquitas emendata diſcedat. Inveniat apud te, Domine, locum veniæ, quicumque ſatisfaciens confugerit, & ſerio dolore victus altaria tua rivis ſuarum laverit lacrymarum. Hic ſi quando populus tuus triſtis mœſtusque convenerit, adquieſce rogari, & rogatus indulge. Per. *Gall.*

Poſt Comm.

Deus, qui eccleſiam tuam ſponſam vocare dignatus es, & quæ haberet gratiam per fidei devotionem, haberet etiam ex nomine pietatem: da, ut omnis hæc plebs nomini tuo ſerviens huius vocabuli conſortio dignatus (*digna*) eſſe mereatur, (&) eccleſia tua in templo, cuius natalis eſt hodie, tibi collecta (te) teneat, te diligat, te ſequatur; & dum iugiter per veſtigia tua graditur, ad cœleſtia promiſſa, te ducente, pervenire mereatur. Per. *El. gg. Supra.*

Super populum.

Deus, qui de vivis & electis lapidibus æternum maieſtati tuæ condis habitaculum, auxiliare populo tuo ſupplicanti: ut quod eccleſiæ tuæ corporalibus proficit ſpatiis, ſpiritualibus amplificetur augmentis. Per. *g g.*

Unde ſupra alia Miſſa Gregoriana.

Deus, qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui conſecrationis reparas diem: exaudi preces. Ut ſupra.

Secreta.

Annuæ feſtivitatis cultu ſupplices te, Dne, deprecamur: ut omnes, qui intra templi huius ambitum continemur, perfecta tibi devotione placeamus, & per hæc devotionis noſtræ munera ad æterna præmia pervenire mereamur. Per. gg.

Ad Comm.

Cœleſtibus myſteriis recreati, quæſumus omnipotens Deus! ut in hoc loco, qui nomini tuo dicatus eſt, cunctis petentibus aures tuæ pietatis accommodare digneris. Per.

Alia.

Deus, qui de vivis. Ut ſupra.

Unde ſupra alia Miſſa. (1)

Deus, qui nos ad anniverſarium diem conſecrationis huius eccleſiæ tribuiſti venire: concede, quæſumus, ut quidquid in tuo nomine petituri intraverimus, Sanctorum tuorum precibus imploremus. Per.

Alia.

Deus, qui nobis per ſingulos annos &c. *Ut ſupra.*

Super Oblata.

Annue, quæſumus Dne, precibus noſtris, ut quicumque intra templi huius, cuius anniverſarium dedicationis diem celebramus, ambitum continemur. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! pro annua dedicatione tabernaculi

(1) Sequentes duæ Miſſæ ex cod. *San-Gallenſi* deſumtæ, *Ambroſianæ* eſſe videntur.

Digitized by Google

bernaculi huius honorem tibique gratiasque referre. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Deus, qui de vivis atque electis. *Ut ſupra.*

Item in anniverſario Die.

Recenſentes annuæ dedicationis occurſum, pietatem tuam, Dne, ſupplices exoramus, ut cuius meritis hanc tui nominis domum ſacrare iuſſiſti, eius precibus apud te nos adiuvare digneris. Per.

Super Oblata.

Votorum noſtrorum munus, quæſumus Dne, propitiatus aſſume, vitalibus ſacrificiis exoratus; ut noſtris veniam delictis impertias, & huius tabernaculi ex te ſanctificationibus cumulatis exaudias. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! quia tantam fidem nobis beatæ eccleſiæ tuæ præſidio conceſſiſti, ut non ſolum piis exemplis ad beatitudinem provocemur, ſed etiam glorioſa nobis in hoc templo eius patrocinia ſentiamus, per Xpm.

Ad Commun.

Sanctificationem domus tuæ, Dne, ſupplicitet recolentes exaudi: & Sanctorum tuorum nos ſacra dedicatione lætantes, in eorum nos facias, quæſumus, ſorte participes. Per.

Alia.

Protege, Dne, famulos tuos, & præſta propitius: ut in hac domo te annuente perfecta ad honorificentiam beati Apoſtoli tui ill. religioſa multitudo concurrat. Per.

Incipiunt orationes cotidianis diebus ad Miſſam cum canone. (1)

Perpetua, quæſumus Dne, pace cuſtodi, quos in te ſperare donaſti. Per. *g. El. gg.*

Alia.

Adeſto nobis, miſericors Deus, & tuæ pietatis in (2) nobis propitius dona concede. Per. *g. El. gg.*

Secreta.

Adeſto nobis, quæſumus Dne, & preces noſtras benignus exaudi: ut quod fiducia non habet meritorum, placationis (3) obtineat hoſtiarum. Per. *gg.*

Poſt Comm.

Myſteria ſancta nos, Dne, & ſpiritalibus expleant alimentis, & corporalibus tueantur auxiliis. Per. *g.*

Ad populum.

Protector in te ſperantium, Deus, & ſubditarum tibi mentium cuſtos, inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris, & pia populi tui vota benignus exaudi. Per.

Item alia Miſſa.

Exaudi nos, miſerator & miſericors Deus; & continentiæ ſalutaris propitius nobis dona concede. Per. *g. gg.*

Alia.

Plebis tuæ, Deus, ad te corda converte; ut tuo munere talis exiſtat, cui tu perpetua beneficia largiaris. Per. *g.*

Secreta.

Hoſtias, quæſumus Dne, ſuſcipe placatus oblatas, quas ſanctificando nobis efficiant ſalutares. Per. *gg.* (4)

Poſt Comm.

Sancta tua nos, Dne quæſumus, & a peccatis exuant, & cœleſtis vitæ vigorem (S. Blaſ. *vigore*) confirment. Per. *g. gg.*

Ad

---

(1) Miſſæ ſequentes pleræque omnes in vulgato *Gelaſ.* noſtroque *San-Blaſiano* & aliis *Gregorianis* leguntur, eo tantum diſcrimine, quod in *Gregorianis* tribus tantum conſuetis conſtent orationibus, prima Miſſa excepta, ubi poſt primam orationem alia additur, uti in reliquis omnibus vulgati *Gelaſiani*, ſicut in paribus noſtris *Rhenaugienſi* & *San-Gallenſi* vetuſtioribus, in quibus præterea ſingulis in Miſſis oratio *ſuper populum* adiicitur, quæ in *Gelaſ.* vulgato deſideratur. In *Petrobuſano* ſingulæ hæ Miſſæ ſingulis hebdomadæ feriis adſignantur.

(2) San-Blaſ. Gregor. omittit *in.*

(3) San-Blaſ. *placatio.*

(4) San-Blaſ. *quæ te ſanctificante nobis efficiantur ſalutares.*

Digitized by Google

Ad populum.

Suſcipe, quæſumus Dne, preces noſtras, & ad aures miſericordiæ tuæ poſtulationes ſacratæ tibi plebis admitte. Per.

Alia Miſſa.

Quæſumus, omnipotens Deus: ut plebs tua toto tibi corde deſerviens & beneficia tua iugiter mereatur, & pacem. Per. *g. gg.*

Alia.

Miſerere noſtri, Deus: & tuæ nobis pietatis effectum potenti bonitate largire. Per. *g.*

Secreta.

Suſcipe, quæſumus Dne, hoſtiam redemtionis humanæ, & ſalutem nobis mentis & corporis placatus operare. Per. *g. gg.*

Ad Comm.

Da, quæſumus omnipotens Deus, ut myſteriorum tuorum virtute ſatiati ad vitam firmemur æternam. Per. *gg.*

Ad populum.

Adſit, Dne, fidelibus tuis ſacræ benedictionis effectus, qui mentes omnium ſpiritali vegetatione diſponat; ut per opera pietatis gratiæ tuæ muneribus impleantur. Per. *g.*

[*Alia Miſſa.*

Rege noſtras, Dne, propitius voluntates; ut nec propriis iniquitatibus implicentur (1) nec ſubdantur alienis. Per. *g. El. gg.*

Alia.

Da famulis tuis, Deus, indulgentiam peccatorum, conſolationem vitæ, gubernationemque perpetuam; qua tibi fideliter ſervientes, ad tuam iugiter miſericordiam pertinere mereantur. Per. *g.*

Secreta.

Tua ſacramenta nos, Deus, circumtegant, & reforment; ſimulque nobis temporale remedium conferant & æternum. Per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus, ut quia tui eſt operis, ſi, quod tibi placitum eſt, aut cogitemus, aut agamus: tu nobis ſemper & intellegendi quæ recta ſunt, & exſequendi tribuas facultatem, per Xpm.

Ad Comm.

Tua ſancta nobis, omnipotens Deus, quæ ſumſimus, & indulgentiam præbeant, & auxilium perpetuæ defenſionis impendant. Per. *g. gg.*

Super populum.

Familiam tuam, Dne, pervigili protectione conſerva, & perpetuis defende præſidiis: ut omni ſemper inordinatione ſecluſa, tua iugiter providentia dirigatur. Per. *g.*

Item alia Miſſa Gel.

Comprime, Dne quæſumus, noxios ſemper incurſus, & ſalutarem temporibus noſtris propitius da quietem. Per. *g. El. gg.*

Alia.

Tu, Dne, ſemper a nobis omnem remove pravitatem; & ad tuam nos propitius converte iuſtitiam. Per. *g.*

Secreta.

In tuo conſpectu, Dne quæſumus, talia noſtra ſint munera; quæ & placare te valeant, & nos tibi placere perficiant. Per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus, ut non in nobis noſtra malitia, ſed indulgentiæ tuæ proveniat ſemper effectus, qui nos a noxiis volun-

(1) San-Blaſ. *implicemur, nec ſubdamur alienis.*

Digitized by Google

voluntatibus indeſinenter expediat, & a mundanis cladibus dignanter eripiat. Per Xpm. *gg.*

Ad Comm.

Cottidiani, Dne quæſumus, munere ſacramenti perpetuæ nobis tribue ſalutis augmentum. Per. *g. gg.*

Super populum.

Reſpice, Dne, propitius plebem tuam; & toto tibi corde ſubiectam præſidiis invictæ pietatis attolle. Per.] *g.*

Alia Miſſa Gel. (1)

Eccleſiæ tuæ, Dne, voces placatus admitte; ut deſtructis adverſantibus univerſis, ſecura tibi ſerviat libertate. Per. *l. gg.*

Alia.

Ab omnibus nos defende, quæſumus Dne, ſemper adverſis, & continuis tuere præſidiis. Per. *g. gg.*

Alia.

Porrige dexteram, quæſumus Dne, plebi tuæ miſericordiam poſtulanti; per quam & errores declinet humanos, & ſolatia vitæ mortalis accipiat, & ſempiterna gaudia comprehendat. Per. *l. gg.*

Secreta.

Offerimus tibi Domine, munera, quæ dedisti: ut & creationis tuæ circa mortalitatem noſtram teſtificentur auxilium, & remedium nobis inmortalitatis operentur. Per. *l. gg.*

Alia Secreta.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & his muneribus præſentiam tuæ maieſtatis interſere: ut quod noſtro ſervitio geritur, te potius operante firmetur. Per Dnm nrm. (2)

Dominus vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Surſum corda. ℟. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Dno Deo noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.

VD. æquum & ſalutare. Nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus! per Chriſtum Dominum noſtrum. Per quem Maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates, cœli cœlorumque Virtutes, ac beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces ut admitti iubeas, deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes:

---

(1) Sequens Miſſa, ut iam notavimus, deſideratur in vulgato *Gelaſ.* & aliis; habetur autem in *San-Blaſiano, Rhenangienſi* & *San-Gallenſi* vetuſtiori, excepta oratione tertia, & *Secreta alia.*

(2) Ut habeatur hic tota feries, ſive, ut hodie vocari ſolet, ordo Miſſæ, totum codicis noſtri *San-Blaſiani Gregoriani* titulum adponimus. *In nomine Domini incipit liber ſacramentorum de circulo anni, expoſitus a ſco Gregorio Papa Romano, ex antentico editus libro bibliothecæ cubiculi ſcriptus. Qualiter Miſſa Romana celebratur: hoc eſt, inprimis Introitus, qualis fuerit ſtatutis diebus ſive temporibus, ſeu cottidianis. Dein* Kyrie eleiſon. *Item dicitur* Gloria in excelſis Deo; *ſi Epiſcopus fuerit, tantummodo die Dominica, ſive diebus feſtis; a Presbyteris autem minime, niſi in Paſcha. Quando Litania agitur, neque* Gloria in excelſis, *neque* Alleluia *canitur. Poſtmodum dicitur oratio; ſequitur Apoſtolus* (*id eſt, Epiſtola*), *item Graduale ſeu* Alleluia. *Poſtmodum legitur Evangelium, deinde Offertorium, oratio ſuper oblata* (*id eſt Secreta*). *Deinde dicit alta voce:* Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen. Dominus vobiscum &c. quod in *Gelaſ.* ed. & hoc *Rhenang. Gelaſ.* deſideratur, habetur autem in *Gregor. San-Blaſ.* aliisque.

Digitized by Google

centes: Scs, Scs, Scs Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua. Oſanna in excelſis. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Oſanna in excelſis. (1)

Te igitur, clementiſſime Pater! per Ieſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum ſupplices rogamus & petimus, uti accepta habeas & benedicas hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia inlibata. Inprimis quæ tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare & regere digneris toto orbe terrarum: unacum famulo tuo Papa noſtro ill. (2) & antiſtite noſtro ill. (3)

Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, & omnium circum adſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota devotio, qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis pro ſe ſuisque omnibus: pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ.

Memento etiam, Domine, & animarum famulorum famularumque tuarum fidelium Catholicorum in Chriſto quieſcentium, qui nos præceſſerunt, illorum & illarum, qui per eleemoſynam & confeſſionem tibi reddunt vota ſua æterno Deo vivo & vero. (4)

Communicantes & memoriam venerantes, inprimis glorioſæ ſemperque Virginis Mariæ, genitricis Dei & Dni noſtri Ieſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum, ac

---

(1) *Solodorenſis*, *Petrobuſanus*, *San-Blaſianus*, aliique Codices Præfationem cum Canone initio mox exhibent, quem ex ſacramentario *Rhenaugienſi* poſt Miſſas quotidianas poſitum hic quoque damus.

(2) In Codice *Vindobonenſi* ſæc. IX. qui canonem ſolum cum Præfatione præmittit, prioribus paginis cum titulo litteris aureis pulcherrime exornatis, additaque ad marginem expoſitione Canonis ceu commentario perpetuo, leguntur ſola verba *papa noſtro ill.* adiicitur tamen hæc nota: *Quia ipſe vice Petri Apoſtoli caput eſt eccleſiæ, & ideo primus nominatur. Antiſtitis quoque mentio fit, quia dignum eſt, ut nominatim ſacerdotes pro eo exorent, in cuius parœcchia, vel ſub cuius gubernatione regantur.* In eodem codice verbis *papa noſtro ill.* immediate Sequentia adduntur: *Memento Dne famulorum famularumque tuarum, & omnium circumſtantium, quorum tibi fides cognita eſt & devotio. Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt &c.* omnia una manu & contextu. In Cod. *Augienſi* vero eiusdem bibliothecæ verba: *pro quibus tibi offerimus, vel*, alia, antiqua licet manu in margine ſunt addita, ut paſſim in aliis MSS. antiquioribus.

In codice *Petrobuſano* pariter ſolius Papæ fit mentio, uti & in *San-Blaſiano*, in quo verba illa: *& Antiſtite noſtro.* recentiore manu ſunt adſcripta. *Conf. Diſquiſit. IV.* p. 345. &c.

(3) In *San-Gallenſi* infra ad oram antiqua manu additur litteris maioribus: *Memento Dne famuli tui Remedii*, Curienſis haud dubie ineunte ſæc. IX. epiſcopi. *Vid. Diſquiſ. II.* p. 104.

Inter nomina Epiſcoporum conſcriptorum monaſterii *S. Galli* ſecundo mox loco occurrit *Remedius epiſcopus* apud GOLDAST. T. II. *Aleman.* Antiquitatum. P. II. p. 155. De memoria Regis vel Imperatoris in Canone, quæ hic & alibi paſſim in antiquis codicibus deſideratur, *vid. Diſquiſit. IV.* p. 348. *ſeq.*

(4) Memento, ſeu memoriam mortuorum ante Conſecrationem nuſpiam alibi reperi. Repetitur ſuo loco poſt Conſecrationem memoria *eorum, qui nos præceſſerunt &c.* Hic additur: *illorum & illarum, qui per eleemoſynam & confeſſionem &c.* Quod tamen codici huic ſingulare eſt; in *San-Blaſiano* etenim, ut in cæteris ſuo loco, quo hodiedum, habetur; illa autem verba: *Tibi reddunt vota ſua æterno Deo, vivo & vero* in memoria vivorum ponuntur. *Vid. Diſquiſit. II.* p. 103. *ſeq.*

Digitized by Google

ac Martyrum tuorum Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Syxti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Iohannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, (1) Hilarii, Martini, Auguſtini, Gregorii, Hieronymi, Benedicti, (2) & omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per Chriſtum Dnm noſtrum. (3)

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus Dne, (*ut*) placatus accipias, diesque noſtros in tua pace diſpone (al. *diſponas*) atque ab æterna damnatione nos eripias, (al. *eripi*) & in Electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. (4)

Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæſumus (5) Benedictam Aſſcriptam, Rattam rationabilem acceptabilemque facere digneris: Ut nobis Corpus & Sanguis (6) fiat dilectiſſimi Filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Qui

(1) *San-Gallenſis* recentior addit: *Et Sanctorum Confeſſorum tuorum:* quæ verba in antiquiori *San-Gallenſi* recentiori manu ad marginem adnotantur.

(2) Recentior *San-Gallenſis* addit GALLI, OTHMARI, aliorumque Sanctorum nomina. Ad calcem recentiori manu ſcriptum legitur: *Sed & diem natalicii beatorum N. celebrantes.* Codex noſter *San-Blaſianus* haud alia in Canone Sanctorum nomina exhibet, quam qui hodiedum in eo continentur. Cæterum de varia Sanctos in Canone nominandi ratione conf. *Diſquiſit. IV. p.* 356. *&c.*

(3) *San-Gallenſis*, ut & *San-Blaſianus* in margine hanc habent rubricam: *Hic inclinat ſe uſque ad altare dicens:*

(4) San.Blaſ. *Hic erigit ſe ſurſum.* Cum figura hic expreſſa, ex quo etiam ſequentes ſunt.

(5) Idem: *Hic ſolam oblatam benedicit.*

(6) Idem: *Hic ambos ſignat, id eſt, Oblationem & Calicem.*

Digitized by Google

Qui pridie, quam pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: & elevatis oculis in cœlum ad Te Deum Patrem ſuum Omnipotentem Tibi gratias agens Benedixit, fregit, dedit diſcipulis ſuis dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes. Hoc eſt (alii interponunt *enim*) Corpus meum.

Simili modo, poſtquam cœnatum eſt, accipiens & hunc præclarum Calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas item Tibi gratias agens benedixit, dedit diſcipulis ſuis dicens: Accipite & bibite ex eo omnes.

Hic eſt enim Calix Sanguinis mei, novi & æterni teſtamenti: Myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Unde & memores ſumus (alii omittunt *ſumus*) Domine, nos tui ſervi, ſed & plebs tua ſancta, Chriſti Filii tui Domini noſtri tam beatæ Paſſionis, nec non & ab inferis Reſurrectionis, ſed & in cœlos (alii *glorioſæ*) Aſcenſionis: Offerimus præclaræ Maieſtati tuæ de tuis donis ac datis (1) Hoſtiam † puram, Hoſtiam † ſanctam, Hoſtiam † immaculatam, Panem ſanctum vitæ æternæ & Calicem ſalutis perpetuæ.

Supra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere dignare, & accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech ſanctum ſacrificium, immaculatam Hoſtiam. (2)

Supplices te rogamus omnipotens Deus: (3) Iube hæc perferri per manus (al. *ſancti*) Angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu divinæ Maieſtatis tuæ (4), ut quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum Filii tui Corpus & Sangui-

(1) *San-Blaſ.* Hic quatuor vicibus ſolam Oblatam ſignat & in quinta vice ſuper Calicem ſolam crucem faciens.

(2) San-Bl. *Hic inclinat ſe ante altare dicens:*

(3) Id. *Hic orat apud ſe, quod voluerit, deinde dicit:* Iube hæc. (4) Id. *Hic ſe erigit hæc verba dicens:*

nem ſumſerimus, omni Benedictione cœleſti & gratia repleamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. (1)

Memento etiam, Domine, & eorum nomina, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pacis. (2) Ipſis, Domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerii, lucis & pacis ut indulgeas, deprecamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus, partem aliquam & ſocietatem donare digneris cum tuis ſanctis Apoſtolis & Martyribus: Cum Iohanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agne, Cæcilia, Anaſtaſia, & cum omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos conſortium, non æſtimator meriti, ſed veniæ, quæſumus, largitor admitte. Per Chriſtum Dnm nrm.

Per quem hæc omnia, Domine, ſemper bona creas (3) ſanctificas, vivificas, benedicis & præſtas nobis. (4) Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo, eſt tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus ſancti omnis honor & gloria.

Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus. Præceptis ſalutaribus moniti, & divina inſtitutione formati audemus dicere. Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum &c. (5)

Libera nos, quæſumus Domine, ab omnibus malis præteritis, præſentibus & futuris, & intercedente beata & glorioſa ſemperque Virgine Dei genitrice Maria (6) &

---

(1) In codice *Vindobonenſi* Bibl. Cæſ. hæc memoriæ mortuorum præmittitur oratio: *Memento mei, quæſo Dne, & miſerere, licet hæc ſancta indigne tibi, ſancte Pater omnipotens æterne Deus, meis manibus offerantur ſacrificia, qui nec invocare ſanctum ac venerabile nomen tuum dignus ſum. Sed quoniam in honore, laude, & memoria glorioſiſſimi dilecti Filii tui Dni nri Ieſu Chriſti offeruntur, ſicut incenſum in conſpectu divinæ maieſtatis tuæ cum odore ſuavitatis accendantur. Per eundem Chriſtum Dnm nrm. Memento etiam, Dne, & eorum nominum, qui nos &c.* Parum diverſa eſt oratio Diſquiſ. IV. p. 364. ex codice *San-Gallenſi* recenſita. Cur hic loci olim ſui commemorationem fecerit Sacerdos, vide l. c.

(2) Memoria mortuorum in altero *Rhenaugienſi Gregoriano* codice, & *San-Gallenſi* deeſt, ſuppletur autem recentiori manu ſæc. XII. in *San-Blaſiano*, & *Petershuſano*. Eadem deſideratur in Cod. *Augienſi* Bibl. Cæſ. *Vindob.* ſæc. IX. de quo ſupra, & LAMBEC. L. II. Bibl. Cæſ. c. 5. Deeſt etiam in altero codice Bibl. Cæſ. ſuppari modo citato, ut tamen antiqua manu in ora paginæ ſuppleatur.

In *Solodorenſi* legitur hæc rubrica: *Si fuerint defunctorum nomina recitanda, dicat Sacerdos:* & eorum nomina *poſt verba* in ſomno pacis. Rubr. *deinde cum recitata fuerint, dicat Sacerdos:* Nobis &c.

(3) San-Blaſ. *Hic ambos ſignat, Id eſt Oblationem & Calicem tribus vicibus ſingulis ſingulas faciens cruces:* Sanctiſficas &c.

(4) Id. *Hic levat Sacerdos Oblationem ad oram Calicis.* Per ipſum &c.

(5) *San-Blaſ.* hic integram ponit orationem Dominicam, & in fine: *Amen.* In *Petershuſano* vero eſt cum notis muſicis.

(6) In recentiori *San-Gallenſi* in margine additur alia manu: *& ſancto Michaele.*

Digitized by Google

& ſanctis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea & beatis Confeſſoribus tuis ill. (1) Da propitius pacem in diebus noſtris, ut ope miſericordiæ tuæ adiuti & a peccatis ſimus liberi ſemper, & ab omni perturbatione ſecuri.

Per Dnm. (2)

Pax Domini ſit ſemper vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. (3)

Poſt

(1) In San-Blaſ. *atque Andrea, cum omnibus Sanctis.* (2) *San-Blaſ. pergit:* Noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat Deus in unitate Spiritus ſancti Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. (3) In *San-Blaſiano Gregoriano* ſacramentario ſimilibusque Mſſ. & editis additur *Agnus Dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. ter*: quæ ultima vox ſingularis eſt cod. *San-Blaſiano*: ut nec quidem in cod. *Tiliano* reperiatur apud MENARDUM n. 88. in quo tamen rubricæ adhuc plures, quam in noſtro habentur. Hic codices noſtri manuſcripti ac editi terminant Canonem. In *Vindobonenſi* autem Bibl. Cæſ. Codice ſæc. X. plura continentur, quæ ex parte hodiedum adhuc in miſſalibus exſtant. Ad illa verba: *Hæc commixtio &c.* ad rubrum: *Quando Corpus Sanguini Domini miſcetur*, ſequentia adduntur: *Fiat nobis, & omnibus ſumentibus, quæſumus Dne, commixtio & conſecratio Corporis & Sanguinis Dni nri Ieſu Chriſti remiſſio omnium peccatorum, tutamentum quoque mentis & corporis, & ad vitam capeſſendam æternam præparatio ſalutaris. Amen.* Ante oſculum: *Qui es omnium Deus & dominator, fac nos pacificando digne operari in hora iſta, amator humanitatis, ut emundatos ab omni ſimulatione ſuſcipias nos invicem in oſculo & dilectione ſancta, in quo manet vera pacificatio, & charitatis & unitatis coniunctio. Amen.* Ad rubricam *ante Euchariſtiam* leguntur duæ orationes modernis in miſſalibus aſſignatæ: *Perceptio Corporis & Sanguinis &c. Dne Ieſu Chriſte Fili Dei vivi &c.* tum additur tertia: *Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus, da mihi Corpus & Sanguinem Chriſti Filii tui Dni nri ita ſumere, ut merear per hoc remiſſionem peccatorum accipere, & tuo ſancto Spiritu repleri; quia tu es Deus, & in te eſt Deus, & præter te non eſt alius. Qui vivis.* Sequitur rubr. *Expleta Miſſa veniat Sacerdos ante altare, & oſculato eo dicat:* Placeat tibi, Deus ſancta Trinitas, obſequium ſervitutis &c. *Ante altare dicat, quando ſe reveſtit Presbyter, veniens iterum:* Corpus tuum, Dne Ieſu Chriſte, quod ego indignus accepi, & Calix tuus, quem potavi &c.

Poſt hæc commonenda eſt plebs pro ieiunii (ieiuniis), *IIII.ti VII.mi & X.mi menſis temporibus ſuis, ſive per ſcrutinis* (*l.* pro ſcrutiniis) *vel aurium apertionum* (*l.* apertione) *ſive orandum pro infirmis, vel ad nuntiandum Natalitia Sanctorum. Poſt hæc communicat Sacerdos cum Ordinibus ſacris, cum omni populo.*

Poſt Comm.

Quos cœleſti, Dne, alimento ſatiaſti, apoſtolicis interceſſionibus ab omni nos, quæſumus, adverſitate cuſtodi. Per. *g.*

Alia.

Læti, Domine, ſumſimus ſacramenta cœleſtia, ut intercedente pro nobis beata & glorioſa ſemperque Virgine Dei genitrice Maria ad vitam proficiant ſempiternam. Per *g.*

Alia.

Augeatur in nobis, Domine quæſumus, tuæ virtutis operatio: ut divinis vegetati ſacramentis, ad eorum promiſſa capienda tuo munere præparemur. Per. *g.*

Alia.

Omnipotens Deus! fac nos tibi ſemper & devotam gerere voluntatem, & maieſtati tuæ ſincero corde famulari. Per. *g.*

Alia.

Myſteria nos, Domine, ſancta purificent, & ſuo munere tueantur. Per. *g.*

Alia.

Quos tantis, Domine, largiris uti myſteriis: quæſumus, ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per. *g.*

Alia

Menſa tua nos, Domine, a delectationibus terrenis expediat, & cœleſtibus ſemper inſtituat alimentis. Per. *g.*

Alia.

Tui nobis, Domine, communio ſacramenti & purificationem conferat, & tribuat unitatem. Per. *g.*

Alia.

Tua ſancta nobis, omnipotens Deus, & indulgentiam præbeant, & auxilium perpetuæ defenſionis impendant. Per. *g.*

Alia.

Tua nos, Domine, medicinalis operatio & a noſtris perverſitatibus clementer expediat, & tuis faciat ſemper inhærere mandatis. Per. *g.*

Alia.

Purificent ſemper & muniant tua ſacramenta nos, Domine, & ad perpetuæ ducant ſalvationis effectum. Per. *g.*

Alia.

Quæſumus omnipotens Deus, ut munere divino (*munus divinum*) quod ſumſimus, ſalutari nobis proſit effectu. Per. *g.*

[*Alia.*

Quod ore ſumſimus, Domine, mente capiamus, & de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternum. Per. *l. gg.*

Alia.

Conſervent nos, quæſumus Dne, munera tua, & vitam nobis tribuant æternam. Per. *g g.*]

Alia.

Quod ore ſumſimus, Dne, mente capiamus, ut de Corpore & Sanguine Dni nri Ihu Xpi fiat nobis remedium ſempiternum. Per eundem. *l. gg.*

Item benedictiones ſuper populum. (1)

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus! de abundantia miſericordiarum tuarum famulos tuos & famulas tuas præſta locupletes, præſta ſecuros: ut *

(1) *Geliſ.* p. 177. addit poſt Communionem.

Digitized by Google

ut confirmati benedictionibus tuis abundent in omni gratiarum actione, teque perpetua exultatione benedicant. Per. *g.*

Alia.

Gregem tuum, Paſtor bone, placatus intende, & oves, quas pretioſo ſanguine redemiſti, diabolica non ſinas incurſione lacerari. Per. *g.*

Alia.

Benedic, Dne, hanc familiam tuam in cœleſtibus, & reple eam donis tuis ſpiritualibus: concede eis caritatem, gaudium, pacem, patientiam, bonitatem, manſuetudinem, ſpem, fidem, continentiam, ut repleti omnibus caſtitatem donis tuis deſiderantes (1) ad te pervenire mereantur. Per. *g.*

Alia.

Benedicat vos Deus omni benedictione cœleſti, Sanctosque (&) puros efficiat in conſpectu ſuo: ſuperabundent in vos divitiæ gloriæ eius, verbo veritatis inſtruat: evangelio ſalutis erudiat, omniumque Sanctorum caritatem locupletet. Per. *g.*

Alia.

Plebis tuæ, quæſumus Dne, ad te corda ſemper converte; & quam tantis facis patrociniis adiuvari, perpetuis non deſinas gubernare præſidiis. Per. *g.*

Alia.

Propitiare populo tuo, Deus, ut a ſuis pravitatibus liberatus, & toto tibi corde deſerviat, & ſub tua ſemper protectione conſiſtat. Per. *g.*

Alia.

Tuere, Dne quæſumus, familiam tuam: & ſpiritalibus inſtrue diſciplinis. Per. *g.*

Alia.

Familiam tuam, Dne, pervigili protectione conſerva, & perpetuis defende præſidiis: ut omni ſemper inordinatione ſecluſa, iugiter providentia dirigatur. Per. *g.* (2)

[*Alia.*

Familia tua, Deus, & ad celebranda principia ſuæ redemptionis deſideranter accurrat, & eius dona perſeveranter acquirat. Per. *g.*

Alia.

Fideles tuos, Dne quæſumus, corpore pariter & mente purifica: ut tua inſpiratione compuncti, noxias delectationes vitare prævaleant, atque ut earum non capiantur illecebris, tua ſemper ſuavitate paſcantur. Per. *g. gg.*

Alia.

Propitiare, Dne, populo tuo, & ab omnibus abſolve peccatis, ut quod noſtris offenſionibus promeremur, tua indulgentia repellatur. Per. *g.*

Alia.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris (Gel. *ſupplicibus tuis*), & nihil de ſua conſcientia præſumentibus ineffabili miſeratione ſuccurre; ut quod non habet fiducia meritorum, tuorum conferat largitas invicta donorum. Per. *g.*

Alia.

Da, quæſumus Dne, populo tuo & mentem, qua tibi devotus exiſtat, & intellectum, quo iuſta depoſcat, & propitiationem tuam, qua pie deſiderantibus quæ ſint profutura perficias. Per. *g.*

Alia.

Plebem nomini tuo ſubditam, Dne, propitius intuere; eique conſolationes tuas

iugiter

(1) Sic & in editis.

(2) Claudit hic *Rbenang.* hac rubrica: *Expliciunt Benedictiones anni circuli eſt numerus LXXII. Incipit liber ſecundus de extrema parte.*

iugiter per cœleſtem gratiam dignanter operare. Per. *g.* (1)

Item Cottidianis Diebus Miſſa Ambr.

Exaudi, Dne, vocem tibi ſupplicantis Eccleſiæ, quæ in modum vineæ Filii tui propagata cultoribus, firmis in te nititur ſtare radicibus; ut præſentis ſeculi fluctibus aliena, pullulantis in ſe populi nativitate ditata, ubertatis ſuæ fructibus glorietur. Per eund. *Alia.*

Deus, qui diligentibus te bona inviſibilia præparaſti, infunde cordibus noſtris tui amoris affectum; ut te in omnibus, & ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur. Per. *g. gg.*

Secreta.

Propitiare, Dne, ſupplicationibus noſtris, & has populi tui oblationes benignus aſſume; & ut nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, præſta quæſumus, ut quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus, Maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes, ut qui rei ſumus meritis, non efficiamur noſtra duritia contumaces; nec te protervis ſenſibus accuſare nitamur, cum tua nobis, quæ non meremur, beneficia retardentur: ſed hinc potius & noſtras cognoſcamus offenſas, & opem tuam iugiter imploremus, quia multo amplius continuata ſubſidia devotis mentibus miniſtrabis, qui eadem largiris indignis, per Xpm.

Poſt Comm.

Gratias tibi agimus, Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui nos corporis & ſanguinis Dni nri Ihu Xpi communione ſatiaſti: tuamque miſericordiam imploramus, ut hoc tuum, Dne, ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, ſed ſit interceſſio ſalutaris ad veniam, ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra mundi pericula firmamentum. (2) Hæc nos communio mundet a crimine, & cœleſtis gaudii tribuat eſſe participes. Per eundem.

Item alia Miſſa.

Deus, qui Eccleſiam tuam nova ſemper prole fœcundas, auge eam cottidie credentium puritate, & divinæ gratiæ infuſione multiplica; ut repulſa impugnatione malorum omnium, in tranquillitate pacis & fidei tuo ſemper ditata munere glorietur. Per.

Alia.

Deus, qui nos in tantis periculis conſtitutos pro humana conſpicis fragilitate non poſſe ſubſiſtere; da nobis ſalutem mentis & corporis, ut ea, quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuvante vincamus. Per. *g. gg.*

Secreta.

Deus, qui legalium differentias hoſtiarum unius ſacrificii perfectione ſanxiſti; accipe ſacrificium a devotis tibi famulis, & pari benedictione, ſicut munera Abel ſanctifica, ut quod ſinguli obtulerunt ad maieſtatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad ſalutem. Per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus. Implorantes clementiam tuam, ut gubernare digneris onera divinæ militiæ ſuſtinentes; & quia neceſſe eſt, ut ab eo, cui plus creditur, amplius exigatur, tu noſtras propitius dirigas actiones, ut & propriis non implicemur erroribus, & exuamur externis. Per Xpm.

Ad Comm.

Sit nobis, Dne quæſumus, medicina mentis & corporis, quod de ſancti altaris tui benedictione percepimus; ut nullis adverſitatibus fatigemur, qui tanti remedii participatione munimur. Per.

Item alia Miſſa Ambroſiana.

Omnipotens ſempiterne Deus, in protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare miracula; ut hoſtibus noſtris tua virtute compreſſis, ſecura tibi ſerviat catholica fides, & devotæ Xpiana. Per. *Alia.*

Deus, qui creaturæ tuæ miſereri potius eligis quam iraſci, cordis noſtri infirma conſidera, & tuæ nos gratia pietatis illuſtra. Per.

Secreta.

Suſcipe munera, quæſumus Dne, quæ tibi de tua largitate deferimus; ut hæc ſacroſancta myſteria, gratiæ tuæ operante virtute, & præſentis vitæ nos converſatione ſanctificent, & ad gaudia ſempiterna perducant. Per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus: Et ut te auctorem noſtrum pronis viſceribus humana famulatio religioſo excolat affectu: & ideo obſecramus miſericordiam tuam, ne pro noſtra nos iniquitate condemnes, ſed pro tua pietate in viam rectam ſemper diſponas: ne ſicut meremur, delinquentibus iraſcaris, ſed fragilitati

(1) *Gelaſianum* ſacramentarium duas adhuc ſuperaddit orationes apud THOMAS. T. VI. p. 178. Hic finit *San-Gallenſe* ſacramentarium antiquius, quod antiquiſſimo *Rhenaugienſi* in omnibus reſpondens ea ſuperaddit, quæ uncinis incluſimus, ad apicem fere contenta, & paſſim GELASII nomine notata in altero *San-Gallenſi*, quod ex triplici, ut ſæpius obſervavimus, compoſitum eſt ritu.

(2) Hæc ſeparanda eſſe videntur, ut poſterior ſit diviſa oratio.

Digitized by Google

bituti noſtræ invicta tua bonitate ſubvenias. Per Xpm.

Ad Compl.

Sumpſimus, Dne, ſacri dona myſterii, humiliter deprecantes, ut quæ in tui commemoratione nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Per te Ihu Xpe. *l. g g.*

Miſſa Ambroſiana.

Da, quæſumus Dne, populo tuo ſanitatem mentis & corporis; da vitare quod nocet, & amare quod ſalvet: da, ut bonis operibus inhærendo, & benedici mereatur, & tua ſemper virtute defendi. Per.

Alia.

Adeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per. *g. g g.*

Secreta.

Sanctificationem tuam, Dne, nobis his myſteriis placatus operare; quæ nos & a terrenis purget vitiis, & ad cœleſtia dona perducat. Per. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus. Te deprecantes, ut tua nos gratia protegat, & conſervet. Et quia ſine te nihil recti valemus efficere, ipſius munere ſemper capiamus, ut tibi placere poſſimus. Per Xpm.

Ad Comm.

Quos cœleſti, Dne, dono ſatiaſti, præſta quæſumus, ut a noſtris mundemur occultis, & ab hoſtium liberemur inſidiis. Per. *g. g g.* (1)

Incipit liber ſecundus de extrema parte.

Orationes ad Matutinis. (2)

Matutina ſupplicum vota, Dne, propitius intuere, & occultis cordis noſtri remedio tuæ glorifica (3) pietatis; ut deſideria tenebroſa non teneat, quos lux cœleſtis gratiæ reparavit. Per. *g. El.*

Emitte, quæſumus Dne, lucem tuam in cordibus noſtris, & mandatorum tuorum lucem perpetuam: ut in via tua ambulantes nihil patiamur erroris. Per. *g. El. g g.*

Deus, qui diem diſcernis ac noctem (al. *a nocte*) actus noſtros a tenebrarum diſtingue caligine; ut ſemper quæ ſancta ſunt meditantes, in tua iugiter laude vivamus. Per. *l. g. El. g g.*

Alia. (4)

Deus, qui vigilantes in laudibus tuis cœleſti mercede remuneras, tenebras de cordibus noſtris auferre digneris, ut ſplendore luminis tui ſemper gaudeamus. Per.

Gratias tibi agimus, Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus! qui nos de transactæ noctis ſpatio ad matutinas horas perducere dignatus es: quæſumus, ut dones nobis diem ſine peccato tranſire, quatenus ad veſperum & ſemper tibi gratias referamus. Per.

Exurgentes de cubilibus noſtris auxilium gratiæ tuæ matutinis, Dne, precibus imploramus: ut diſcuſſis tenebris vitiorum ambulare mereamur in luce virtutum. Per.

Te lucem veram & lucis auctorem, Dne, deprecamur: ut digneris a nobis tenebras depellere vitiorum, & clarificare nos luce virtutum. Per.

Aliæ Orationes ad Veſper.

Oriatur, Domine, naſcentibus tenebris aurora iuſtitiæ, ut peracto die tibi ſuppli-

---

(1) Deficiente hic uno alterove folio, poſtea Codex habet totam Miſſam *Deus qui tribus pueris &c.* prout ſupra pag. 207. habetur in Sabbato ieiunii decimi menſis.

(2) Hic eſt titulus codicis Rhenaugienſis poſt *Benedictiones*, prout ſupra monuimus. Pro *ad matutinis* lege *ad matutinas*. San-Blaſianus Gregorianus ſic inſcribit *orationes matutinales & veſpertinales*; ex quo, uti & ex altero Petrohuſano illas ſupplemus, quæ hic deſiderantur.

(3) Hæc ex Elig. & Petrohuſ. ita legenda: *& occulta cordis noſtri remedio tuæ clarifica pietatis &c.*

(4) Quatuor orationes hic poſitas ex *Petrohuſano* adponimus, quæ in MURATORII *Gregoriano* deſunt.

ſuppliciter gratias agentes, etiam mane dignanter reſpicias vota ſolventes. Per D. *g. El. Ad Completor. gg.*

Tuus eſt dies, Domine, & tua eſt nox; concede ſolem iuſtitiæ permanere in cordibus noſtris, ad repellendas tenebras cogitationum iniquarum. Per. *g. El. ad Complet. g g.*

Aliæ.

Illumina, Dne quæſumus, corda credentium: ut tuo ſemper munimine & tuo auxilio protegamur. Per. g g.

Illumina, quæſumus Dne, tenebras noſtras; & totius noctis inſidias tu a nobis repelle propitius. Per. g. El. ad Complet. g g.

Quæſumus, Dne Deus noſter, diei moleſtias noctis quiete ſuſtenta: ut neceſſaria temporum viciſſitudine ſuccedente, noſtra reficiatur infirmitas. Per. El. ad Complet. g g.

Adeſto, Dne, precibus noſtris, & die noctuque nos protege: ut quibuslibet alternationibus temporum tua ſemper incommutabilitate firmemur. Per. El. ad Complet. g g. Alia. (1)

Gratias tibi agimus, Dne, cuſtoditi per diem; grates tibi exſolvimus, cuſtodiendi per noctem: repræſenta nos, quæſumus Dne, matutinis horis incolumes, ut nos omni tempore habeas laudatores. Per.

Omnipotens ſempiterne Deus! veſpere & meridie maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: ut expulſis de cordibus noſtris peccatorum tenebris ad veram lucem, quæ Chriſtus eſt, nos facias pervenire. Per.

Veſpertinæ laudis officia perſolventes, clementiam tuam humili prece depoſcimus: ut nocturni inſidiatoris fraudes te protegente vincamus. Per.

Propitiare, Dne, veſpertinis ſupplicationibus noſtris: & fac nos ſine ullo reatu matutinis tibi laudibus præſentari. Per.

Aliæ Orationes.

Vox noſtra te, Domine, ſemper deprecetur, & ad aures tuæ pietatis aſcendat. Per. *gg.*

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut liberis tibi mentibus ſerviamus. Per. *gg.*

Ut tuam, Domine, miſericordiam conſequamur: fac nos tibi toto corde eſſe devotos. Per. *gg.*

Tua nos, Domine, veritas ſemper illuminet, & ab omni pravitate defendat. Per. *g. gg.*

Suſcipe, Domine, preces noſtras, & clamantium ad te pia corda propitius intende. *gg.*

Cunctas, Domine, ſemper a nobis iniquitates repelle; & ad vitam (Greg. *viam*) ſalutis æternæ ſecura mente curramus. *gg.*

Redemptor noſter aſpice Deus! & tibi nos iugiter ſervire concede. Per. *gg.*

A cunctis iniquitatibus noſtris exue nos Domine: & in tua fac pace gaudere. Per. *gg.*

Salva nos, omnipotens Deus, & lucem nobis concede perpetuam. Per. *gg.*

Tua nos, quæſumus Domine, gratia benedicat: & ad vitam perducat æternam. Per D. *gg.*

Fac nos, Domine quæſumus, mala noſtra toto corde reſpuere, ut bona tua capere valeamus. Per. *gg.*

Exaudi

(1) Orationes quatuor, quæ ſequuntur, ex *Petrobuſano* ſunt deſumtæ, & nec in MURATORIO, nec in *Sax-Blaſiano* habentur.

Digitized by Google

Exaudi nos misericors Deus, & mentibus nostris gratiæ lumen ostende. Per. *El. gg.*

Absolve, Dne quæsumus, nostrorum vincula peccatorum: & quicquid pro eis meremur, averte. *gg.*

Clamantes ad te, Deus, dignanter exaudi: ut nos de profundo iniquitatum eripias, & ad gaudia æterna perducas. *gg.*

Respice nos, misericors Deus: & nomini tuo perfice veraciter obsequentes. *gg.*

Porrige nobis, Deus, dexteram tuam: & auxilium nobis supernæ virtutis impendas. Per. *gg.*

Iniquitates nostras ne respicias Deus, sed sola nobis misericordia tua prosit indignis. Per. *gg.*

Aliæ.

Deus cœli terræque Dominator, auxilium nobis tuæ defensionis benignus impende. Per. gg.

Præsta, quæsumus misericors Deus, ut tibi placita mente serviamus. Per. gg.

Vide, Dne, infirmitates nostras, & celeri nobis pietate succurre. Per. gg.

Delicta nostra, Dne quæsumus, quibus adversa nobis dominantur, absterge: & tua nos ubique miseratione custodi. P. gg.

Ascendant ad te, Dne, preces nostræ, & ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per. g. gg.

Concede nobis, quæsumus Dne, veniam peccatorum; & eos, qui nos impugnare moliuntur, expugna. Per. gg.

Tuere nos, superne moderator, & fragilitatem nostram tuis defende præsidiis. Per. gg.

Aufer a nobis, Dne quæsumus, nostras pravitates, ut non indignationem tuam, sed indulgentiam sentiamus. Per. gg.

Oculi nostri ad te, Dne, semper intendant: ut auxilium tuum & misericordiam sentiamus. Per. gg.

Aliæ. (1)

Peccata nostra, Dne quæsumus, humanæ conditionis absolve: & quidquid eorum retributione meremur, averte. Per. gg.

Intende, Dne, supplices tuos quæsumus: & pariter nobis indulgentiam tribue benignus & gaudium. Per. gg.

Oratio ad Primam.

Domine Deus omnipotens, qui nos in hac hora prima per nocturnam caliginem incolumes pervenire fecisti: & momenta temporis, & per tuam gratiam nos semper fac manere illæsos. Per.

Oratio ad Tertiam.

Domine Deus Iesu Christe, qui hora tertia diei ad crucis pœnam pro mundi salute ductus es; Te suppliciter deprecamur, ut nostra deleas peccata, ut & de præteritis malis nostris custodias. Per.

Oratio ad Sextam.

Domine Iesu Christe, qui tu (l. *cum*) hora sexta pro redemptione mundi crucis ascendisses lignum, universus mundus in tenebras conversus est: illam nobis lucem in anima & corpore nostro semper tribue, per quam ad æternam vitam pervenire mereamur. Per D.

Oratio ad Nonam.

Convenientes ad orationis horam nonam diei, fratres kariſſimi, in qua latro confessus est, & regnum cœlorum pollicitum est ei: ita & nos confiteamur pec-

(1) Sequentes duas orationes *Petrobusanus* adhuc exhibet.

Digitized by Google

cata noſtra, ut regnum cœlorum conſequi mereamur. Per Dominum.

Orationes pro peccatis. (1)

Exaudi, quæſumus Dne, gemitum populi ſupplicantis: ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum, ſed miſericordiam conſequi mereamur. Per. gg.

Succurre, quæſumus Dne, populo ſupplicanti, & opem tuam tribue benignus infirmis: ut ſincera tibi mente devoti, & præſentis vitæ remediis gaudeant, & futuræ. Per. l. gg.

Exaudi, quæſumus Dne, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per. gg.

Deus, qui iuſte iraſceris, & clementer ignoſcis: afflicti populi lacrymas reſpice, & iram tuæ indignationis, quam iuſte meremur, propitiatus averte. Per. gg.

Conſerva, quæſumus Dne, populum tuum, & ab omnibus, quas meretur, adverſitatibus redde ſecurum: ut tranquillitate percepta, devota tibi mente deſerviat. Per. gg.

Afflictionem familiæ tuæ, quæſumus Domine, intende placatus: ut indulta venia peccatorum, de tuis ſemper beneficiis gloriemur. Per. gg.

Ab omnibus nos, quæſumus Dne, peccatis propitiatus abſolve: ut percepta venia peccatorum, liberis tibi mentibus ſerviamus. Per. gg.

Precibus noſtris, quæſumus Dne, aurem tuæ pietatis accommoda, & orationes ſupplicum, occultorum cognitor, benignus exaudi: ut te largiente ad vitam perveniant ſempiternam. Per. gg.

Præſta populo tuo, Dne quæſumus, conſolationis auxilium: & diuturnis calamitatibus laborantem propitius reſpirare concede. Per. gg.

Quæſumus omnipotens Deus: ut qui noſtris fatigamur offenſis, & merito noſtræ iniquitatis affligimur, pietatis tuæ gratiam conſequi mereamur. Per. gg.

Deus, qui nos conſpicis in tot perturbationibus non poſſe ſubſiſtere: afflictorum gemitum propitius reſpice, & mala omnia, quæ meremur, averte. Per. gg.

Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram: & quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſolvat. Per. gg.

Da nobis, quæſumus Dne, de tribulatione lætitiam: ut qui diu pro peccatis noſtris affligimur, intercedente beato ill. Martyre tuo, in tua miſeratione reſpiremus. Per. gg.

Exaudi, Dne, populum tuum tota tibi mente ſubiectum: ut corpore & mente protectus, quod pie credit, tua gratia conſequatur. Per. gg.

Subiectum tibi populum, quæſumus Domine, propitiatio cæleſtis amplificet: & tuis ſemper faciat ſervire mandatis. Per. gg.

Purifica, quæſumus Dne, tuorum corda fidelium: ut a terrena cupiditate mundati, & præſentis vitæ periculis exuantur, & perpetuis donis firmentur. Per. gg.

Clamantium ad te, quæſumus Domine, pre-

(1) Orationes pro peccatis & quotidianæ cum in codice *Rhenaugienſi* deſiderentur, eas hic ex codice *Sanblaſiano* & *Petrohuſano* damus: quæ omnes apud MURATORIUM quoque leguntur.

Digitized by Google

preces dignanter exaudi: & ſicut Niniviti in afflictione poſitis peperciſti, ita & nobis in præſenti tribulatione ſuccurre. Per. gg.

Miſerere iam, quæſumus Dne, populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem celeri propitiatione lætifica. Per. gg.

Auxiliare, Dne, quærentibus miſericordiam tuam, & da veniam confitentibus, parce ſupplicibus: ut qui noſtris meritis flagellamur, tua miſeratione ſalvemur. Per. gg.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut qui iram tuæ indignationis agnovimus, miſericordiæ tuæ indulgentiam conſequamur. Per. gg.

Deus, qui peccantium animas non vis perire, ſed culpas: contine, quam meremur iram, & quam precamur, ſuper nos effunde clementiam; ut de mœrore gaudium tuæ miſericordiæ conſequi mereamur. Per. gg.

Quæſumus, omnipotens Deus! afflicti populi lacrymas reſpice, & iram tuæ indignationis averte: ut qui reatum noſtræ infirmitatis agnoſcimus, tua conſolatione liberemur. Per. gg.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte. Per. gg.

Parce, Domine, parce populo tuo: ut dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret. Per. l. gg.

Intende, quæſumus Dne, preces noſtras: & qui non operando iuſtitiam correptionem meremur, afflicti in tribulatione clamantes reſpiremus auditi. Per. gg.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut qui offenſa noſtra per flagella cognoſcimus, tuæ conſolationis gratiam ſentiamus. Per. gg.

Ne deſpicias, omnipotens Deus! populum tuum in afflictione clamantem: ſed propter gloriam nominis tui tribulantibus (f. tribulatis*) ſuccurre placatus. Per.* gg.

Exaudi, Dne, gemitum populi tui: nec plus apud te valeat offenſio delinquentium, quam miſericordia indulta fletibus ſupplicantum. Per. gg.

Tribulationem noſtram, quæſumus Dne, propitius reſpice: & iram indignationis tuæ, quam iuſte meremur, propitiatus averte. Per. gg.

Omnipotens Deus! miſericordiam tuam nobis placatus impende: ut qui te contemnendo culpam incurrimus, confitendo veniam conſequamur. Per. gg.

Deus refugium pauperum, ſpes humilium, ſalusque miſerorum! ſupplicationes populi tui clementer exaudi: ut quos iuſtitia verberum fecit afflictos, abundantia remediorum faciat conſolatos. Per. g. gg.

Moveat pietatem tuam, quæſumus Dne, ſubiectæ tibi plebis affectus, & miſericordiam tuam ſupplicatio fidelis obtineat: ut quod meritis non præſumit, indulgentiæ tuæ largitate percipiat. Per. gg.

Deprecationem noſtram, quæſumus omnipotens Deus! benignus exaudi: & quibus ſupplicandi præſtas affectum, tribue defenſionis auxilium. Per. gg.

Averte, quæſumus Dne, iram tuam propitiatus a nobis: & facinora noſtra, quibus indignationem tuam provocamus, expelle. Per. gg.

Memor eſto, quæſumus Dne, fragilitatis humanæ: & qui iuſte verberas peccatores, parce propitiatus afflictis. Per. gg.

Aures tuæ pietatis, quæſumus Dne, precibus noſtris inclina: ut qui peccatorum noſtrorum flagellis percutimur, miſerationis tuæ gratia liberemur. Per. gg.

Orationes cottidianæ.

Deus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui, interius exteriusque cuſtodi: ut & ab omnibus adverſitatibus muniamur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per. gg.

Gratiæ tuæ, quæſumus Dne, ſupplicibus tuis tribue largitatem: ut mandata tua te operante ſectantes, conſolationem præſentis vitæ percipiant, & futuræ. Per. gg.

Adeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus! & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente beato ill. conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per. gg.

Subveniat nobis, quæſumus Dne, miſericordia tua: ut ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente ſalvari. Per. gg.

Vox clamantis eccleſiæ ad aures, quæſumus Dne, tuæ pietatis aſcendat: ut percepta venia peccatorum te fiat operante devota, te protegente ſecura. Per. gg.

Propitiare, Dne, ſupplicationibus noſtris, & animarum noſtrarum medere languoribus: ut remiſſione percepta in tua ſemper benedictione lætemur. Per. gg.

Propitiare, Domine, iniquitatibus noſtris, & exorabilis tuis eſto ſupplicibus: ut conceſſa venia, quam precamur, perpetuo miſericordiæ tuæ munere gloriemur. Per. gg.

Deus innocentiæ reſtitutor & amator, dirige ad te tuorum corda ſervorum: ut ſpiritus tui fervore concepto, & in fide inveniantur ſtabiles, & in opere efficaces. Per. in unitate eiusdem Spiritus. gg.

Eccleſiæ tuæ, Dne, voces placatus admitte: ut deſtructis adverſitatibus univerſis ſecura tibi ſerviat libertate. Per. gg.

Noſtris, Dne quæſumus, propitiare temporibus: ut tuo munere dirigatur & Romana ſecuritas, & devotio Chriſtiana. Per. gg.

Largire, quæſumus Dne, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem: ut pariter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſerviant. Per. gg.

Prætende, Dne, fidelibus tuis dexteram cæleſtis auxilii: ut te toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant, conſequi mereantur. Per. gg.

Gaudeat, Dne quæſumus, plebs tua beneficiis impetratis: & cui fiduciam ſperandæ pietatis indulges, optatæ miſericordiæ præſta benignus effectum. Per. gg.

Da nobis, Dne quæſumus, perſeverantem in tua voluntate famulatum: ut in diebus noſtris & merito & numero populus tibi ſerviens augeatur. Per. gg.

Fideles tuos, Dne quæſumus, corpore & mente pariter purifica: ut tua inſpiratione compuncti, noxias delectationes vitare prævaleant. Per. gg.

Dies noſtros, quæſumus Dne, placatus intende: pariterque nos & a peccatis abſolve propitius, & a cunctis eripe benignus adverſis. Per. gg.

Fami-

Familiæ tuæ, Dne quæſumus, eſto protector, & miſericordiam tuam concede poſcenti: quæ tibi ſemper fiat obediens, & tua dona percipiat. Per. gg.

Da, quæſumus Dne, populo tuo ſalutem mentis & corporis: ut bonis operibus inhærendo, tua ſemper mereatur protectione defendi. Per. gg.

Excita, Dne quæſumus, tuorum fidelium voluntates: ut divini operis fructum propenſius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per. gg.

Proficiat, Dne quæſumus, plebs tibi dicata piæ devotionis affectu: ut ſacris actionibus erudita, quanto maieſtati tuæ ſit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per. g. gg.

Protegat, Dne quæſumus, tua dextera populum ſupplicantem: ut præſentem vitam ſub tua gubernatione transcurrens, mereatur invenire perpetuam. Per. gg.

Reſpice, Dne, propitius plebem tuam, & toto tibi corde ſubiectam præſidiis invictæ pietatis attolle. Per. gg.

Adeſto, Dne, ſupplicibus tuis, & ſpem ſuam in tua miſericordia collocantes tuere propitius: ut a peccatorum labe mundati in ſancta converſatione permaneant. Per. gg.

Libera, Dne quæſumus, a peccatis & boſtibus tibi populum ſupplicantem: ut in ſancta converſatione viventes, nullis afficiantur adverſis. Per. gg.

Excita, Dne, tuorum corda fidelium: ut ſacris intenta doctrinis, & intelligant quod ſequantur, & ſequendo fideliter apprehendant. Per. gg.

Da ſalutem, Dne quæſumus, populo tuo mentis & corporis, & perpetuis conſolationibus tuorum reple corda fidelium: ut tua protectione relevati, & pia tibi devotione complaceant, & tua ſemper beneficia conſequantur. Per. gg.

Quæſumus, omnipotens Deus! ne nos tua miſericordia derelinquat: quæ & errores noſtros ſemper amoveat, & noxia cuncta depellat. Per. gg.

Omnipotens ſempiterne Deus! univerſa nobis adverſantia propitiatus exclude: ut mente & corpore pariter expediti, quæ tua ſunt, liberis mentibus exequamur. Per. gg.

Tuere, Dne, populum tuum: & ſalutaribus præſidiis ſemper adiutum beneficiis attolle continuis & mentis & corporis. Per. gg.

Purifica, quæſumus Dne, tuorum corda fidelium: ut a terrena cupiditate mundati, & præſentis vitæ periculis exuantur, & perpetua donatione firmentur Per. gg.

Aliæ. (1)

Benedictionem tuam, Dne, populus fidelis accipiat: qua corpore ſalvatus ac mente, gratam tibi ſemper exhibeat ſervitutem, & propitiationis tuæ beneficia ſemper inveniat. Per. g. gg.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, & dies noſtros in tua pace diſpone: ut a cunctis perturbationibus liberati, tranquilla tibi ſervitute famulemur. Per. gg.

Incipit

(1) Duæ orationes ſequentes ex *Petrobuſano*, in quo pleræque præcedentium deſiderantur, ſunt deſumtæ.

Digitized by Google

Incipit Ordo Baptiſterii. (1)

Miſſa, quæ per Scrutinium celebratur. (2)

Da, quæſumus Domine, electis noſtris digne atque ſapienter ad confeſſionem tuæ laudis accedere: ut dignitate priſtina, quam originali transgreſſione perdiderant, per tuam gratiam reformentur. Per. *g.* *Secreta.*

Miſeratio tua, Deus, ad hæc percipienda myſteria famulos tuos, quæſumus, & proveniat (l. *præveniat*) competenter, & devota converſatione perducat. Per. *g.*

Infra Actionem

Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, qui electos tuos ſuſcepturi ſunt ad ſanctam gratiam Baptiſmi tui. *Et taces, & recita nomina virorum ac mulierum, qui ipſos infantes ſuſcepturi ſunt, & intras.* Et omnium circumadſtantium, quorum tibi fides cognita eſt. *g.*

Req. (3)

Hanc igitur oblationem, Domine, ut propitius ſuſcipias deprecamur; quam tibi offerimus pro famulis & famulabus tuis, quos ad æternam (ed. *vitam*), & beatum gratiæ tuæ donum eligere, atque vocare dignatus es. Per Chriſtum.

Quam oblationem. *Et recitantur nomina electorum: poſtquam recenſita fuerunt, dices:*

Hos, Domine, fonte Baptiſmatis innovandos, Spiritus tui munere ad ſacramentorum tuorum plenitudinem poſcimus præparari. Per Chriſtum. Diesque noſtros. *g.* *Poſt Comm.*

Adeſto, Domine quæſumus, redemptionis effectibus: ut quos ſacramentis æternitatis inſtituis, eosdem protegas dignanter optatos. (*g. aptandos.*) Per. *g.*

Super populum.

Suppliciter, Domine, ſacra familia munus tuæ miſerationis expectat: concede quæſumus, ut quod te iubente deſiderat, te largiente percipiat. Per. *g.*

Item Miſſa pro Scrutinio. (4)

Omnipotens ſempiterne Deus, Eccleſiam tuam ſpiritali fœcunditate multiplica: ut qui ſunt generatione terreni, fiant regeneratione cœleſtes. Per. *g.*

Secreta.

Remedii ſempiterni munera, Domine, lætantes offerimus, ſuppliciter exorantes: ut eadem nos & digne venerari, & pro ſalvandis congruenter exhiberi perficias. P. *g.*

Infra actionem ut ſupra. Poſt Comm.

Tu ſemper, quæſumus Domine, tuam adtolle benignus familiam, tu diſpone correctam, tu propitius intuere ſubiectam: tu guberna perpetua benignitate ſalvandam. Per. *g.* (5)

Tu famulis tuis, quæſumus Dne, bonos mores placatus inſtitue: tua in eis, quod tibi placitum ſit, dignanter infunde: ut & digni ſint, & tua valeant beneficia promereri. Per. *g.* *Item*

(1) Codex noſter *Rhenangienſis Gelaſianus* poſt preces matut. & veſpert. complectitur ordinem, qui in adminiſtrando baptiſmo in Quadrageſima ritu *Gelaſiano* olim adhibebatur: qui vero in edito Ven. THOMASII opp. T. VI. L. I. ſuo loco habetur, incipiendo ſcilicet Dominica III. Quadrageſimæ ſive feria II. ubi ſcrutinia electorum ſive baptizandorum ſumebant initium. De quo autem ritu nihil in *Gregoriano* occurrit, uſque ad Sabbatum S. Quamvis vero hic ordo baptiſterii ad Miſſas haud pertineat, cum tamen hic damus, cum & in editis iisdem ſit inſertus.

(2) Leg. *pro ſcrutinio.* Eſt autem hæc prima Miſſa de eo, ſeu Dominica III. Qradrag.

(3) Ed. Gelaſ. *Item intra actionem.*

(4) In citato *Gelaſ* habetur Dominica IV. Quadrag.

(5) In edit. ſequens oratio eſt ſuper populum & incipit: *Tu famulos tuos quæſ. Dom. bonis moribus &c.*

Digitized by Google

Item alia pro Scrutinio in auris apertione. (1)

Concede, Dne, electis noſtris, ut ſanctis edocti myſteriis & renoventur fonte baptiſinatis, & inter eccleſiæ tuæ membra numerentur. Per. *g.*

Alia. (i. e. *Secreta.*)

Exaudi nos, omnipotens Deus, & famulos tuos, quos fidei chriſtianæ primitiis imbuiſti, huius ſacrificii tribuas operatione mundari. Per. *g.*

Infra actionem ut ſupra.

Poſt Commun.

Concurrat, quæſumus Dne, populus tuus, & toto tibi corde ſubiectus obtineat, ut ab omni perturbatione ſecurus, & ſalvationis ſuæ gaudia promtus exerceat, & pro generandis (g. *regenerandis*) benignus exoret. Per. *g.*

Ad populum.

Deus, qui conſaluti (g. *cum ſalutem*) hominum ſemper operaris, nunc tamen populum tuum gratia abundantiori multiplicas: reſpice propitius ad electionem tuam, ut paternæ protectionis auxilio & regenerandos munias & renatos. Per. *g.*

Denunt. pro Scrutinio, quod in hebdom. III. in Quadrag. ſecunda feria initiatur.

Scrutinii diem, dilectiſſimi fratres! (ed. (*quo*) electi noſtri divinitus inſtruantur, imminere cognoſcite: ideoque ſolicita devotione ſuccedente ſeque (*nte*) illa feria circa horam diei ſextam convenire dignemini: ut cœleſte myſterium, quod diebus (g. *quo diabolus*) cum ſua pompa deſtruetur, & ianua regni cœleſtis aperitur, inculpabili Deo iubente (g. *iuvante*) miniſterio peragere valeamus. Per. *g.*

Aut ante horam quintam (*ed.* Cum autem) *venerint ad Eccleſiam, ſcribantur nomina infantium ab acolytho; & vocantur in Eccleſiam per nomina, ſicut ſcripti ſunt; & ſtatuuntur maſculi in dexteram partem, fœminæ in ſiniſtram* (2), *& adnuntiat Diaconus dicens*: Orate electi, flectite genua.

Poſtquam oraverint, dicit: Levate. Complete orationem veſtram in unum, & dicite: Amen. *Et reſpondent* Amen.

Signate illos. Accedite ad Benedictionem. *Poſtquam ſignaverint, dicat orationem Presbyter ſuper eos his verbis:*

Orationes ſuper electos ad Catechumenum faciendum. Ex his tribus orationibus unam, qualem volueris, dices. (3)

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hos famulos tuos, quos ad rudimenta fidei vocare dignatus es. Omnem

(1) In editis eſt hæc Miſſa tertia pro ſcrutinio, Dominica V. Quadrag. Titulum vero *in auris apertione* non exhibent: qui tamen ritus in tertia hac Miſſa pro ſcrutinio obſervabatur, ubi baptizandi primo ad Evangelii lectionem in Miſſa audiendam admittebantur, qua de re vid. THOMASIUS T. VI. opp. n. 33. nota 3. ritus autem huius apertionis habetur in editis ante Dominicam Palmarum.

(2) Gelaſ. ed. *& dat orationem presbyter ſuper eos.* deinde oratio *Omnipotens.* cætera autem hic interpoſita ibi deſunt: ſupplentur autem apud THOMAS. T. VI. L. I. n. 32. nota 1. ubi totus hic ritus deſcribitur.

(3) Hæc rubrica: *Ex his tribus &c.* deeſt in editis, *Gregorianum* quoque unam tantum, primam nempe, orationem, ſed pro uno ſolum, exhibet.

nem cæcitatem cordis ab eis expelle: disrumpe omnes laqueos ſatanæ, quibus fuerant colligati. Aperi eis, Domine, ianuam pietatis tuæ, & ſigno ſapientiæ tuæ imbuti omnium cupiditatum fœtore careant, & ad ſuavem odorem præceptorum tuorum læti tibi in Eccleſia deſerviant, & proficiant de die in diem: ut idonei efficiantur accedere ad gratiam Baptiſmi tui percepta medicina. Per Dnm. *g. gg.* (1)

Benedictio Salis dandi Catechumenis.

Exorcizo te, creatura ſalis, in nomine Dei Patris omnipotentis, & in caritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in virtute Spiritus ſancti. Exorcizo te per Deum vivum, & per Deum verum, qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per ſervos ſuos conſecrari præcepit. Proinde rogamus te, Domine Deus noſter, ut hæc creatura ſalis in nomine ſanctæ Trinitatis efficiatur ſalutare ſacramentum ad effugandum inimicum; quod tu, Domine, ſanctificando ſanctifices, benedicendo benedicas, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *g. g g.*

Expleta autem iſta oratione accipit de ipſo ſale, & ponit in ore infantium, dicendo; Accipe ill. ſalem ſapientiæ propitiatus in vitam æternam. (2)

Deus patrum noſtrorum, Deus univerſæ conditor veritatis, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum reſpicere digneris propitius; ut hoc primum pabulum ſalis guſtantem non diutius eſurire permittas, quo minus cibo expleatur cœleſti; quatenus ſit ſemper, Domine, ſpiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſerviens. Perduc eum ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per. *g. gg.*

Tunc .... (3) *facit crucem in frontibus ſingulariter imponens manus ſuper eos, dicens orationem excelſa voce his verbis:*

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: Deus, qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte. Te quæſumus, Domine, ut mittere digneris ſanctum Angelum tuum, (ed. *ut*) ſimiliter cuſtodiat & hos famulos tuos ill. & perducat eos ad gratiam baptiſmi tui. *g. gg.*

Ergo, maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius, & Spiritui ſancto, & recede ab his famulis Dei: quia iſtos ſibi Deus & Domi-

(1) Reliquæ duæ orationes, quæ in titulo citantur, & habentur in editis, hic ſunt omiſſæ, ſcil. *Preces noſtras.* & : *Deus, qui humani generis.*

(2) In ed. rubrica: *benedictio poſt datum ſalem.*

(3) Hic relinquitur in codice ſpatium vacuum, in quod forte ex editis ſubſtituendum *Acolythus*; vel *Diaconus*; ita enim habent: *Item exorciſmi ſuper electos, quos acolythi, impoſita manu ſuper eos, dicere debent.* Mox tamen infra exorciſmus a Diacono dicendus præſcribitur: licet de hoc nihil ſit in editis. In *Gregoriano* hæc ipſi Sacerdoti tribuuntur.

Digitized by Google

Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque baptiſmatis dono vocare dignatus eſt: per hoc ſignum ſanctæ Crucis, frontibus eorum quod nos damus, tu maledicte diabole numquam audeas violare. Per. *g. gg.*

Super feminas.

Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus omnium bene viventium, Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur cœleſtium & terreſtrium, & infernorum. Te invoco, Domine, ut has famulas tuas perducere eas & cuſtodire digneris ad gratiam baptiſmi tui. Ergo maledicte. *Ut ſupra. g.*

Item adnuntiat Diaconus, ut ſupra, ſuper maſculos.

Audi maledicte ſatanas, adiuro te per nomen æterni Dei, & Salvatoris noſtri Filii Dei, cum tua victus invidia tremens gemensque diſcede. Nihil ſit tibi commune cum ſervis Dei, iam cœleſtia cogitantibus, renuntiaturis tibi ac ſæculo tuo, & beatæ immortalitatis (ed. *immortalitati*) victuris. Da igitur honorem advenienti Spiritui ſancto, (1) qui ſumma cœli archa diſcedens pro turbatis fraudibus tuis divino purgata pectora, id eſt, ſanctificata, Deo templum & habitum (l. *habitaculum*) perficiat: & ab omnibus penitus noxuris (2) præteritorum criminum liberati ſervi Dei gratias perenni Deo referant ſemper, & benedicant nomen eius ſanctum in ſæcula ſæculorum. Per. *g.*

Ad Feminas.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus, qui tribus Iſrael monuiſti, & Suſannam de falſo crimine liberaſti: Te ſupplex deprecor, Domine, ut liberes & has famulas tuas, & perducere digneris ad gratiam baptiſmi tui. Ergo maledicte. *g.*

Item adnuntiat Diac. ut ſupra, Catechum.

Exorcizo te, immunde ſpiritus, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, ut exeas & recedas ab his famulis Dei. Ipſe enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus ſupra mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte. *Ut ſupra. g.*

Item ſuper Feminas.

Exorcizo te, immunde ſpiritus, per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ut exeas & recedas ab his famulabus Dei. Ipſe enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitavit. Ergo maledicte. *g.*

De iſto loco in antea tam ſuper maſculos, quam feminas æqualiter compleantur: imponis manum ſuper caput eius, & dicis: (3)

Æternam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus luminis & veritatis, ſuper hos famulos tuos, & famulas tuas, ut

(1) Sequentia ita leguntur in editis: *Qui ex ſumma cœli arce deſcendens, perturbatis fraudibus tuis, divino fonte purgata &c.*

(2) Ed. *noxiis*, forte melius leg. *noxis.*

(3) Rubtica hæc deeſt in editis, in quibus habetur: *Sequitur oratio, quam Sacerdos dicere debet.* Cæterum hi exorciſmi nec in *Gothico* nec in *Gallico* ſacramentariis habentur.

Digitized by Google

ut digneris eos illuminare lumine intelligentiæ tuæ. Munda eos & ſanctifica. Da eis ſcientiam veram, ut digni efficiantur accedere ad gratiam Baptiſmi tui. Teneant firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut apti ſint ad percipiendum gratiam tuam. Per. *g. gg.* (1)

Sabbato . . . . reddentes ſymbolum prius cathecum. Inpoſita ſuper caput eorum manu his verbis:

Nec te latet, ſatanas, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicii, diem ſupplicii, diem, qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi atque univerſis angelis tuis æternus veniet interitus. Proinde damnate, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Ieſu Chriſto Filio eius & Spiritui ſancto: in cuius nomine atque virtute præcipio tibi, quicumque es ſpiritus inmundus, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei, quem hodie Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque Baptiſmatis, dono Spiritus ſancti vocare dignatus eſt: ut fiat eius templum per aquam regenerationis, in remiſſione omnium peccatorum; In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. *g. gg.*

Deinde . . . . . (2)

Effeta, quod eſt adaperire in odorem ſuavitatis: tu autem effugare diabole, adpropinquavit enim iudicium Dei. (3)

. . . . . .

Abrenuntias ſatanæ? ℟. Abrenuntio. Et omnibus operibus eius? ℟. Abrenuntio. Et omnibus pompis eius? ℟. Abrenuntio. (4) *Dicit Presbyter.* Ego te linio de oleo ſalutis in Chriſto Ieſu Domino noſtro in vitam æternam. Amen. (5) *Symbolum impoſita manu ſuper capita ipſorum.*

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ? ℟. Credo.

Credis & in Ieſum Chriſtum Filium eius unicum Dominum noſtrum, natum & paſſum? ℟. Credo.

Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, vitam æternam, Amen? ℟. Credo. *g.* (6)

Complete orationem veſtram in unum, & dicite, Amen. *Et reſpondent omnes:* Amen. *Iterum admonentur ab Archidiacono his verbis:* Catechumeni recedant, omnes Catechumeni exeant foras. Filii kariſſi-

(1) Sequitur hic in editis *Expoſitio Evangeliorum in aurium apertionem ad electos, præfatio ſymboli & oratjonis Dominicæ:* quæ omnia in noſtro codice non continentur. In Sabbato ſancto iterum pergunt editi: *Sabbatorum die, mane reddunt infantes ſymbolum. Prius catechizas eos, inpoſita &c.* unde manca in codice noſtro inſcriptio ſuppletur.

(2) Ex editis hæc lacuna ita ſupplenda: *Tanges ei nares & aures de ſputo, & dicis ei ad aurem: Ephpheta &c.*

(3) Et hæc lacuna codicis ita ſupplenda: *Poſtea vero tangis ei pectus & inter ſcapulas de oleo exorcizato: & vocato nomine ſingulis dicis.*

(4) Unctio hæc, ſive unctionis formula nec in *Gelaſiano*, nec in *Gregoriano* editis habetur.

(5) Ed. *inde vero dicis ſymbolum &c. impoſita manu ſuper capita ipſorum.* Et mox pergunt: *Poſtea vero dicitur eis ab Archidiacono*, orate electi, flectite genua, complete &c. ut infra. *Iterum dicit Diaconus:* Filii &c. infra. Quæ autem hic habentur interrogationes *Credis &c.* In editis primum poſt fontis benedictionem ponuntur.

(6) S. HIERONYMUS contra *Luciferianos* huius ritus mentionem iniiciens, *Præterea*, inquit, *quum ſolemne ſit, in lavacro poſt Trinitatis confeſſionem interrogare: Credis ſanctam Eccleſiam? Credis remiſſionem peccatorum &c.*

Digitized by Google

kariſſimi revertimini locis veſtris, & expectantes horam, qua poſſit circa nos Dei gratia Baptiſmus operari. *g.*

Deinde . . . . . (1)

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Et dicit. Benedictio fontis. (2)

(3) *In ordine ſuo inde benedicto baptizas unumquemque:*

Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum: Ipſe te liniet Chriſmate ſalutis in Chriſto Ieſu Domino noſtro in vitam æternam. ℟. Amen. *g. gg.*

Sabbato ſancto Pentecoſtes celebrabitur Baptiſmus, ſicut in nocte ſancta Paſchæ.

(4) *Ægrotanti Catechumeno imponit manum his verbis:*

Medelam tuam (5) deprecor Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, quas tribuit humanis infirmitatibus Chriſtus, erige famulum tuum ill. ægritudinis languore depreſſum, & omnem ſenſum eius dignare viſitationibus tuis refovere; quatenus adoptionem tuis expoſcit (ed. *tuam poſſit*) cum gaudio ſanitatis percipere. Expelle itaque ab eo cuncta contrariæ valetudinis tela, ut ad gratiam tuam gradanter (6) occurrat. Releva, quem redimere gloriaris, ut baptiſmi ſit in illo palma non mortis, & glorioſum ſemper baiulat (ed. *baiulet*) quod accepit, ſignaculum ſanctæ Crucis. Per Xpm Dnm noſtrum, qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos. *g.*

Impoſita manu energumen. Catechumenum. (7)

Omnipotens ſempiterne Deus, a cuius facie cœli diſtillant, montes ſicut ceræ liqueſcunt, terra tremuit (ed. *tremit*) cui patent abyſſi, quem infernus paveſcit, quem omnipotens (ed. *omnis*) irarum motus aſpiciens humiliatur. Te ſupplex deprecor, Dominator Domine, ut invocatione nominis tui ab huius famuli tui vexationibus inimicus confuſus abſcedat, & ab huius poſſeſſione anima liberata ad aurem (l. *auctorem*) ſuæ ſalutis recurrat; liberatoremque ſuum, diabolico fœtore depulſo, & odore ſuaviſſimo Spiritus ſancti percepto ſequatur. Per. *g. gg.*

Item alia pro Parvulo energumeno.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, virtutem (*tuam*) totis exoro gemitibus pro huius a diabolo oppreſſa infantia; qui etiam indignis preſſuris (ed. *inter preſſuras*) donas præſidium, exſurge pro infantia debellata, & noli diu retinere vindictam; nec ante conſpectum tuum veniant parentum delicta, quin & (l. *qui nec*) pro filio patrem, nec

(1) Supplendum ex editis: *Procedunt ad fontes cum Letania ad baptizandum.*

(2) Supra ſuo ordine in Sabb. S. p. 85. poſitam benedictionem fontis hic omittimus.

(3) Finita benedictione in codice noſtro *Rhenaug.* immediate ſequitur rubrica: *In ordine &c.* Cæterum plura huc pertinentia vid. ſupra. p. 87. ſeq.

(4) Ritus hic infirmum baptizandi in *Gelaſiano* edito habetur T. VI. opp. Ven. THOMASII in Sabbato Pentecoſtes: & quædam orationes in *Gregoriano* apud MURAT. n. 144. ſeqq. pag. 237. & p. 263. quæ etiam habentur in cod. *San-Blaſiano.*

(5) In edit. *Innumeras medela tuæ curas . . . quas.*

(6) Sic & edit. ſed leg. *gratanter.*

(7) I. e. impoſitio manus ſuper energumenum catechumenum.

nec pro patre filium promisisti iudicari. Auxiliare, quæsumus, inimici furore vexato, ne sine baptismate facias eius animam a diabolo possidere (ed. *possideri*) sed potius tenera ætas maligni oppressionibus liberata referat gratias sempiternas. Per Dnm. *g. gg.*

Oratio super Catechumenum infirmum.

Famulum tuum, Domine, ad tui baptismi gratiam recurrentem respice (ed. *respicere*) & conservare dignare: ut in tui nominis signo, quicquid in eum (ed. *eo*) per originalis peccati transgressionem pœnæ obnoxium diabolus detinebat, sacri fontis indulgentia resolvatur: veteris hominis exsuvias deponat, & novæ vitæ indutus amictu resurgat. Omnis (l. *omnia*) nequissimi spiritus ab eo venena depelle, & salutaris baptismi tui gratia adimple, ut tui muneris perceptione in æternam vitam valeat exultare. Per. *g.*

Si fuerit baptizandus, Sacerdos dicit Orationem & symbolum, & catechizat eum his verbis imposita manu super caput eius. Nec te latet satanas. *Sicut scriptum est in Sabb. Sco. Deinde dicit hanc orationem super eum:*

Te, Domine, supplices exoramus, ut visitatione tua sancta erigas ad te hunc famulum tuum, ne adversario liceat usque ad tentationem animæ pervenire; sed in eo sicut in Iob terminum pone, ne inimicus de anima huius fine redemptione baptismatis incipiat triumphare. Differ, Domine, exitum mortis, qui iudicas de futuris, & spatium vitæ extende: releva, quem perducis ad baptismi sacramentum, ne redemptioni tuæ inferas damnum: tolle occasionem diabolo triumphandi, & reserva, in quem triumphes, compares Christi, (1) ut sanus tibi in Ecclesia tua gratia baptismatis renascatur, facturus cuncta, quæ petimus. *g. & ex parte gg.*

Gentilem hominem cum susceperis, catechizas eum divinis sermonibus, & da (das) *ei monitum, quemadmodum post cognitam veritatem vivere debeat. Post hæc facis eum Catechumenum, exsufflas in faciem eius, & facis ei crucem in fronte, & imponis ei manum super caput eius in his verbis:*

Accipe signum crucis tam in fronte quam in corde, & sume fidem cœlestium præceptorum: talis esto moribus, ut templum Dei iam esse possis, ingressusque Ecclesiam Dei evasisse te laqueos (ed. *mortis*) lætus agnosce. Horresce idola, respice simul agricolam (ed. *respue simulacra, cole*) Deum Patrem omnipotentem, & Iesum Christum Filium eius, qui vivit cum Patre & sancto Spiritu per omnia sæcula sæculorum. *g.*

Te deprecor, Domine sancte Pater omnipotens æterne (ed. *Deus, ut*) huic famulo tuo, qui in sæculi huius nocte vocatur (ed. *vagatur*) incertus & dubius, viam veritatis & agnitionis iubeas demonstrari; quatenus reseratis oculis cordis tui (ed. *sui*) te unum Deum Patrem in Filio, & Filium in Patre cum Spiritu sancto recognoscat, atque huius confessionis fructum

&

(1) l. *quem triumphis compares Christi.*

Digitized by Google

& hic & in futuro ſæculo percipere mereatur. Per. *g.*

Deinde vero, poſtquam guſtaverit medicinam ſalis, & ipſe ſignaverit, dices (*ed.* benedicis) *eum his verbis:*

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui es, & qui eras, & permanes uſque in finem, cuius origo neſcitur, nec finis comprehendi poteſt: Te, Domine, ſupplices invocamus ſuper hunc famulum tuum, quem liberaſti de errore gentilium & converſatione turpiſſima. Dignare exaudire eum, qui tibi cervices tuas (*ſuas*) humiliat; perveniat ad lavacri fontem, ut renatus ex aqua & Spiritu expoliatus veterem hominem induatur novum, qui ſecundum te creatus eſt; accipiat veſtem incorruptam & immaculatam, tibique Domino noſtro ſervire mereatur. Per. *g.*

Item ad ſuccurrendum infirmum Catechumenum.

Si baptizatus (*ed.* baptizandus) *fuerit, accedens Sacerdos dicet ſuper eum orationes, quæ ſupra ſcriptæ ſunt, & tradit ei ſymbolum & orationem, & catechizat eum his verbis:*

Nec te latet ſatanas. *Et reliqua ſicut ſupra in nocte ſancta ſcriptum eſt. Inde de ſaliva oris tui cum digito tangis nares & aures, & dices ei:*

Effeta (*ephpheta*) quod eſt, adaperire in odore ſuavitatis. Tu autem effugare diabole, adpropinquavit enim iudicium Dei.

Deinde tangis ei pectus & inter ſcapulas de oleo exorcizato ſub has orationes: (1) Abrenuntias ſatanæ? ℟. Abrenuntio. Et omnibus operibus eius? ℟. Abrenuntio. Et omnibus pompis eius? ℟. Abrenuntio.

Cum autem expoliatur infirmus benedices fontem incipiendo Orat.

Exaudi nos omnipotens Deus, & in huius aquæ ſubſtantiam tuam immiſce virtutem, ut abluendus per eam & ſanitatem ſimul & vitam mereatur æternam. *g.*

Item Bened. aquæ ad ſuccurrendum. (2)

Exorcizo te, creatura aquæ, per Deum vivum, per Deum ſanctum, per Deum totius dulcedinis Creatorem, qui te in principio verbo ſeparavit a terra, & in quatuor fluminibus dividens totam terram rigare præcepit. Adiuro te & per Ieſum Chriſtum Filium eius unicum Dominum noſtrum, ut efficiaris in eo, qui in te baptizandus erit, fons aquæ ſalientis in vitam æternam, regenerans eum Deo Patri & Filio & Spiritui ſancto; qui venturus eſt iudicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem, Amen. *g.* (3)

Item alia Benedictio.

Exorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis, & in nomine Ieſu Chriſti Filii eius, & Spiritus ſancti. Omnis virtus adverſarii, omnis incurſio diaboli, omne phantaſma eradicare & effugare ab hac creatura aquæ, ut fiat fons ſalientis in vitam æternam: ut cum baptizatus fuerit, fiat templum

(1) Ed. *ſub his interrogationibus.*

(2) Scilicet *ad baptizandum infirmum*, qualis partim etiam habetur in *Gregoriano* l. c. pag. 263. & in *San-Blaſ.*

(3) Hic in vulgato *Gelaſ.* interponitur alia adhuc oratio & benedictio ad ſuccurrendum: & ſequitur

plum Dei vivi in remiſſionem peccatorum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui venturus eſt. *g. gg.*

Et antequam perfundas eum aqua, interrogas eum verba Symboli dicens:

Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ? ℟. Credo.

Credis & in Ieſum Chriſtum Filium eius unicum Dominum noſtrum, natum & paſſum? ℟. Credo.

Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem & vitam æternam? ℟. Credo.

Tertio in aqua, & cum interrogas eum, per ſingulas vices immergis eum. (1)

Poſtea cum aſcenderit a fonte, infans ſignatur a Presbytero de Chriſmate his verbis:

Deus omnipotens Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu ſancto. *Et reliqua.*

Poſtea ſi fuerit Oblata, agenda eſt Miſſa, & communicant: ſin autem, dabis ei tantum ſacramenta Corporis & Sanguinis Chriſti, dicens:

Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit tibi in vitam æternam. *Et* ℟. Amen

Et das ei orat. ita dicens:

Omnipotens ſempiterne Deus, qui regeneraſti famulum tuum ex aqua & Spiritu ſancto, quique dediſti ei remiſſionem omnium peccatorum; tribue ei continuam ſanitatem ad agnoſcendam unitatis veritatem. Per. *g.* (2)

Ad Clericum faciendum. (3)

Oremus, dilectiſſimi fratres! Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum pro hoc famulo ſuo ill. qui ad deponendam comam capitis ſui pro amore Chriſti feſtinat, ut donet ei Spiritum ſanctum, qui habitum religionis in eo perpetuo cuſtodiat, & a mundi impedimentis vel ſeculari deſiderio eius corda cuſtodiat, ut ſicut immutatus erat (Greg. *immutatur*) in vultu, ſta manus dexteræ ſuæ in eum (4) virtute perfectionis boni operis tribuat in actu, & ab omni cæcitate ſpiritali oculos aperiat, ac lumen æternitatis (5) gratiæ concedat. Per. *g g.*

Dum tondes eum.

Ant. Tu es Dne, qui reſtitues mihi hereditatem meam.

℣. Dnus pars hereditatis meæ. *Et Gloria. gg.* *Item alia.*

Ant. Hæc eſt generatio quærentium Dominum.

℣. Hic accipiet benedictionem a Domino. *Et gloria.*

Et dicit orationem.

Omnipotens ſempiterne Deus, propitiare peccatis noſtris (6) & ab omni ſer-

(1) In vulgato Gelaſ. *Et cum interrogas per ſingulas vices mergis eum tertio in aquam. Poſtea &c.*

(2) Sequitur in editis alia oratio, & demum confignatio ſeu confirmatio ab Epiſcopo facienda: quæ tamen in noſtro codice deeſt.

(3) Ita poſt anniverſariam dedicat. Baſilicæ, quæ ſupra habetur, in noſtro *Rhenaugienſi* notatur: & in altera parte eiusmodi argumenti plura recurrent. Conf. MARTENE de antiquis Eccleſ. ritibus T. II. p. 187.

(4) Forte ex Greg. *in eo . . . tribuat incrementa, ut &c.* ed. *manus dexteræ eius ei virtutis tribuat incrementa.*

(5) Ed. *lumen ei æternæ gratiæ.*

(6) Apud MARTEN. ita legitur: *& da, ut ab omni ſervitute ſeculariſ habitus liber hic famulus tuus, dum ignominiam deponit, tua ſemper gratia perfruatur &c.* quæ ſequuntur, melius hic, quam ibi habentur.

Digitized by Google

ſervitute ſæculari habitum hunc famulum tuum ill. dum ignominia deponat, tua ſemper in eum perfruatur gratia, & ſicut ſimilitudine coronæ tuæ ornatum geſtare feciſti, ſic tua virtute & hereditatem ſubſequi mereatur in corde. Per.

Poſtquam tonſuratus eſt, ſeq. Oratio.

Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut famulum tuum ill. (1) cui hodie capitis comam ſuam pro divino amore depoſuimus, ut in tua dilectione perpetua maneat, & eum ſine macula in ſempiternum cuſtodias. Per. *g g.*

Pro his, qui prius (primo) *barbam tondit.* (2)

Deus, cuius providentia creatura omnis crementis ad alta congaudet propitius, ſuper hunc famulum tuum iuvenili ætatis decore lætantem, & florem primis auſpiciis adtondentem adeſto in omnibus tuæ protectionis muniamur auxilium evo longiore profectus & preſentis vitæ præſidiis gaudeat & æternis. *g. g g.*

Item Miſſa. Conſecratio Presbyteri. (3)

Deus, cuius arbitrio omnium ſæculorum ordo decurrit, reſpice propitius ad noſtri temporis ætatem: ut tibi ſervitus noſtra complaceat, & miſericordiæ tuæ in nobis dona concede. Per. *l. g.*

Super oblata.

Muneribus noſtris, Dne, precibusque ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per. *l. g. g g.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offero ego tuus famulus ob diem, quo me nullis dignum meritis, ſed ſolo miſericordiæ tuæ dono, ad hunc locum perducere dignatus es presbyteri (ed. *presbyterii*), quæſo placatus accipias, Maieſtatem tuam ſuppliciter exorans: ut ſicut me ſacris altaribus tua dignatio ſacerdotali ſervire præcepit officio, ita dignum præſtet & meritum. Quam oblationem &c. *l. g.*

Poſt Commun.

Purificet nos, Dne, cœleſtis executio ſacramenti: & ad tuam magnificentiam capiendam divinis affectibus ſemper inſtauret. Per. *l. g.* *Incipit*

(1) Ed. *Deus famulo tuo ill. cuius &c.*

(2) In edito *Gelaſ.* oratio hæc æque mendoſa eſt, ac in Mſc. noſtro: eam igitur ex altero Mſ. *Rhenaug.* & edito *Gregor.* emendatam damus: *Deus, cuius providentia creatura omnis incrementis adulta congaudet! exaudi preces noſtras ſuper hunc famulum ill. iuvenilis ætatis decore lætantem, & florem primis auſpiciis adtondentem: adeſto Dne, ut in omnibus protectionis tuæ muniatur auxilio, evoque longiori provectus, & præſentis vitæ præſidiis gaudeat & æterna. Per. g. g g.*

(3) In edito *Gelaſiano* inſcribitur: *In Natali conſecrationis Presbyteri*, ſeu anniverſaria die recurrente. Huius generis Miſſæ ſequentes exſtant in cod. *San-Gallenſi* triplicis ritus: *in natalitio conſecrationis Papæ.* Or. *Deus, qui licet ſis magnus &c.* Alia: *Deus qui populis &c.* Secreta: *Hoſtias tibi Dne laudis.* Præfatio: *VD. Ut quia in manu tua.* Ad Comm. *Corporis ſacri.* Ut in Elig. T. III. opp. *S. Greg.* p. 226. Altera *Miſſa Epiſcopi pro ſe annuali die ordinationis* l. c. p. 227. & apud THOMAS. T. VI. p. 121. or. *Deus qui non propriis.* Alia: *Deus mundi rector.* Secreta: *Ad gloriam Dne.* Ad Comm. *Replentur conſolationibus.* Item Miſſa Gelaſ. in natali conſecrationis Presbyteri; or. *Deus cuius arbitrio.* Alia: *Deus, qui digne tibi ſervientium.* Secreta: *Muneribus noſtris.* Alia: *Auſer a nobis.* Præf. *VD. Qui diſſimulatis peccatis.* Ad Comm. *Purificet nos.* ib. p. 119. Alia Miſſa Gel. *Dne ſancte Pater.* Secreta: *Perfice Dne.* Præf. *Me tibi ſemper & ubique.* Ad Comm. *Da nobis quæſ.* ib. p. 186. Item alia Miſſa. *In Natl. conſecrationis Diaconi.* or. *ad preces noſtras.* Secreta: *Suſcipe Dne.* Ad Comm. *Præſta quæſ. Dne.* ib. p. 118.

Digitized by Google

[*Incipit actio nuptialis.* (1)

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & inſtitutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinaſti, benignus aſſiſte: ut quod te auctore iungitur, te auxiliante ſervetur. Per. *l. g.*

Alia.

Quæſumus, omnipotens Deus! inſtituta providentiæ tuæ pio favore comitare: & quos legitima ſocietate connectis, longæva pace cuſtodi. Per. *l. g.*

Secreta.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & hanc oblationem famulorum tuorum, quam tibi offerunt pro famula tua ill. quam ad ſtatum maturitatis & ad diem nuptiarum perducere dignatus es, placidus ac benignus aſſume: ut quod tua diſpoſitione expetitur, tua gratia compleatur. Per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui ex inviſibili potentia omnia viſibiliter mirabiliterque condens, hominem tanto mirabilius præſtantiorem cæteris animantibus, quantum eum ad imaginem tuæ ſimilitudinis bonitate ineffabili condidiſti: cui etiam adiutorium ſimile ſui ex oſſibus illius auferendo efficiens, eis, ut per ordinatum affectum in filii prole generoſa multiplicarentur, benedixiſti. Cuius benedictionis gratiam dum mulier per peccatum primæ prævaricationis amitteret, ne ſterilitate humanum genus funditus interiret, etiam poſt peccatum, licet in doloribus, tamen generare filios præcepiſti. Qui affectus procreandorum filiorum ita in viſceribus matrum te diſponente eſt inditus, ut etſi cum dolore, eſſe tamen genitrices vel dolentes volunt; quia nec aliter fœminæ poſt prævaricationem, iuxta vocem Apoſtoli tui Pauli, niſi per filiorum generationem poſſent recuperare ſalutem. Quod quidem ſacramentum licet in eccleſiæ figura intelligimus prædictum, in rebus tamen humanis etiam carnaliter ordine tuæ diſpoſitionis cottidie cernimus adimpleri. Hinc eſt, quod prioris ſæculi ſanctarum fœminarum cor pium ſancti deſiderii pie exaudiens pro percipienda prole, ne eis de infœcunditate inter homines opprobrium remaneret, & tamquam a benedictione priſtina ſe excludi cernerent, dolori earum pie conſulens, eas multiplicius, oblata ſpe concipiendi in ſenectute, quam in iuventute poterant, benedicendo mirabilius fœcundaſti. Itaque deprecamur te, Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus! & per Ihm Xpm Filium tuum unicum Dnm nrm te obſecramus, ut preces famulæ tuæ ill. ne ſterilis remaneat, opem tuæ pietatis quærentis clementiſſimus exaudire, atque benigniſſimus eius uterum fœcundare digneris: & quæ per ſervum tuum Gregorium (*vel quemlibet Sanctum*) ad cognitionem tui nominis venit, quo certior de futuris bonis, quæ in ſacra-

(1) Miſſa hæc, ſeu actio nuptialis, ex *San-Gallenſi* eadem eſt cum illa in edito *Gelaſiano* Ven. THOMASII Opp. T. VI. p. 193. & *Leonino* apud MURATORIUM Lit. *Rom.* T. I. p. 446. & quæ hodieque in Miſſali *Romano*; Præfatio tamen ibi propria eſt, quæ vero cum ſequenti oratione potius pertinere videtur ad Miſſam pro *ſterilitate mulierum*, quæ in eodem *Gelaſiano* l. c. p. 193. habetur, uti & in *San-Gallenſi*, inſerta utrinque Miſſa *in natali genuino*, quam ibidem legere eſt p. 196.

Digitized by Google

ſacramento fidei, quæ in te eſt, promittuntur, poſſit exiſtere, eiusdem famuli tui precibus in præſenti, quod poſtulat, munus valeat obtinere. Per Xpm.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro famula tua ill. quæſumus Dne, ut placatus ſuſcipias: pro qua maieſtati tuæ ſupplices fundimus preces, ut orationem eius exaudias, & eius uterum vinculo ſterilitatis abſolvas; & prolem, in qua nomen tuum benedicatur, concedas: diesque noſtros &c. *g.*

Ad Comm.

Cœleſtis vitæ munus accipientes, quæſumus omnipotens Deus! ut quod pro famula tua ill. deprecati ſumus, clementer a tua pietate exaudiri mereamur. Per. *g.*]

MISSÆ VOTIVÆ.

MONITUM.

Complectitur hoc Commune Miſſas illas votivas, quæ vel de myſteriis Domini, vel de Sanctis, aut pro diverſis & ſalute vivorum, aut ad diverſa poſtulanda, vel varia mala & tribulationes avertendas dicuntur; eo fere modo, quo hodiedum in Miſſali *Romano* occurrunt. Quod vero ſupra ante Commune Sanctorum monuimus, & hic obſervandum eſt, codicem antiquiſſimum *Rhenaugienſem Gelaſianum* fundamenti loco eſſe poſitum, eique illas hinc inde Miſſas inſertas, quæ in eo deſiderantur, habentur vero in *San-Gallenſi*, & *San-Blaſiano*, & conſimili *Petrohuſano Gregorianis*. Ad quos codices diſtinguendos ſcripturæ varietas, prout hucusque, inſervit, *antiqua* nempe pro *Rhenaugienſi*, ſubin etiam pro *San-Gallenſi* cum uncinis [], ex quo tamen

men pleraque in notis occurrunt; *curſiva* vero pro *Petrohuſano* & *San-Blaſiano*. Atque ſic ambo ritus, *Gelaſianus* nimirum & *Gregorianus*, quem in ſuperioribus in uno codice *San-Gallenſi* triplicis ritus collectum exhibuimus, rurſum, licet ex duobus codicibus, ſimul coniuncti habentur; tertius enim, ſive *Ambroſianus*, in *San-Gallenſi* deinceps ut plurimum deficit. Initium autem Miſſarum votivarum facimus ab illis, quæ notantur per hebdomadam, uti etiamnum in Miſſali *Romano*, ex *San-Blaſiano* & *Petrohuſano* deſumtæ: quæ vero in edito *Gregoriano* apud MURATORIUM deſiderantur.

Miſſa de Sancta Trinitate. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus! qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare unitatem: quæſumus, ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus muniamur adverſis. Per. gg. (2)

Secreta.

Sanctifica, quæſumus Dne Deus, per tui nominis invocationem huius oblationis hoſtiam; & per eam nosmetipſos tibi perfice munus æternum, per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus, qui cum unigenito Filio tuo & Spiritu ſancto unus es Deus, unus es Dnus, non in unius ſingularitate perſonæ, ſed in unius Trinitate ſubſtantiæ. Quod enim de tua gloria revelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu ſancto ſine differentia diſcretionis ſentimus: ut in confeſſione veræ ſempiternæque Deitatis, & in perſonis proprietas, & in eſſentia unitas, & in maieſtate adoretur æqualitas, quam laudant angeli. g. gg. Vid. ſupra pag. 130.

Ad Comm.

Proficiat nobis ad ſalutem corporis & animæ, Dne Deus, huius ſacramenti ſuſceptio, & ſempiterna ſanctæ Trinitatis confeſſio, per. gg.

Alia.

---

(1) Quamvis ipſum SS. Trinitatis feſtum in nullis antiquis eccleſiæ *Romanæ* ſacramentariis occurrat, utpote in ea primum ſub IOHANNE XXII. receptum, Miſſa tamen ſatis antiqua eſt, uti vel ex codicibus patet, unde eam damus: ſive dein ex ipſo authentico cubiculi *Gregoriano* ſacramentario, ſive ex uſu iam tum in *Galliis* uſitato, illis fuerit inſerta. Præfatio certe tam in *Gelaſiano* quam *Gregoriano* iam Dominica I. poſt Pentecoſten reperitur; ubi vid. ſupra pag. 130.

(2) *San-Gall.* *Alia.*

Da, quæſumus Dne, famulis tuis inviolabilem fidei firmitatem, ut qui Unigenitum tuum in tua tecum gloria ſempiternum, in veritate noſtri corporis natum de Matre Virgine confitemur, & a præſentibus liberemur, & manſuris gaudiis inferamur. Per eundem Dnum. *l. gg. vid. ſupra p. 7. in Nativit. Domini.*

Digitized by Google

Alia.

Dne Deus Pater omnipotens, famulos tuæ maieſtati ſubiectos per unicum Filium tuum in virtute ſci Spiritus benedic & protege: ut ab omni hoſte ſecuri in tua iugiter laude lætentur, per Dnm.

Feria II. de Sapientia.

Deus, qui per coæternam tibi ſapientiam hominem, cum non eſſet, condidiſti, perditumque miſericorditer reformaſti: præſta quæſumus, ut eadem pectora nra inſpirante te tota mente amemus, & ad te toto corde curramus, per eundem.

Secreta.

Sanctificetur, quæſumus Dne, huius noſtræ oblationis munus tua cooperante ſapientia: ut tibi placere poſſit ad laudem, & nobis proficere ad ſalutem, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus, qui tui nominis agnitionem, & tuæ potentiæ gloriam nobis in coæterna tibi ſapientia revelare voluiſti; ut tuam confitentes maieſtatem, & tuis inhærentes mandatis tecum vitam habeamus æternam, per Xpm.

Ad Comm.

Infunde, quæſumus Dne, per hæc ſca quæ ſumpſimus, tuæ cordibus nris lumen ſapientiæ: ut te veraciter agnoſcamus, & fideliter diligamus, per.

Alia.

Deus, qui miſiſti Filium tuum, & oſtendiſti creaturæ creatorem: reſpice propitius ſuper nos famulos tuos, & præpara agiæ ſophiæ (3) dignam in cordibus noſtris habitationem, per Dum.

(2) *Hagiæ ſophiæ*, ſeu ſanctæ ſapientiæ.

Feria III.

De ſci Spiritus dono poſtulando.

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & nullum latet ſecretum, purifica per infuſionem ſci Spiritus cogitationes cordis noſtri: ut te perfecte diligere, & digne laudare mereamur, per eundem. gg.

Secreta.

Hæc oblatio, Dne Deus, cordis noſtri maculas emundet: ut ſci Spiritus digna efficiatur habitatio, per Dnm. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus, qui inſpicis cogitationum ſecreta, & omnis noſtræ mentis intentio providentiæ tuæ pateſcit intuitu: reſpice propitius arcana cordis noſtri cubilia, & ſci Spiritus rore noſtras purifica cogitationes, ut tuæ maieſtati digna cogitemus & agamus, per Xpm.

Ad Comm.

Sacrificium ſalutis noſtræ tibi offerentes, concede nos, Dne Deus, purificatis mentibus ſæpius tuæ pietatis celebrare myſterium, per Dnm nrm. gg.

Alia.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ſanctum nos Spiritum votis promereri ſedulis: quatenus eius gratia ab omnibus liberemur tentationibus, & peccatorum nrorum indulgentiam mereamur, per.

Fer. IIII. Ad Angelorum Suffrag. poſtul.

Perpetuum nobis, Dne, tuæ miſerationis præſta ſubſidium, quibus & angelica præſtitiſti ſuffragia non deeſſe, per. g. gg.

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, laudis offerimus ſup-

pliciter deprecantes: ut easdem, angelico pro nobis interveniente ſuffragio, & placatus accipias, & ad ſalutem nram provenire concedas. Per. l. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus. Quamvis enim illius ſublimis angelicæ ſubſtantiæ ſit habitatio ſemper in cœlis, tuorum tamen fidelium præſumit affectus, pro tuæ reverentia poteſtatis, per hæc tuæ (Leon. piæ *pro* tuæ) *devotionis officia quoddam retinere pignus in terris, adſtantium in conſpectu tuo iugiter miniſtrorum, per Xpm Dnm nrm.* l.

Ad Comm.

Repleti, Dne, benedictione cœleſti ſuppliciter imploramus: ut quod fragili celebramus officio, ſcorum Archangelorum nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. Per. gg.

Alia.

Plebem tuam, quæſumus Dne, perpetua pietate cuſtodi: ut ſecura ſemper, & neceſſariis adiuta ſubſidiis, Spirituum tibimet placitorum pia ſemper veneratione lætetur. Per. l.

[*Alia Miſſa*
in Commemoratione SS. Angelorum.

Deus, qui in auxilium generis humani cœleſtia ſimul & terrena diſpenſas: in inferiore mundi parte laborantes ſupernorum nos, quæſumus, præſidiis refove propitius miniſtrorum, per. *l.*

Secreta.

In honore beati Archangeli Michaelis loca nomini tuo, Dne, dedicata myſtico frequentamus officio: præſta quæſumus, eius nos gaudere ſuffragiis, cuius ſublimia merita recenſemus, per Dnm. *l.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Teque profuſis gaudiis prædicare in die ſolemnitatis hodiernæ, qua in honore beàti Archangeli Michaelis ſacrata nomini tuo loca divinis ſunt inſtituta myſteriis; quamvis enim illius ſublimis glorioſæque ſubſtantiæ &c. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Sumpſimus, Dne, votiva myſteria, deprecantes clementiam tuam: ut eorum nobis fiant deprecatione ſalutaria, quorum celebrantur affectu, per. *l.*

Super populum.

Plebem tuam quæſumus Dne &c. *Ut ſupra.*]

Feria V. De Caritate. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus, *qui iuſtitiam tuæ legis in cordibus credentium digito tuo ſcribis, da nobis fidei, ſpei & caritatis augmentum: & ut mereamur aſſequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per.* l. g. gg.

Secreta.

Mitte, Dne quæſumus, Spiritum ſanctum: qui & hæc munera præſentia noſtra tuum nobis efficiat ſacramentum, & ad hoc percipiendum corda noſtra purificet. Per.. eiusdem Spiritus. l.

Prætatio. (2)

VD. Per Xpm Dnum nrm. Per quem diſcipulis Spiritus ſanctus in terra datur ob dilectionem proximi, & de cælo mittitur

---

(1) Diſtinguenda eſt hæc *Miſſa de Caritate* ab illa, quæ infra iterum recurret *pro Caritate.*

(2) Hæc deeſt in *San-Blaſiano*, habetur autem in *Petrchuſano*: altera autem in *San-Gallenſi*, ubi eadem Miſſa legitur.

Digitized by Google

titur ob dilectionem tui : cuius infusio, petimus, ut in nobis peccatorum sordes exurat, ac tui amoris ignem nutriat, & nos ad amorem fraternitatis accendat. Per eundem. g g.

[*Alia.*

VD. æterne Deus : qui fideles tuos mutua faciens lege concordes, pacem tuam tali fœdere nexuisti, ut nec alteri quisque moliretur infligere, quod sibi nollet inferri ; & bona, quæ suis utilitatibus cuperet tribui a consorte naturæ, hæc idem ipse quoque præstaret : quatenus, dum alterutra pietate se reperiunt communes, in singulis fieret semetipsam diligens, esſetque mens una cunctorum. P. Ch. D. N.]

Ad Comm.

Spiritum nobis, Dne, tuæ caritatis infunde : ut quos uno cœlesti pane satiasti, tua facias pietate concordes. Per . . eiusdem Spiritus. l. g. g g.

Alia.

Deus vita fidelium, gloria humilium, beatitudo iustorum ! propitius accipe supplicum preces : ut animæ, quæ promissiones tuas sitiunt, de tuæ semper caritatis abundantia repleantur. Per.

Feria VI. De Cruce.

Deus, qui Unigeniti tui pretioso sanguine vivificæ Crucis vexillum sanctificare voluisti : concede quæsumus, ut qui eiusdem sanctæ Crucis gaudent honore, tua quoque facias ubique protectione gaudere. Per eundem.

[*Alia.*

Deus, cui cunctæ obediunt creaturæ, & omnia verbo tuo fecisti in sapientia : supplices quæsumus ineffabilem misericordiam tuam : ut quos per lignum sanctæ Crucis Filii tui pio cruore es dignatus redimere, tu, qui es lignum vitæ, paradisique reparator, omnibus in te credentibus diri serpentis venena extinguas, & per gratiam sancti Spiritus poculum (*salutis*) infundas. Per eundem in unitate eiusdem. *g.*]

Secreta.

Hæc oblatio, Dne, ab omnibus nos purget offensis ; quæ in ara Crucis etiam totius mundi tulit offensa. Per.

Præiatio.

VD. æterne Deus : qui salutem humani generis in ligno Crucis constituisti : ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret ; & qui per lignum vincebat, per lignum quoque vinceretur. Per. g g.

Ad Commun.

Adesto nobis, Dne Deus noster ! & quos sanctæ Crucis lætari fecisti honore, eius quoque perpetuis defende præsidiis. Per. l.

Alia.

Deus, qui præclara salutiferæ Crucis inventione hodiernæ nobis festivitatis gaudia dicasti : tribue, quæsumus, ut vitalis signi tuitione ab omnibus muniamur adversis. Per. (1)

Sabbato de sancta MARIA. (2)

Concede nos famulos tuos, quæsumus Dne Deus, perpetua mentis & corporis sani-

(1) Oratio hæc, utpote ad festum Inventionis S. Crucis pertinens, in *San-Gallensi* deest : notari tamen meretur, cum supra in illo festo haud occurrat.

(2) In eodem *San-Gallensi* habetur adhuc alia *Missa de sancta Maria* sequens, licet in fine manca :

Deus, cuius Filium Maria Virgo Salvatorem edidit

Digitized by Google

ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione a præſenti liberari triſtitia, & futura perfrui lætitia. Per. gg.

Secreta.

Tua, Dne, propitiatione, & beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, ad perpetuam atque præſentem hæc oblatio nobis proficiat proſperitatem. Per.. gg.

[*Præfatio.*

VD. æterne Deus: qui genus humanum prævaricatione ſua in ipſius originis radice damnatum, per florem virginalis uteri reddere dignatus es abſolutum, ut hominem, quem per Unigenitum tuum creaveras, per eundem Filium tuum Deum & hominem recreares: ut diabolus, qui Adam in fragili carne devicerat, conſervata iuſtitia a Deo carne vinceretur aſſumta. Per eundem Ch. D. N. *vel* & ideo.]

Ad Commun.

Sumptis, Dne, ſalutis noſtræ ſubſidiis, da, quæſumus, eius nos patrociniis ubique protegi, in cuius veneratione hæc tua obtulimus maieſtati. Per. gg.

Alia.

Omnipotens Deus! famulos tuos dextera potentiæ tuæ a cunctis protege periculis: & beata Maria ſemper Virgine intercedente fac eos præſenti gaudere proſperitate & futura. Per

---

Miſſa in Cottidiana Sanctorum. (1)

Deus, qui nos beatæ ſemper Virginis, & beatorum Spirituum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque omnium ſimul Sanctorum continua lætificas commemoratione: præſta, quæſumus, ut quos cottidiano veneramur officio, etiam

---

mundo, nec tamen per partum eius humanitatis nomen amiſit intemeratæ caſtitatis: tribue, quæſumus, ut ipſa pro nobis intercedat proprium apud Filium Ihm Xpm Dnm nrm, qui tecum vivit &c.

Alia.

Deus, qui in aula virginali beatæ Mariæ habitare voluiſti, nec tamen forma noſtræ mortalitatis iura minuiſti æternæ Deitatis: concede propitius, ut eius precibus adiuvemur, cuius commemoratione lætamur. Qui vivis.

Secreta.

Oblata, Dne, munera ſanctifica: & intercedente beata Maria ſemper Virgine nobis ſalutaria concede. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Licet enim caſtitas virginalis tibi ſit valde acceptabilis, tamen illa omni laude exſtat digniſſima, quæ non definit eſſe virgo, poſtquam ſalvatorem protulit huic mundo. Non ſunt namque cæteræ mulieres eatenus inſignes, quia nulla earum, poſtquam filium genuit, lucra virginitatis poſſedit. Huius igitur Genitricis precibus adiuvemur, cuius commemoratione lætamur. Credimus namque eam nobis impetrare ſalutem, quæ genuit regem atque ſacerdotem Ihm Xpm Dnm nrm. Per quem &c.

Ad Commun. *Deficit pagina.*

(1) In *San-Gallenſi* hæc habetur *Miſſa in honore omnium Sanctorum*, quæ tamen ad Patronos proprie pertinet.

Concede, quæſumus omnipotens Deus! ut ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ſanctorumque Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque omnium Sanctorum tuorum, quorum in iſta continentur Eccleſia Reliquiæ, patrocinia nos ubique adiuvent: quatenus hic in illorum præſenti ſuffragio tranquilla pace in tua laude lætemur. Per.

Secreta.

Munera tuæ, miſericors Deus! maieſtati oblata benigno, quæſumus, ſuſcipe intuitu: ut eorum nobis precibus fiant ſalutaria, quorum ſacratiſſimæ in hac baſilica Reliquiæ conduntur. Per.

Ad Complendum.

Divina libantes myſteria, quæſumus Domine, ut eorum nos ubique interceſſio protegat, quorum hic ſacra gaudemus habere patrocinia. Per.

Super populum.

Exaudi, Dne Deus, clementer in hac domo tua preces ſervorum tuorum: quatenus illorum meritis tuam conſequamur gratiam, quorum hic patrocinia venerамur. Per.

Digitized by Google

etiam piæ converſationis ſemper ſequamur exemplo. Per. l. g g.

Secreta.

Munera tibi, Dne, devotionis noſtræ offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis ſalutaria, te miſerante reddantur. Per. g g.

Ad Commun.

Præſta nobis, quæſumus Dne, intercedentibus omnium Sanctorum tuorum meritis: ut quæ ore contigimus, puro corde capiamus. Per. l. g g.

Alia.

Fac nos, quæſumus Dne, ſanctæ Mariæ ſemper Virginis ſubſidiis attolli, & glorioſa beatorum Spirituum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque omnium ſimul Sanctorum protectione defendi: ut dum eorum pariter quotidie feſta celebramus, eorum pariter quotidie auxiliis ab omnibus protegamur adverſis. Per. Alia.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris: & interceſſione omnium Sanctorum tuorum perpetuam nobis miſericordiam benignus impende. Per.

[*Miſſa ad poſcenda Sanctorum ſuffragia.* (1)

Concede, quæſumus omnipotens Deus! ut interceſſio ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ſanctorumque omnium Apoſtolorum, Martyrum, & Confeſſorum atque Virginum, nec non & omnium Electorum tuorum nos ubique lætificet: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per. *g g.*

Secreta.

Oblatis, Dne, placare muneribus, & intercedentibus omnibus Sanctis tuis a cunctis nos defende periculis. Per. *g g.*

Præfatio.

VD. Per X. D. N. celebrantes commemorationem Sanctorum tuorum; quia dum tui nominis per eos gloriam frequentamus, noſtræ fidei creſcit affectus. Et ideo. *l.*

Ad Comm.

Cœleſtibus refecti ſacramentis & gaudiis, ſupplices te rogamus, omnipotens Deus: ut quorum gloriamur triumphis, protegamur auxiliis. Per. *l.*

Alia.

Sanctorum tuorum nos, Dne, patrocinia tueantur: quia tanto fiducialius tuo nomini ſupplicamus, quanto frequentius eorum precibus & benedictionibus confovemur. Per.

Alia.

Sacramentis, Dne, muniamur acceptis, & Sanctorum tuorum meritis intervenientibus contra omnes nequitias iruentes armis cœleſtibus protegamur. Per. *g. g g.*] Alia.

Sumſimus, Dne, Sanctorum tuorum ſolemnia celebrantes, ſacramenta cæleſtia: præſta quæſumus, ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis conſequamur. l. g g.

Miſſa ſpecialis pro omni Congregatione S. Mariæ.

Defende, quæſumus, beata Maria ſemper Virgine intercedente, Dne Deus, iſtam

(1) Sic inſcribitur in *San-Gallenſi*, ex quo eam ampliorem damus, quam habetur in *Petrobuſano*, ubi præmittitur *In natalitiis Sanctorum*. Cæterum non habetur in vulgato *Gelaſiano*, neque integra, uti hic quidem eſt, in *Gregoriano*.

Digitized by Google

iſtam ab omni adverſitate familiam: & tibi toto corde proſtratam ab hoſtium propitius tuere clementer inſidiis. Per. gg.

Alia.

Familiam iſtam, quæſumus Dne, cæleſti protectione circumda; & te parcente ſit libera, te cuſtodiente a malis omnibus ſit ſecura. Per. gg.

Secreta.

Suſcipe, quæſumus, clementer, omnipotens Deus, noſtræ devotionis oblationem: & per virtutem huius ſacramenti, tuæ maieſtatis famulos a cunctis protege adverſitatibus. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus: qui es totius fons miſericordiæ, ſpes & conſolatio lugentium, vita & ſalus ad te clamantium: exaudi famulorum preces tuorum, & potentiæ tuæ dextera ab omni adverſitate eos protege & cuſtodi; quatenus tibi Deo ſecura mente ſervire valeant, atque ab omni tentationum moleſtia liberati, tranquilla pace ſalutis ſuæ tuæ pietati continuas agere gratias mereantur, per Xpm.

Ad Commun.

Sumtis redemtionis noſtræ muneribus, præſta, quæſumus miſericors Deus, eorum celebratione nobis tuæ protectionis contra omnes adverſitates ſubſidium. Per. gg.

Alia.

Copioſa protectionis tuæ beneficia, quæſumus Dne Deus noſter, familia tua conſequatur: ut quæ ſacris tibi liminibus devota conſiſtit, interceſſione beatæ Mariæ ſemper Virginis, atque omnium Sanctorum tuorum, & vitæ præſentis ſubſidio gratuletur, & gratiam æternæ benedictionis inveniat. Per.

Miſſa in Natali Sanctorum, vel pro memoria vivorum, ſive agenda mortuorum fidelium in Chriſto. (1)

Adſit oratio ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Virginum & Confeſſorum

---

(1) Miſſa hæc, ex *Rhenaugienſi* deſumta, ſcriptoris vel incuria vel inſcitia fœde, ut plura alia eiusdem codicis, corrupta eſt, & ex pluribus ſæpe aliis Miſſis conſarcinata. Quæ autem extra ordinem occurrit in eodem codice *Rhenaugienſi* eadem *Miſſa pro ſalute vivorum*, paullo quidem emendatior eſt, nec tamen ita, ut præſens exinde corrigi ſufficienter poſſit. Vel inde tamen notari meretur, quod Præfationem contineat, quam in cæteris codicibus tam editis quam Mſſ. nuspiam deprehendimus. Hanc nos unacum præcipuis variationibus hic exhibemus: cætera ex adiecta ſequente Miſſa *Gregoriana*, unde potiſſimum præſens deſumta eſt, fient clariora. Haud multum abſimilis eſt *Miſſa communis*, quam infra ex Cod. *San-Gallenſi* damus.

Miſſa pro ſalute Vivorum, ex cod. Rhen.

Beatorum Apoſtolorum, Martyrum & Confeſſorum vel Virginum, omniumque Sanctorum, quæſumus Dne, interceſſionibus nos protege: & famulis vel famulabus tuis, quorum commemorationem agimus, miſericordiam tuam ubique prætende: ut ab omnibus impugnationibus defenſi (*tua*) opitulatione ſalventur: & animas famulorum vel famularumque tuarum, quorum nomina ante ſancto (*ſanctum*) altare tuum ſcripta adeſſe videntur, quorum nomina & numerum tu ſolus Dominus cognoſcis, cunctorum tribue remiſſionem peccatorum, & indulgentiam (*quam*) optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Per.

Secreta.

Oblationes noſtras &c. *Ut ſupra.*

Conteſtatio.

VD. Te laudare & benedicere in mirabilibus tuis, & in confeſſione ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum & Confeſſorum, vel Virginum tuarum, vel quorum hodie feſta celebrantur. Petimus immenſam clementiam tuam, ut delictorum noſtrorum veniam conſequi mereamur, & famulos vel famulabus tuis, qui nobis eleemoſynas ſuas condonaverunt, tam vivis quam & defunctis (l. *famuli vel famulæ tuæ . . vivi & defuncti*) mereantur ab omnibus abſolvi peccatis, & inter Electos tuos percipere convivium. Per.

Digitized by Google

rum tuorum cum omnibus (f. *Sanctis*): eorum, quæſumus Dne (f. *interceſſio*) & nox (l. *nos*) protegat, & vitam noſtram in ſalutis tuæ proſperitate diſpone, ut inter omnes viæ (f. *vitæ*) huius varietates tuo ſemper protegatur auxilio: & famulis & famulabus tuis, quæ nobis bona fecerunt, & in orationibus meis ſe commendaverunt, vel qui mihi confeſſi fuerunt, quorum nomina ante ſanctum altare tuum ſcripta eſſe videntur, porrige eis dexteram cœleſtis auxilii, ut te toto corde perquirant, atque quod digni poſtulant, adſequantur: & animabus omnium fidelium Catholicorum orthodoxorum, quorum nomina ante ſanctum altare tuum ſcripta eſſe videntur, quorum numerum & omnia (l. *nomina*) tu ſolus Dominus & cognoſcis, & quibus donaſti Baptiſmi ſacramentum, in regione Sanctorum tuorum iubeas dare eis conſortium & plenitudinem gaudiorum. Per.

Secreta.

Oblationes noſtras, quæſumus Domine, propitiatus intende, quas tibi offerimus in honore ſanctorum tuorum Apoſtolorum, Martyrum, Virginum & Confeſſorum, quorum natalitia celebramus: vel (loco *vel* l. *ad*) incolumitatem famulorum famularumque tuarum, quorum commemorationem agimus: & animabus omnium fidelium Catholicorum orthodoxorum, quorum nomina tu ſolus Dns cognoſcis, ut (del. *ut*) ſacrificium præſentis oblationis ad refrigerium animarum earum te miſerante perveniat. Per.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus, Domine, in honore ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Virginum & Confeſſorum tuorum, & (*pro*) famulis & famulabus tuis, quorum commemorationem agimus, & pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum nomina ante ſanctum altare tuum ſcripta eſſe (*adeſſe*) videntur, quæſumus Dne, ut dignanter ſuſcipias, & tua pietate concedas, ut conſecuti tuæ gratiæ dignitatem, æternæ vitæ percipiant portionem. Diesque noſtros.

Poſt Commun.

Læti, Dne, ſumſimus ſacramenta cœleſtia, (*quæ*) intercedente pro nobis beata & glorioſa ſemperque Virgine Dei Genitrice Maria, ad vitam nobis proficiant ſempiternam. Deus conſolationis & pacis, reſpice ad pacem familiæ tuæ, & da, Dne virtutum, ut animæ famulorum famularumque tuarum, qui ab Adam uſque in hodiernum de hac luce migrarunt, baptizati & confeſſi fuerunt, & in fide catholica perſeveraverunt, vel de eorum rebus eccleſiam Dei ditaverunt, & de eorum eleemoſynis ſumus conſolati, ut in ſinibus Abrahæ, Iſaac & Iacob in illa Sanctorum tuorum ſede requieſcant, moxque ex mortuis reſuſcitati placebant (*placeant*) in

---

Infra actionem. *Ut ſupra.*

Ad Commun.

Sacramenta, quæ ſumſimus, Dne, per interceſſionem ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum & Confeſſorum vel Virginum tuarum, quorum natalitia celebramus, nobis proficiant ad ſalutem, & famulis vel famulabus tuis, quorum commemorationem agimus, tribue refrigerium ſempiternum, (&) quibus donaſti baptiſmum ſacramenti (l. *baptiſmi ſacramentum*), in regione Sanctorum iubeas dare conſortium & plenitudinem gaudiorum. Per.

Digitized by Google

in regione vivorum, præstante Dno Deo nostro Iesu Christo.

Missa pro salute Vivorum. (1)

Sanctorum tuorum intercessionibus, quæsumus Dne, & nos protege, & famulis & famulabus tuis, quorum commemorationem agimus, vel quorum eleemosynas recepimus, seu etiam his, qui nobis familiaritate vel consanguinitate iuncti sunt, misericordiam tuam ubique prætende, ut ab omnibus impugnationibus defensi, tua opitulatione salventur: & animas famulorum famularumque tuarum, omnium videlicet fidelium catholicorum orthodoxorum, quorum commemorationem agimus, & quorum corpora in hoc monasterio vel ubique requiescunt, vel quorum nomina ante sanctum altare tuum scripta adesse videntur, Electorum tuorum iungere digneris consortio. Per. g. gg.

Secreta.

Propitiare, Dne, supplicationibus nostris, & has oblationes, quas pro incolumitate famulorum famularumque tuarum, & pro animabus fidelium catholicorum orthodoxorum, quorum nomina ante sanctum altare tuum scripta adesse videntur, nomini tuo consecrandas deferimus, benignus assume: ut sacrificii præsentis oblatio ad refrigerium animarum eorum te miserante perveniat. Per. gg.

Alia.

Oblationis huius, quæsumus Dne, placare muneribus: & intercedentibus Sanctis tuis omnem populum Christianum a cunctis defende periculis: & animabus famulorum

(1) Sic prænotatur in *Gregoriano San-Blasiano*, in *Petrobusano* autem *pro salute vivorum vel mortuorum*: in quo posteriore prima oratio incipit: *Omnium Sanctorum tuorum*, simulque aliam Secretam & Præfationem exhibet, quam hic inferimus. Cæterum in *San-Gallensi* vocatur hæc *Missa omnimoda*, quam hic subiicimus. Notatur etiam ad calcem codicis *San-Blasiani* eadem *Missa communis*, atque pro Abbate vel Episcopo præcipue aptata est.

Scæ Dei genitricis Mariæ, ac beatorum Angelorum, Patriarcharum, Aplorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium Sanctorum tuorum, quæsumus omnipotens Deus, nos famulos tuos intercessionibus protege; pariterque nobis familiaritate, atque consanguinitate coniunctos, & omnem populum Xpianum ab omni pravitate defende; commissos etiam nobis ad regendum custodi, & animabus famulorum famularumque tuarum ill. & ill. cunctorumque fidelium defunctorum requiem tribue benignus sempiternam, & Scorum cœtibus consociare digneris propitius, per.

Alia.

Beatæ Dei Genitricis Mariæ, & beatorum Angelorum, Patriarcharum, Aplorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, omniumque Scorum tuorum piis supplicationibus, quæsumus Dne, nos tua gratia protegat & conservet; & famulis famulabusque tuis, qui nobis eleemosynas suas condonaverunt, tam vivis quam & defunctis, seu iter agentibus, vel domi residentibus, & omni populo Xpiano misericordiam tuam ubique prætende: ut ab omnibus impugnationibus defensi, tua opitulatione salventur, & indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur, per Dnm.

Secreta.

Oblationis huius, Dne, placare muneribus, & intercedentibus omnibus Sanctis tuis, me, & omnem &c. *Ut supra.*

Præfatio.

VD. æterne Deus. *Ut supra.* Sed hic inseritur post *mereamur: & eos, quos nobis cura regiminis sociasti, ac familiaritate &c.*

Ad Comm.

Purificet, quæsumus Dne, nos famulos tuos divini sacramenti libatio, & glorioſa scæ Dei genitricis Mariæ, & omnium Scorum tuorum oratio: & omnibus nobis commissis, ac familiaritate & consanguinitate coniunctis, & omni populo Xpiano misericordiam tuam ubique prætende! & animabus famulorum famularumque tuarum ill. & ill. & cunctorum fidelium defunctarum remissionem omnium tribue delictorum, per Dnm.

Digitized by Google

mulorum famularumque tuarum, & cunctorum fidelium defunctorum, per hæc ſancta ſacrificia remiſſionem omnium tribue peccatorum. Per.

Præfatio.

VD. uſque *æterne Deus. Et tuam clementiam profuſis precibus imploramus: ut intercedente beata & glorioſa Dei genitrice ſemperque Virgine Maria, & omnibus Sanctis tuis, cunctorum peccatorum veniam nos famuli tui conſequi mereamur; & eos, quos nobis familiaritate & conſanguinitate iunxiſti, & omnem populum Chriſtianum Angelorum tuorum, omniumque Sanctorum tuere præſidiis, & animas famulorum famularumque tuarum cunctorum fidelium defunctorum ut in pacis ac lucis regione conſtituas, deprecamur. Per Xpm.*

Ad Comm.

Purificet nos, quæſumus Dne, & divini ſacramenti perceptio, & glorioſa Sanctorum tuorum oratio: & animabus famulorum famularumque tuarum, quorum commemorationem agimus, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum. Per. gg.

Alia Miſſa. (1)

Prætende, Dne, miſericordiam tuam (2) famulis & famulabus tuis ill. dexteram cœleſtis auxilii; ut de toto corde te perquirant, atque, quod digne poſtulant, adſequantur. Per. *g. El. gg.*

Secreta.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & has oblationes famulorum famularumque tuarum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus adſume: (&) ut nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, præſta quæſumus, ut quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per D. *g. El. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus. Humili devotione implo-

(1) Ad calcem codicis *San-Blaſiani* poſt *Miſſam communem* hæc ſequitur: quæ eadem eſt cum hic poſita, & ſic habet:

Item alia.

Prætende, Dne, fidelibus tuis omnibus Epis, Presbyteris, Abbatibus, Canonicis, Monachis, ſive Regibus & Gubernatoribus, atque conſanguineis nris, & his, qui ſe cōmendaverunt orationibus, & ſuas nobis largiti ſunt eleemoſynas, ſeu etiam cæteris fidelibus utriusque ſexus, dexteram cœleſtis auxilii, ut & te toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant, conſequi mereantur, per.

Secreta.

Propitiare, Dne, ſupplicationibus nris, & has oblationes, quas tibi pro incolumitate omnium Eporum, Presbyterorum, Abbatum, Canonicorum, Monachorum, ſive Regum & Gubernatorum, atque conſanguineorum nrorum, & eorum, qui ſe nris commendaverunt orationibus, & ſuas nobis largiti ſunt eleemoſynas, ſeu etiam cæterorum utrorumque ſexuum fidelium offerimus, benignus aſſume, ut nullius meriti ſit irritum votum, nullius ſit vacua poſtulatio; præſta quæſumus, ut quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur, per Dnm nrm Ihm Xpm.

Ad Comm.

Da famulis tuis, quæſumus Dne, omnibus Epis, Presbyteris, Abbatibus, Canonicis, Monachis, ſive Regibus & Gubernatoribus, atque conſanguineis nris, & his, qui ſe commendaverunt nris orationibus, & ſuas nobis largiti ſunt eleemoſynas, ſeu etiam cæteris fidelibus utriusque ſexus, in tua fide & ſinceritate conſtantiam, ut nullis tentationibus a te ſeparentur, ſed in tua caritate firmentur, per Dnm nrm.

Alia.

Pietate tua, Dne quæſumus, nrorum ſolve vincula peccatorum, intercedente beata Maria cum omnibus Scis tuis, Regem, & Epum nrm unacum omni congregatione ſibi commiſſa. *Ut infra pro omni gradu eccleſiaſtico.*

(2) *Miſericordiam tuam* deeſt in edita *Gregor.* & apud PAMELIUM.

Digitized by Google

implorantes miſericordiam tuam, ut fideles tuos ſereno vultu reſpicias, & omnia eorum peccata dimittas, ac miſerationis tuæ ſuper eos largitatem clementer infundas, per Xpm Dnm.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro fidelibus tuis, ut ſalutem corporis & animæ conſequi mereantur, quæſumus Dne, ut placatus &c. gg.

Alia.

VD. Te ſuppliciter deprecamur, ut accepta ſit tibi, Dne, oblatio noſtra, quam tibi offerimus de tua largitate pro peccatis atque offenſionibus noſtris: ut indulgentiam conſequi mereamur, qui es claritas Angelorum, creator omnium ſæculorum, fides Patriarcharum, divinitas Prophetarum, electio Apoſtolorum, corona Martyrum, gloria Confeſſorum, paſtor animarum, ſanctificatio Sacerdotum, ſponſus Virginum, caſtimonium Viduarum, dux peregrinorum, clementiſſimus Pater Orphanorum, proſperitatis largitor, in tribulationibus adiutor, in anguſtiis liberator, medicus animarum, reſurrectio mortuorum, gloria & præmium vitæ æternæ, diſpenſator meritorum. Tibi, Dne, omnes angelicæ Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim & Seraphim non ceſſant clamare ſine fine dicentes: Sanctus.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne, famulorum famularumque tuarum, quam tibi offerimus ob devotionem mentis eorum, pius ac propitius clementi vultu ſuſcipias deprecamur, libens protege, dignanter exaudi, & æterna eius (l. *eos*) protectione conſerva: ut ſemper in tua religione lætantes inſtanter in ſanctæ Trinitatis confeſſione (&) fide catholica perſeverent. Diesque noſtros. *g. gg.*

Poſt Comm.

Da famulis & famulabus tuis, quæſumus Dne, in tua fide & ſinceritate conſtantiam: ut in caritate divina firmati nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per. *g. El. gg.*

Alia.

Gratiæ tuæ, quæſumus Dne, ſupplicibus tuis tribue largitatem: ut mandata tua, te operante, ſectantes conſolationem præſentis vitæ percipiant & futuræ. Per.

[*Miſſa communis S. Auguſtini.* (1)

Omnipotens ſempiterne Deus! qui vivorum dominaris ſimul & mortuorum,

---

(1) Ita inſcribitur hæc Miſſa in codice *San-Gallenſi*, in qua in plurali ſuperſcripta ſunt, quæ habentur in ſingulari: quacum convenit etiam *San-Blaſ.* In *Petrobuſano* autem habetur ſub titulo *Miſſa communis*, eſtque prorſus eadem cum Miſſali *Romano.* In eodem *San-Gallenſi* additur ſequens *Alia Miſſa communis*, illi monaſterio propria; ac eadem fere, quam ſupra *pro memoria vivorum* ex cod. *Rhenaug.* exhibuimus:

Suſcipe, clementiſſime Pater omnipotens æterne Deus! ſupplicationes & preces, quas tibi ego peccator præſumo offerre in honore Dni nri Ieſu Chriſti, & in commemoratione beatæ Mariæ ſemper Virginis, Matris Dni nri Ieſu Chriſti, & omnium Apoſtolorum, & Martyrum & Confeſſorum ac Virginum tuarum, pro pace & ſanitate populorum tuorum, & fructibus terræ, & ſanitate Regis & Epiſcoporum atque Abbatum, ac pro cuncta ſci GALLI congregatione ac familia eius, & pro me miſero famulo tuo, & pro omnibus viventibus famulis ac famulabus tuis, atque defunctis fidelibus tuis, & qui mihi propter nomen tuum, Dne, bona fecerunt, & mihi in tuo nomine confeſſi fuerunt: & concede propitius, ut intercedentibus omnibus Sanctis tuis ante conſpectum divinæ maieſtatis tuæ miſericordiam conſequamur. Per.

Secreta.

Oblationes noſtras, quæſumus Dne, propitius inten-

Digitized by Google

rum, omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſuppliciter exoro, ut pro quibus effundere preces decrevi, quosque vel præſens adhuc ſæculum in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit, pietatis tuæ clementia delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per. *gg.*

Super Oblata.

Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus Electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quæſo, ut univerſorum, quos in oratione commendatos ſuſcepi, vel nomina omnium fidelium beatæ prædeſtinationis liber adſcripta retineat. Per. *gg.*

Ad Complendum.

Purificent nos, quæſumus omnipotens & miſericors Deus! ſacramenta, quæ ſumſimus, & præſta: ut hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio (S. Blaſ. *abolitio*) ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra mundi pericula firmamentum, ſit vivorum atque mortuorum remiſſio omnium delictorum. Per. *gg.*]

Pro omni gradu Eccleſiaſtico.

Pietate tua, Dne quæſumus, noſtrorum ſolve omnium vincula delictorum: & intercedente beata Maria cum omnibus Sanctis tuis, Regem, Antiſtitem, & Abbatem noſtrum, ſeu omnes congregationes illis commiſſas, & nos famulos tuos, atque locum iſtum in omni ſanctitate cuſtodi: & me famulum tuum, atque monaſterium noſtrum, fratres noſtros, & totam familiam, omniaque nobis commiſſa cuſtodire a malis dignare; omnesque affinitate & familiaritate nobis iunctos, vel nobis eleemoſynas facientes, atque iter agentes, ſeu etiam omnes Chriſtianos a vitiis purga, virtutibus illuſtra: pacem & ſalutem nobis tribue, de morbis morteque ſubitanea & improviſa nos ſemper libera, inſidias diaboli & ſagittas & noxia a nobis cuncta procul depelle, hoſtes viſibiles & inviſibiles remove: inimicis noſtris caritatem largire, & omnibus fidelibus vivis & defunctis in terra Viventium vitam & requiem æternam concede. Per.

Secreta.

Deus, qui ſingulari Corporis tui hoſtia totius mundi ſolviſti delicta: hac oblatione placatus, ſcelerum noſtrorum nobisque gregis commiſſi maculas abſterge, &

---

de, quas tibi offerimus in honore Dni nri Ieſu Chriſti, & in commemoratione beatæ Mariæ ſemper Virginis, & beatorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum & Virginum, pro pace & ſanitate populorum tuorum, & proſperitate itineris noſtri, & incolumitate famulorum famularumque tuarum, quorum commemorationem agimus, & pro animabus omnium fidelium defunctorum Catholicorum orthodoxorum, quorum nunerum tu ſolus, Dne, cognoſcis: concede, ut per ſacrificium præſentis oblationis ad refrigerium animarum ſuarum te miſerante perveniant. Per.

Ad Comm.

Læti, Dne, ſumſimus ſacramenta cœleſtia: quæſumus, ut intercedente pro nobis beata ſemper Virgine Dei genitrice Maria, & omnibus ſanctis Apoſtolis & Martyribus, Confeſſoribus & Virginibus tuis, ad vitam nobis proficiant ſempiternam. Per.

Alia.

Deus conſolationis & pacis, reſpice, quæſumus, ad pacem (ſuperſcript. *precem*) familiæ tuæ, & concede: ut animæ famulorum famularumque tuarum, quæ ab Adam uſque in hodiernum diem de hac luce migraverunt, quique baptizati & confeſſi in fide catholica perſeveraverunt, & de ſuis rebus eccleſias Dei ditaverunt, & de quorum eleemoſynis ſumus conſolati, in ſinibus Abrahæ, Iſaac & Iacob feliciter requieſcant, moxque & a mortuis reſuſcitati tibi placeant in regno vivorum. Per.

& omnium Chriſtianorum vivorum vel mortuorum peccata dimitte, eisque præmia æterna concede. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus. Et tuam clementiam humiliter imploramus, ut intervenientibus omnibus Sanctis tuis, delicta noſtra clementer emundes, atque a me miſero gregique mihi commiſſo noxia cuncta procul amoveas; diesque noſtros in tua voluntate diſponas, ſimulque omnibus in te credentibus ſanitatem mentis & corporis tribuas, incredulos convertas, errantes corrigas, iter agentes in viam tuam dirigas, diſcordantibus pacis unitatem largiaris, omnibusque fidelibus vivis & defunctis veniam conferas, ut ad interminabilem gloriam pervenire mereantur. Per Chriſtum.

Ad Comm.

Sumta, quæſumus Dne, ſacramenta omnia crimina noſtra detergant; omnemque pravitatem & infirmitatem ſeu hoſticam rabiem, atque ſubitam mortem, meritis Sanctorum omnium a nobis noſtrisque procul repelle: & omnibus fidelibus vivis & defunctis proſint ad veniam, pro quorum tibi ſunt oblata ſalute. Per.

Miſſa pro peccatis. *gg.* (1)

Exaudi, quæſumus Dne, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per. gg.

[*Alia.*

Averte, quæſumus Dne, iram tuam a nobis; & facinora noſtra, quibus indignationem tuam provocamus, expelle. Per.]

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, placationis offerimus: ut & delicta noſtra miſeratus abſolvas, & nutantia corda tu dirigas. Per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus: te, Dne, ſupplicite implorantes, ut nos ab omnibus peccatis clementer eripias, & a cunctis protegas benignus inimicis, per Xpm.

Hanc igitur oblationem, Dne, quam tibi offerimus pro peccatis atque offenſionibus noſtris, ut omnium delictorum noſtrorum remiſſionem conſequi mereamur, quæſumus Dne, &c. gg.

Ad Commun.

Præſta nobis, quæſumus Dne æterne Salvator: ut percipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per. gg.

Alia:

Deus, cui proprium eſt ſemper miſereri & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram: & quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſolvat. Per. gg.

Unde ſupra alia Miſſa.

Parce, Dne, parce peccatis noſtris: & quamvis inceſſabiliter delinquentibus continua pœna debeatur, præſta quæſumus; ut quod ad perpetuum meremur exitium, tranſeat ad correctionis auxilium. Per. g.

Secreta.

Sacrificia, Dne, tibi cum eccleſiæ precibus immolanda, quæſumus, corda noſtra purificent: & indulgentiæ tuæ nobis

---

(1) Ambas has Miſſas *pro peccatis* ex cod. *San-Blaſiano* damus, quarum prima tantum in edito *Gregoriano* habetur, ſed ſine Præfatione: eadem vero in *San-Gallenſi* quoque notatur.

Digitized by Google

bis dona concilient, & de adverſis proſpera ſentire perficiant. Per. g.

Ad Commun.

Vitia cordis humani hæc, Dne quæſumus, medicina compeſcat; quæ mortalitatis noſtræ venit curare languores. Per. g.

Miſſa pro tribulantibus de quavislibet extra flagella corporis. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus! qui ſubvenis in periculis & neceſſitatibus, laborantes Maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus: ut mittere digneris ſanctum Angelum tuum, qui famulos tuos domui conſiſtentes in anguſtiis & neceſſitatibus ſuis laborantes, conſolationibus tuis adtolle (l. *attollat*, *ut*) & de præſenti conſequantur auxilium, & æterna remedia comprehendant. Per.

Secreta.

Oblationes anguſtiæ pro peccatis atque offenſionibus famuli tui (*in*) hac domo conſiſtentis, omnipotens Deus, oblatas accepi (l. *accipe*), qui in te confidimus vere prophetans (f. *per Prophetam*) dixiſſe, immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua, & invoca me in die tribulationis tuæ, eruam te, honorabis me. Per.

Præfatio.

VD. Qui offenſionibus ſervi tui ill. & iuſte iraſceris, & clementer ignoſcis; præſta, quæſumus Dne, famulo tuo ill. indulgentiam (*de*) peccatis ſuis, ut (*omit.*) & ab ira tua ad te confugientem paterna recipe pietate: ut qui tuæ Maieſtatis flagella formidat, ab occultis reatibus ſemper expediat (l. *expediatur*), & manifeſtis convenienter expurget (*expurgetur*). Concede ei, benigniſſime Pater! tuæ conſolationis auxilium, da illi de tribulatione lætitiam, & de mœrore (*in*) gaudium perpetuæ miſericordiæ transferatur; & corruptio (l. *correptio*) ab iniquitate, & ceſſatio fiat a verbere, ut qui iuſtis (l *iuſte*) pro peccatis ſuis adfligitur, ſpiritum eis (*ei*) tribue corrigendi, ut celerius in tua miſericordia reſpiret, & quam iuſtitia verberum fecit afflictio (2), abundantia remedia eorum facit conſolatum, qui quos (*eos* pro *eum*) & ab humanis retrahat exceſſibus, & ad ſalutaria cuncta perducat. Per.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem (*pro*) famulo tuo (f. *in domo hac*) conſiſtenti, quam tibi offerimus ob diem neceſſitatis noſtræ, pius ac propitius clementi vultu ſuſcipias: ut qui de rectorum (Gel. *meritorum*) noſtrorum qualitate confidimus, (l. *diffidimus*) ut (*omit.*) non iudicium tuum, ſed indulgentiam ſentiamus: ut & de adverſis proſpera habere percipiamus, & ab (*omit.*) omni impugnatione inimici

---

(1) Hæc *Miſſa pro tribulationibus*, ita enim legendum, in ſolo *Rhenaugienſi* continetur, ex variis tamen Miſſis *Gelaſianis* editis compoſita, & miſere ſæpius depravata: quam nos hic utcumque emendatam exhibemus. Alias Miſſas de tribulatione vide mox infra.

(2) Legendum: *Quem iuſtitia verberum fecit afflictum, abundantia remediorum faciat conſolatum*: ex Gelaſ. unde forte ſequentia quoque ita ſupplenda: *Per hæc, quæſumus Dne, veniat ei redemtionis effectus, qui eum & ab humanis &c.*

inimici depulſi (l. *depulſa*) miſericordiam tuæ pietatis adipiſcamur. Diesque noſtros.

Poſt Commun.

Benedictio tua, Dne quæſumus, ſuper hunc famulum tuum, quia (f. *pro quo*) iam commemorationem agimus, copioſa deſcendat, & quia (l. *quæ*) ſubiectis cordibus expetit, largiter conſequatur. Per. g.

Alia Miſſa pro tribulatione. (1)

Ineffabilem miſericordiam tuam, Dne, nobis clementer oſtende: ut ſimul nos & a peccatis exuas, & a pœnis, quas pro his meremur eripias. Per. g. gg.

Secreta.

Suſcipe, Dne, propitiatus hoſtias, quibus & te placari voluiſti, & nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per. g.

Ad Commun.

Sumti ſacrificii, Dne, perpetua nos tuitio non relinquat, & noxia ſemper a nobis cuncta depellat. Per. l. g.

Alia Miſſa unde ſupra. (2)

Deus, qui contritorum non deſpicis gemitum, & mœrentium non ſpernis affectum, intercedentibus omnibus Sanctis tuis adeſto precibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus; easque clementer ſuſcipiens tribuas, ut quidquid contra nos diabolicæ atque humanæ moliuntur adverſitates, ad nihilum redigatur, & conſilio pietatis tuæ allidatur: ut nullis adverſitatibus læſi, ſed de omni tribulatione & anguſtia erepti, læti in eccleſia tua ſancta tibi gratias referamus. Per.

[*Alia.*

Omnipotens ſempiterne Deus! qui facturam tuam pio ſemper gubernas affectu: inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris,

(1) In *San-Gallenſi* ſequens habetur Miſſa in tribulatione.

Præſta nobis, quæſumus omnipotens Deus! ut omnes fremitus inimici mentis puritate vincamus, & is, qui nos in ſua virtute molitur affligere, interceſſione Sanctorum tuorum nobis ſupplicantibus ſuperetur. Per.

Alia.

Da nobis, quæſumus Dne, de tribulatione lætitiam: ut qui diu pro peccatis noſtris affligimur, intercedentibus Sanctis tuis clementer in tua miſericordia reſpiremus. Per. g. *Secreta.*

Suſcipe, Dne quæſumus, preces tribulatorum cum oblationibus hoſtiarum: & tuam miſericordiam deprecantes ab omnibus defende periculis. Per. g.

Præfatio.

VD. æterne Deus! teque totis ſenſibus deprecari, ut in anguſtiis ad te clamantes exaudias, & anxium ſpiritum inter extrema refoveas, animasque fidelium tuorum, quas cœleſti pane non deſeris, terreni victus miſeratione ſuſtentes. Per X. D. N.

Ad Commun.

Repleti, Dne, participatione cœleſti, ſupplices te rogamus: ut quos divino munere non relinquis, perpetua gubernatione comiteris. Per.

(2) Miſſam hanc ex codice *Petrobuſano Gregorium* damus, quæ etiam in *San-Gallenſi* continetur, ſed pro uno tantum, ſuperſcriptis tamen, quæ in ea pro pluribus habentur; prænotatur autem *Miſſa pro tribulatis & preſſuram ſuſtinentibus*, cum quibusdam hinc inde variationibus, ubi inſuper eraſis ſæpe vocibus aliæ recentius ſubſtitutæ ſunt, ex qua hic inſerimus, quæ in *Petrobuſano* deſunt. Ex tertia vero in eodem *San-Gallenſi* codice Miſſa de tribulatione præfationem duntaxat ponimus; cætera enim cum hodierno Miſſali *Romano* concordant. Orat. *Ne deſpicias omnipotens Deus &c.* gg. Secreta. *Suſcipe, Dne, propitius hoſtias &c.* g.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui propterea iure punis errantes, & clementer refoves caſtigatos, ut nos & a malis operibus abſtrahas, & ad bona facienda convertas: quia non vis invenire quod damnes, ſed vis eſſe potius quod corones, per X. D. gg.

Ad Commun.

Vivificet nos, Dne, ſacræ participationis infuſio, & perpetua protectione defendat. Per. g.

Alia.

Tribulationem noſtram &c. gg.

Digitized by Google

noſtris, & famulos tuos nimia tribulatione laborantes placido intuere obtutu. Per.]

Secreta.

Deus, qui tribulatos corde ſanas, & mœſtificantes actu iuſtificas: ad hanc propitius hoſtiam, quam tibi pro tribulatione noſtra offerimus, dignanter attende, & benignus accipe; diſcrimina noſtra depelle, miſeriarum & anguſtiarum amove preſſuram: ut exuti omnibus, quæ patimur, malis, in tuis ſemper mereamur exultare præſidiis. Per.

[*Præfatio.*

VD. æterne Deus! Maieſtatem tuam ſuppliciter exorantes, ut famulis tuis præteritorum concedas veniam delictorum, & ab omni mortalitatis incurſu continuata nos miſeratione protegas: quia tum auxilium tuum non diffidimus affuturum, cum a nobis ea, quibus offendimus, dignanter expuleris, per X. D.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne, quam tibi offerimus pro liberatione & conſolatione famulorum tuorum, ſereno vultu accepta, ut non nos fraus humana deiiciat, non tua Deitas ex iudicio puniat, non caſtigantis iuſtitia uſquequaque demergat, non iniquitas propria, non adverſitas gravet aliena. Si quid tibi deliquimus, ignoſce; ſi quid offendimus homines, tu dimitte: ſubmove a nobis cruciatus mentis ſimul & corporis, ut te compuncti requiramus, a te tacti non doleamus, per te ſuſtenti adverſa deſpiciamus, & a te correcti te diligenter exquiramus. Diesque noſtros.]

Ad Commun.

Dimitte, Deus, peccata noſtra, & tribue nobis miſericordiam tuam, quam ſacramenti cœleſtis participatione exquirimus: & intercedentibus omnibus Sanctis tuis humilitatem noſtram attende, vincula ſolve, delicta dele, tribulationem inſpice, adverſitatem repelle, effectumque petitionis noſtræ clementer largire. Per.

Orationes de lacryma, vel de qualicumque tribulatione. (1)

Ineffabilem nobis Dne. *Ut ſupra. gg.*

Alia.

Parce, Dne, parce peccantibus, & ut ad propitiationem tuam poſſimus accedere, ſpiritum nobis tribue corrigendi. Per. *l. g.* *Secreta.*

Quæſumus Dne, noſtris placare muneribus, quoniam tu eadem tribuis, ut placeris. Per. *g.*

Præfatio.

VD. Qui nos caſtigando ſanas, & refovendo benignus erudis (S. Gall. *educas*), dum vis ſalvos eſſe correptos, quam perire neglectos: qui famulos tuos ideo corporaliter verberas, ut mente proficiant, patenter oſtendens, quod ſit pietatis tuæ præclara ſalvatio, dum præſtas, ut

(1) Alia eſt hæc Miſſa *Rhenaug.* Codicis ab illa, quæ infra habetur *pro petitione lacrymarum.* Subiungimus hic ex San-Gallenſi *Miſſam pro irreligioſis*, quæ tota eſt *Gelaſ.* ed. apud THOMAS. opp. T. VI. p. 804. cum propria tamen præfatione, ſcilicet

Præfatio.

VD. æterne Deus! Magno etenim, Dne, reatu conſtringimur, ſi ad ſincerum tui nominis cultum nec caſtigationibus corrigimur, nec beneficiis incitamur. Ideo precamur attentius, ut quibus miſerationes tuas largiris ingratis, infundas etiam devotionis affectum, quo efficiantur & grati. Per X. D. N.

ut operetur nobis etiam ipſa infirmitas medicinam : qui fragilitatem noſtram non ſolum miſericordiæ donis temporalibus conſolaris, ut nos ad æternam (S. Gall. *æterna*) promoveas ; ſed etiam ipſis adverſitatibus ſæculi benignus erudis, ut ad cœleſtia regna perducas. Per Chriſtum.

Poſt Commun.

Præſta, Dne quæſumus, ut terrenis affectibus expiatis ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cuius hbavimus ſancta, tendamus. Per. *g. El. g g.*

luntate concordiam : ut ab omnibus, quæ nos pulſant, tentationibus liberemur. Per. g. gg.

Secreta.

His ſacrificiis, Dne quæſumus, concede placatus : ut qui propriis oramus abſolvi delictis, non gravemur externis. Per. g.gg.

Ad Comm.

Libera nos, Dne, ab omni malo, propitiusque concede : ut quæ nobis poſcimus relaxari, ipſi quoque proximis remittamus. Per. g. gg.

Miſſa pro Pace. (1)

Deus largitor pacis, & amator caritatis ! da ſervis tuis veram cum tua vo-

Miſſa pro Regibus. (2)

Deus, regnorum omnium, & Romani maxime protector imperii, da ſervis tuis

(1) Duas pro pace Miſſas in Codicibus noſtris habemus, unam in *Petrohuſano*, & *San-Gallenſi*, quam hic damus ; & eadem fere eſt, quæ in vulg. *Gelaſ.* inſcribitur *pro caritate*, in San-Gallenſi vero *pro Concordia fratrum*, cum orat. ad Commun. *Spiritum nobis*, ut in Miſſali : aliam in *San-Blaſiano*, prout in editis legitur, oratio *Deus, a quo ſancta &c.* g. gg. Secreta *Deus qui credentibus in te populis nullis finis nocere terroribus &c.* gg. Ad Comm. *Deus auctor pacis &c.* g. gg. Quam vero hic ſubiicimus, ex *San-Gallenſi* eſt deſumta, conyenitque fere cum *Gelaſ.* edita.

Miſſa pro pace Gelaſ.

Deus, conditor mundi, ſub cuius arbitrio omnium ſæculorum ordo decurrit : adeſto propitius invocationibus noſtris, & tranquillitatem pacis præſentibus concede temporibus, ut in laudibus miſericordiæ tuæ inceſſabili exultatione lætemur. Per. g.

Secreta.

Omnipotens ſempiterne Deus ! placabilis & acceptabilis ſit tibi hæc oblatio, quam ego indignus offero tibi pro tribulatione & liberatione noſtra, & pro pace totius Chriſtianitatis : ut nos a præſenti tribulatione eripias, & pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per.

Ad Commun.

Deus, qui miſericordiæ tuæ potenti auxilio & proſpera tribuis, & adverſa repellis, univerſa obſtacula, quæ ſervis tuis adverſantur, expugna : ut remoto terrore bellorum & libertas ſit ſecura, & religio ſit quieta. Per. g.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus ! qui cœleſtia ſimul & terrena moderaris, ſupplicationes populi tui clementer exaudi : & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per. gg.

(2) Prima hæc Miſſa *pro Regibus* ex codice *Rhenaugienſi* ſumta eſt, altera ex *San-Blaſiano*, ubi alia adhuc exhibetur *Miſſa pro Rege*, eadem quæ in vulg. *Gregor.* & in Miſſali *Romano* habetur. Sequentes ex *San-Gallenſi* ſubiicimus, quarum prima eadem eſt cum cod. *Rhenaug.* *Alia Miſſa.*

Quæſumus, omnipotens Deus &c. *Ut in Miſſali.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui de plebe tua imperii faſtigio famulum tuum N. dignatus es ſublimare : fac eum humilitatis, iuſtitiæ, cæterarumque virtutum bono excubare, ut a tuæ veritatis tramite non recedat, & ad te, qui vita es, gratioſus perveniat. Per.

Præf. *Qui es auctor totius bonitatis.* ut in ed. *Gregor.* apud MURAT. p. 350. Ad Commun. *Hæc Dne oratio ſalutaris &c.* ut in Miſſali.

Alia.

Hæc, Dne, ſalutaris ſacramenti perceptio peccatorum maculas diluat, & Imperatorem noſtrum ad regendum ſecundum tuam voluntatem populum idoneum reddat : ut hoc ſalutari myſterio contra viſibiles & inviſibiles hoſtes reddatur invictus, per quod mundus divina eſt diſpenſatione redemtus. Per.

Item Miſſa pro Regibus. gg.

Omnipotens ſempiterne Deus ! in cuius arbitrio &c. *Ut ſupra.*

Digitized by Google

tuis Regibus noſtris ill. triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere: ut cuius conſtitutione ſunt principes, eius ſemper munere ſint potentes. Per. *g. gg.*

Super Oblata.

Suſcipe, Dne, preces & hoſtias eccleſiæ tuæ pro ſalute famuli tui illius ſupplicantis, & protectione fidelium populorum antiqua brachio tuo operante (ed. *operare*) miracula: ut ſuperatis pacis inimicis ſecura tibi ſerviat Chriſtianorum Romana libertas. Per. *g. gg.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne, famuli tui illius, quam tibi miniſterio officii ſacerdotalis offerimus pro eo, quod in ipſum poteſtatem imperii conferre dignatus es, propitius & benignus adſume, & exoratus noſtra obſecratione concede: ut Maieſtatis tuæ protectione confidens & ævo augeatur & regno. Per. *gg.*

Poſt Commun.

Deus, qui prædicando æterni regni Evangelio Romanum imperium præparaſti: prætende famulis tuis illis Principibus noſtris arma cœleſtia: ut pax eccleſiarum nulla turbetur tempeſtate bellorum. Per. *g. gg.*

Alia Miſſa pro Regibus.

Omnipotens ſempiterne Deus, in cuius arbitrio regnorum omnium iura conſiſtunt: protege Chriſtianorum ubique Rectorem, ut eius votiva proſperitas pax tuorum poſſit eſſe populorum. Per. gg.

Secreta.

Deus, qui ſubiectas tibi glorificas potestates, ſuſcipe propitius oblationes noſtras, & Chriſtianis vires adde Principibus: ut qui ſe dextera tua expetunt protegi, nulla poſſint adverſitate ſuperari. Per. g.

Ad Commun.

Deus, qui prædicando æterni regni Evangelio Chriſtianum &c. Ut ſupra.

Alia.

Deus, in cuius manu corda ſunt Regum, inclina ad preces humilitatis noſtræ aures miſericordiæ tuæ, & Principibus noſtris famulis tuis ill. regimen tuæ appone ſapientiæ: ut hauſtis de tuo fonte conſiliis & tibi placeant, & tua ſemper beneficia conſequantur. Per. g.

Miſſa in tempore Belli. (1)

Populi tui, quæſumus omnipotens Deus! propitiare peccatis, & totius hoſtilitatis terrores a nobis averte: ut Chriſtiani

---

Secreta.

Deus, qui ſubiectas tibi glorificas &c. *Ut ſupra.*

Ad Commun.

Divina libantes myſteria, quæſumus Dne, ut hæc ſalutaria ſacramenta Principi noſtro proficiant ad proſpectitatem & pacem: quatenus tibi ſecura mente deſerviat, & in tua ſemper protectione ad tutamentum Chriſtiani populi aſſiſtere mereatur. Per.

Alia.

Deus regnorum omnium &c. *pro uno ut ſupra.*

(1) Sequentes Miſſas in ſolo *San-Gallenſi* contentas, & in vulg. *Gelaſ.* apud THOMASIUM T. VI. opp. occurrentes hic tantum indicare ſufficiat. Miſſa in tempore belli. orat. *Deus cuius regnum.* p. 199. alia: *Deus qui providentia.* p. 201. alia: *Deus ſervientium tibi.* ib. Secreta. *Propitiare Dne.* ib. Præfatio: *qui ſubiectas.* gg. apud MURAT. p. 353. Ad Comm. *Protege Dne.* p. 201. Alia Miſſa. orat. *Deus regnorum omnium regumque.* p. 199. alia: *Protector noſter.* p. 202. Secreta: *Sacrificium Dne.* ſupra. Præfatio: *Sub cuius poteſtatis arbitrio.* p. 200. Ad Comm. *Sacroſanctí Corporis.* p. 199. Miſſa contra Paganos. orat. *Deus qui conteris bella.* p. 199. Alia: *Omnipotens ſempiterne Deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates & omnia iura regnorum! reſpice ad Chriſtianum benignus imperium: ut gentes, quæ in ſua feritate confidunt, potentiæ tuæ dextera compri-*

Digitized by Google

ni nominis ſecura libertas in tua devotione ſemper exultet. Per. g.

Secreta.

Sacrificium, Dne, quod immolamus, intende placatus: ut ab omni nos exuat bellorum nequitia, & in tuæ protectionis ſecuritate conſiſtat (*Gel.* conſtituat). g.

Ad Commun.

Adeſto, Dne, populis, qui ſacra myſteria contigerunt: ut nullis periculis affligantur, qui in te protectorem confidunt. Per. l. g.

Miſſa in Monaſterio. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus, prætende ſuper nos famulos tuos ſpiritum gratiæ ſalutaris: & ut in veritate tibi complaceamus, perpetuum nobis rorem tuæ benedictionis infunde. Per. g. gg.

Secreta.

Hoſtias, Dne, famulorum tuorum placatus intende: & quas in honore nominis tui devota mente pro nobis celebramus, proficere nobis ſentiamus ad medelam. Per. l. g. gg.

Hanc igitur oblationem, Dne, famulorum tuorum, quam tibi offerunt ob devotionem mentis ſuæ, pius ac propitius clementi vultu ſuſcipias, tibi ſupplicantes libens protege & clementer exaudi, & aterna eos protectione conſerva: ut ſemper in tua religione latantes, inſtanter in ſanctæ Trinitatis confeſſione fide catholica perſeverent; nobis hæc quoque unanimiter & crebro petentibus ipſe præſtabis omnipotens Deus, per Xpm Dnm nrum. g.

Ad Commun.

Quos cæleſti recreas munere, perpetuo, Dne, comitare præſidio, & quos fovere non deſinis, dignos fieri ſempiterna redemtione concede. Per. g. gg.

Alia.

---

mantur. Per. gg. Alia: *Hoſtium noſtrorum.* p. 200. Secreta: *Huius nos Dne.* ib. Præfatio: *Qui ideo malis præſentibus.* gg. MURAT. p. 354. Ad Comm. *Vivificet nos.* g. p. 200. Miſſa contra hoſtes. orat. *Populi tui.* ſupra. Alia: *Omnipotens & miſericors Deus, a bellorum nos, quæſumus, turbine fac quietos: quia bona cuncta nobis præſtabis, ſi pacem dederis & mentis & corporis. Per.* Alia: *Contere quæſumus.* p. 200. Secreta: *Huius quæſumus Dne.* ibid.

Præfatio.

VD. æterne Deus! agnoſcimus enim, Deus noſter, agnoſcimus, ſicut prophetica dudum voce teſtatus es, ad peccantium merita pertinere, ut ſervorum tuorum labore quæſita, ſub conſpectu noſtro manibus diripiantur alienis; & quæ deſudantibus famulis naſci tribuis, ab hoſtibus patiaris abſumi: totoque corde proſtrati ſupplices exoramus, omnipotens Deus! ut & præteritorum concedas veniam delictorum, & ab omni mortalitatis incurſu continuata miſeratione nos protegas: quia tum defenſionem tuam non diffidimus affuturam, cum a nobis ea, quibus offendimus, dignanter expuleris. Per X. D. N. Ad Comm. *Adeſto Dne populis &c.* ut ſupra. Alia: *Omnipotens Deus, Chriſtiani nominis inimicos.* p. 200. *Miſſa contra Iudices male agentes.* orat. *Eccleſiæ tuæ.* p. 203. Alia: *Omnipotens ſempiterne Deus! qui diabolicæ ſimulationis deteſtaris inſidias; tribue quæſumus, ut nec mentes noſtras mortiferis poſſint vexare nequitiis, nec per aliorum ſubdolas voluntates nocendi nobis ſumere facultatem. Per.* Secreta: *Protege nos.* Ad Comm. *Quæſumus.* ib.

(1) Altera *Miſſa in Monaſterio ſeu Epiſcopio* habetur in Cod. *San-Gall.* or. *Omnipotens ſempiterne Deus.* Ut ſupra. Alia. *Fac, quæſumus Dne, famulos tuos toto ſemper ad te corde concurrere, tibi ſubdita mente ſervire, tuam miſericordiam ſuppliciter exorare, & tuis ingiter beneficiis gratulari. Per.* g. Secreta: *Hoſtias Dne.* Ut ſupra Præfatio: *Qui es iuſtorum gloria, & miſericordia peccatorum, pietatem tuam humili prece deposcimus, ut famulos tuos benignus reſpicias, & pietatis tuæ cuſtodiam impendas: ut ex toto corde, & ex tota mente tibi deſerviant, & ſub tua protectione conſiſtant. Per Xpm.* Infra actionem ut ſupra. Ad Complend. *Quos cæleſti.* Sequuntur orationes *pro Monachis ſive Canonicis*, quæ in *Geliſ.* vulg. habentur p. 193.

Digitized by Google

Alia.

Tu Dne, quæſumus, famulis tuis bonos mores placatus inſtitue, tu in eis, quod tibi placitum ſit, dignanter infunde: ut & digni ſint, & tua valeant beneficia promereri. Per. g.

Alia.

Famulos tuos, quæſumus Dne, benignus intende, & eis dignanter pietatis tuæ impende cuſtodiam. Per. g.

[*Miſſa, qui ſe Deo devoverint.* (1)

Deus, qui nos, ſæculi vanitate converſos ad ſupernæ dona vocationis accendis: pectoribus noſtris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perſeveremus, infunde: ut protectionis tuæ muniti præſidio, quod te donante promiſimus, impleamus; ut nræ profeſſionis exſecutores effecti, ad ea, quæ perſeverantibus in te dignatus es promittere, pertingamus, per.

Secreta.

Tibi, Dne Deus noſter, nræ devotionis hoſtias immolamus, hoc orantes pariter ac precantes: ut nos tibi ſacrificium mortificatione vitæ carnalis effectos, in odorem ſuavitatis accipias, ac moribus, quibus profeſſioni nræ congruamus, inſtituas; ut quos ſcæ compunctionis ardore ab hominum ſæcularium propoſito ſegregaſti, etiam a converſatione carnali, & ab immunditia actuum terrenorum, infuſa nobis cœlitus ſanctitate, diſcernas, per Dnm nrm.

Poſt Commun.

Purificent nos, Dne, ſacramenta, quæ ſumſimus, & famulos tuos ab omni culpa liberos eſſe concede: ut qui conſcientiæ reatu conſtringuntur, cœleſtis remedii plenitudine glorientur. Per Dnm.]

Miſſa votiva. (2)

Maieſtatem tuam, clementiſſime Pater, ſuppliciter exoramus, ut (l. &) mente devota poſtulamus pro fratribus & ſororibus noſtris, vel pro his, qui nobis propria crimina vel facinora ante tuam Maieſtatem confeſſi fuerint (*fuerunt*), vel pro his, qui ſe in noſtris orationibus commendaverunt; tam pro vivis, quam & pro ſalutis debito mortis (3), quorum eleemoſynas erogandi ſuſcepimus, & quorum animas ad memorandum conſcripſimus, vel quorum nomina ante ſanctum altare tuum adſcripta eſſe videntur: concede propitius, ut hæc oblatio mortis (l. *mortuis*) proſit ad veniam, & vivis proficiat ad medelam, & fidelibus tuis, pro quibus oblatio offertur, indulgentia tuæ pietatis ſuccurrat. Per.

Secreta.

Preces noſtras, quæſumus Dne, clementer

---

(1) Ex eodem *S. Gallenſi* Miſſa pro votoVirginum. orat. *Da, quæſumus Dne, famulæ.* p. 125. Secreta: *Tuis, Dne quæſumus, operare myſteriis; ut hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per.* Infra actionem: *Hanc igitur oblationem famulæ, tuæ tibi debitam &c.* Ad Comm. *Reſpice.* p. 126. Miſſa pro voto viduæ. orat. *Deus caſtitatis amator.* Secreta: *Munera quæſ.* Ad Compl. *Bonorum omnium Deus.* p. 126. Item Miſſa in natalitio ancillarum Dei. orat. *Preces famulæ.* Super oblata: *Votivis quæſ.* Infra actionem: *Hanc igitur oblationem famulæ tuæ, quam.* Poſtcom. *Deus qui habitaculum.* p. 126.

(2) Miſſa hæc quoque in ſacramentario *Gallicano* apud MURATORIUM Lit. *Rom.* p. 914. ſeq. habetur ſub titulo *Miſſa pro vivis & pro defunctis*, excepta Præfatione & Poſtcommunione; haud adeo tamen, uti hic, depravata.

(3) Gall. *ſolutis debito mortis, quorum eleemoſynas erogandas ſuſcepimus*: ſic & in ſeqq. legendum.

Digitized by Google

menter exaudi, & ſupplicationem noſtram efficaciter comple: ſuſcipe propitius oblationem atque eleemoſynas, quas ante altare tuum pro fratribus & ſororibus noſtris offerimus, ſeu & pro cunctis benefactoribus noſtris, quorum eleemoſynas erogandas ſuſcepimus, & quorum animas ad memorandas conſcripſimus, vel nomina ante ſanctum altare tuum adſcripta eſſe videntur, ſive vivorum ſive defunctorum, & fidelibus tuis, pro quibus oblatio cunctis proficiat ad ſalutem. Per. (1)

Præfatio.

VD. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui vivificas mortuos, (&) vocas ea quæ non ſunt, tamquam ſint, qui facis ſpem, ubi ſpes non eſt; Tu enim Dne, & mortis & vitæ habes poteſtatem, & deducas (l. *deducis*) ad portas mortis, & reducis per regentem ex mortuos, (2) per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum; qui es (l. *eſt*) ſpes omnium, vita credentium & reſurrectio mortuorum, & in quo nos non ſolum pro viventibus, ſed ecce iam (l. *etiam*) pro defunctis preces fundere & miſericordiam tuam ſperare voluiſti. Unde nunc, Domine, refrigeria ac deſiderata remedia famuli tui ill. ſacrificia redemptionis adhibemus, (3) obſecrantes, ut ſicut ei potentiam tuam manifeſtaturus es in reparatione: ita iam nunc miſericordiam tuam oſtendas in requie. Per quem . . .

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, quam tibi offerimus, Domine, pro fratribus & ſororibus noſtris, ſeu pro omnibus benefactoribus noſtris, vel pro his, qui nobis propria crimina vel facinora ante tuam Maieſtatem confeſſi fuerint, vel pro his, qui ſe in noſtris orationibus commendaverunt, tam pro vivis, quam & ſalutis debitum mortis, quorum eleemoſynas erogandus ſuſcepimus, & quorum animas ad memorandum conſcripſimus, vel quorum nomina ante ſanctum altare tuum adſcripta eſſe videntur, quæſumus Dne, ut convenerint (l. *cum venerint*) ante thronum Maieſtatis tuæ, cum Sanctis & Electis tuis præmium æternæ vitæ percipiant portionem, Diesque noſtros &c.

Poſt Comm.

Deus omnipotens (l. *ſuper*) vota humilia, atque ſupplicationes noſtras dexteram tuæ Maieſtatis extende, & animabus famulorum famularumque tuarum tam pro vivis, & pro ſolutis debitum (*debito*) mortis, quorum confeſſiones vel eleemoſynas erogandi (*erogandas*) ſuſcepimus, & quorum (*animas*) ad memorandum conſcripſimus, vel quorum nomina ante ſanctum altare tuum adſcripta eſſe videntur, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Per.

Miſſa pro ſalute unius vivi.

Omnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo ill. & dirige eum ſecundum

---

(1) Sequens Præfatio extra ordinem hic videtur poſita, unice enim fere ad unum defunctum ſpectat.

(2) Leg. *per reſurgentem ex mortuis Dnum &c.*

(3) Forte leg. *famulo tuo per ſacrificia.*

Digitized by Google

dum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ; ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Per. gg.

Secreta.

Proficiat, Dne quæſumus, hæc oblatio, quam tuæ ſupplices offerimus maieſtati, ad ſalutem famuli tui ill. ut tua providentia eius vita inter adverſa & proſpera ubique dirigatur. Per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus: implorantes tuæ maieſtatis miſericordiam, ut famulo tuo ill. veniam ſuorum largiri digneris peccatorum: ut ab omnibus inimici vinculis liberatus, tuis toto corde inhæreat mandatis, & te ſolum ſemper tota virtute diligat, & ad tuæ quandoque beatitudinis viſionem pervenire mereatur. Per. Xpm.

Ad Commun.

Sumentes Domine, perpetuæ ſacramenta ſalutis, tuam deprecamur clementiam: ut per ea famulum tuum ill. ab omni adverſitate protegas. Per. gg.

Alia.

Famulum tuum ill. quæſumus Domine, tua ſemper protectione cuſtodi: ut libera tibi mente deſerviat, & te protegente a malis omnibus ſit ſecurus. Per. gg.

Miſſa votiva in Sanctorum feriis. (1)
(San-Gall. commemoratione.)

Omnipotens & miſericors Deus, cui redditur votum in Hieruſalem: per merita & interceſſionem beati ill. Martyris tui exaudi preces famuli tui ill. memor eſto ſacrificii eius, pingue fiat holocauſtum eius. Tribue ei, quæſumus, divitias gratiæ tuæ, comple in bonis deſiderium, corona eum in miſeratione & miſericordia, tibique Domino pia devotione iugiter famuletur. Ignoſce ei facinora, & ne lugenda committat, paterna pietate caſtiga. Per. *Gall.*

Secreta.

Exaudi, omnipotens Deus, deprecationem noſtram pro famulo tuo ill. qui in honore ſancti ac beatiſſimi ill. oblationem tibi offert: ut per eius merita vota (S. Gall. *ſua vota perficias*) petitiones eius aſcendant ad aures clementiæ tuæ, & deſcendat ſuper eum pia benedictio tua; ut ſub umbra alarum tuarum protegatur, & orationes noſtræ, te propitiante, non refutentur, ſed (*in*) omnibus (*ei*) auxiliare atque defende. Per. *Gall.*

Præfatio.

VD. Cuius potentia deprecanda eſt, miſericordia adoranda, pietas amplectenda, opera magnificanda; quis enim diſputare poteſt opus omnipotentiæ tuæ? Sed nos, in quantum poſſumus, miſeri, territi quidem de conſcientia, ſed fidi de tua miſericordia, clementiam tuam ſuppliciter deprecamur, ut famulo tuo ill. intercedente ſancto ill. Confeſſore tuo, remiſſionem peccatorum tribuas, opus bonum perficias, admiſſa condones, concedasque eidem ſervo tuo ill. (*ut*) per cuius commemorationem remedium poſtulat,

---

(1) Damus hic ex *Rhenaugienſi* & *San-Gallenſi* codd. hanc Miſſam, quam etiam integram fere exhibet ſacramentarium *Gallicanum* ſæpe citatum, licet cum variationibus: cui ſubiungimus aliam ex eodem *Rhenaugienſi*, huic in multis ſimilem, ex qua etiam hinc inde corrigenda eſt.

Digitized by Google

lat, ad vota desideriorum tuorum perveniat: præsta, omnipotens Deus, supplicanti indulgentiam, postulanti veniam, poscenti vitam sempiternam. Per Xpm. *Gall.*

Post Comm.

Muneris tui divini percepti (S. Gall. *divini largitate percepta*, forte leg. *perceptione*) quæsumus Dne, ut devotionem famuli tui ill. confirmes in bono, & mittas ei auxilium de Sancto, & de Sion tuere (*tuearis*) eum. Per.

Missa pro eis, qui sibi in corpore vivi Missam cantare rogant.

Exaudi, omnipotens Deus, deprecationem nostram ante conspectum Sanctorum tuorum, specialiter pro famulo tuo ill. qui in honore S. Pauli ac beatissimi Georgii oblatam offerat (*sic*) vota proficiat; petitiones eius ascendant ad aures clementiæ tuæ Dne, & descendat super eum pia benedictio tua: ut sub umbra alarum tuarum protegatur, & orationes nostræ a te proficientes non refutentur, sed in omnibus auxiliare atque defendere digneris. *Vid. supra Secreta.*

Secreta.

Auditis nominibus offerentium, fratres kariſſimi! rogemus Deum Patrem omnipotentem, ut oblationem famuli tui ill. inter Sanctorum tuorum dona constituas, per (*omit.*) quorum suffragia pia devotione postulamus. Per.

Post Commun.

Famulos tuos, quæsumus Dne, tua semper gratia benedicat, & inculpabiles ad vitam perducat æternam. Per.

Benedictio tua, Domine super famulo tuo ill. copiosa descendat, & quia (l. *qua*) subiectis cordibus expedit (l. *expetit*) largiter consequatur. Omnipotens sicut superbis resistis, sic super famulo tuo ill. gratiam benignus impendas. Per.

Item alia Missa votiva. (1)

Omnipotentem Deum nostrum fusis precibus exoramus, Domine, pro famulo tuo ill. votum optabile desiderio, ut ei, Dne, impleas petitionis affectum, preces eius exaudias, desideria compleas, vota suscipias, & propitius peccata dimittas:

(1) Has tres Missas votivas pro salute unius vivi ex *Rbenaugiensi* damus, prout ibi continentur, satis mendosas; neque eas aliunde emendare facile licet, cum nec in editis, nec in Mss. aliis habeantur, si pauca ex sacramentario *Gallicano* desumta excipias. Sequentes duas ex *Sun-Gallensi* hic subiicimus.

Missa pro amico votiva.

Da, quæsumus Dne, famulo tuo ill. sanitatem mentis & corporis, da vitare, quod nocet, & amare quod salvet: da, ut bonis operibus inhærendo & benedici mereatur, & tua virtute defendi. Per.

Secreta.

Suscipe, clementissime Pater! hostiam placationis & laudis, quam ego indignus & peccator famulus tuus tibi offerre præsumo ad honorem & gloriam nominis tui, sive pro incolumitate famuli tui; ut omnium delictorum suorum veniam consequi mereatur. Per.

Ad Commun.

Divini muneris largitate satiati quæsumus, Dne, ut devotionem famuli tui ill. confirmes in bonis, & mittas ei auxilium de sancto, & de Sion tuearis eum. Per.

Missa pro Amico.

Deus infinitæ misericordiæ, & bonitatis immensæ! propitiare peccatis famuli tui ill. & omnibus animæ eius medere languoribus: ut miserationum tuarum remissione percepta, in tua indulgentia lætetur. Per.

Secreta.

Suscipe, Dne, propitius hostias famuli tui ill. indulgentiam pro peccatis suis postulantis: quibus & te placari voluisti, & illi salutem animæ petenti potenti pietate restitui. Per.

Ad Commun.

Muniat, quæsumus Dne, famulum tuum ill. pro cuius iniquitatibus misericordiam tuam deprecamur, sumti vivificatio sacramenti: ut a vitiis omnibus expiatus, in tua religione devotus permaneat. Per.

Digitized by Google

tus: ut dum pietatis intuitu placabilis oculis eius intentionem reſpexeris, votum ipſius eius orationi adcommodes, & libens ſuſcipias preces. Per.

Secreta.

Adeſto, omnipotens & miſericors Deus, invocationibus noſtris, & hanc famuli tui ill. oblationem propitius adſume: & quia non habet fiduciam, (*niſi per*) miſericordiam tuam & Sanctorum tuorum ſuffragia, quæſumus Domine, per hæc pia oblationis officia plenam indulgentiam atque perpetuam miſericordiam conſequi mereatur. Per.

VD. Et te ſuppliciter rogare per (l. *pro*) amantiſſimos carosque noſtros ill. qui religioſo corde ac devoto tibi ſperant ſervire, miſerere, omnipotens Deus, famulos tuos libenter adhærentes tibi; præterita, præſentia, in quibus offendunt, eis remitte peccata, & gratiam pietatis tuæ ſenſibus & cordibus eorum largiter infundere digneris, & proſpera vita præſentibus vota incedunt, & vivant terminos, illius vita per angelica gradiantur mandata, & te adiuvante perfecta vita & perfectis actis placeant tibi, æterni regni inter Sanctos & Electos capiant præmia. Per Chriſtum.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem famuli tui ill. quam tibi offerimus pro peccatis atque offenſionibus eius in remiſſionem omnium peccatorum conſequi mereamur. quæſumus Domine. Per.

Poſt Comm.

Indulge, Domine, petentibus nobis pro famulo tuo ill. da indulgentiam poſcenti, ut ſecura mente Domino Deo noſtro victima pro ipſo tibi offerre valeam, ut pro delictis ſuis veniam obtineat ſanitatis, te ſancte Pater munera conſecuta ad ſalutem gratiæ æternæ poſſit cum tuo adiutorio pervenire.

Miſſa votiva cum Lectione. (1)

Deus, cui accepta ſunt vota & munera, fratres cariſſimi, exoramus, ut votum

---

(1) Leg. *cum Oblatione.* Differt hæc Miſſa a *Gelaſ.* L. III. n. 48. p. 191. ſeq. *pro his, qui Agape faciant*: quo titulo etiam, pluribus additis orationibus, cum altera Miſſa *unde ſupra* i. e. eiusdem argumenti habetur in *San-Gallenſi*, præciſior in *San-Blaſiano* inſcripta, *pro eleemoſynas facientibus.* Sequuntur ibi aliæ, in certis ſaltem orationibus diverſæ ab iis, quæ partim in *Gelaſiano*, partim hodieque in Miſſali *Rom.* leguntur, quas hic ex eod. cod. *San-Gallenſi* triplicis ritus damus.

Oratio pro Agapem faciente.

Sanctum ac venerabilem retributorem bonorum operum Dominum deprecemur pro filio noſtro ill. qui de ſuis inſtis laboribus victum indigentibus adminiſtrat: ut Dnus cœleſtis ei ſua miſericordia recompenſet terrenam eleemoſynam, & ſpiritales divitias largiatur: tribuat ei pro parvis magna, pro terrenis cœleſtia, pro temporalibus ſempiterna. Per. g.

Miſſa unde ſupra.

Deus, qui poſt baptiſmi ſacramentum ſecundam abolitionem peccatorum eleemoſynis indidiſti: reſpice propitius ſuper famulum tuum ill. cuius operibus tibi gratiæ referuntur: fac eum præmio beatum, quem feciſti pietate devotum. Per. g. gg.

Alia.

Deus, qui homini ad tuam imaginem facto etiam ſpiritalem alimoniam præparaſti: concede filio noſtro famulo tuo ill. qui in pauperes tuos tua ſeminat dona, ut veros metat ſuorum operum fructus, & largitatis hodiernæ compenſatio ipſi perpetua conferatur, recipiatque pro parvis magna, pro terrenis cœleſtia, pro temporalibus ſempiterna. Per. g.

Secreta.

Deus, qui tuorum corda fidelium per eleemoſynam dixiſti poſſe mundari: præſta, quæſumus, ut huius

votum ſervi tui ill. dignanter accipias: tribue ei divitias gratiæ tuæ, ab omnibus periculis eum liberare iubeas, tuearis ac defendas, protegas & confortas diebus ac noctibus, horis atque momentis: da ei auxilii tui præſidium iuxtā evangelicam vocem, ut, quod precatur, obtineat, & quod impetratur, agnoſcat. Per.

Secreta.

Domine, qui per os David locutus es:

---

conſortes (al. *conſortiis*) ſacramenti ad conſcientiæ ſuæ fructum non gravare ſtudeant miſeros, ſed iuvare. Per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus: devotis omnipotentiam tuam mentibus obſecrantes, ne ſenſus noſtri bonorum colore fallantur, & ne ſub inanis opinionis effectu ſalutiferæ perdamus officium pietatis, & non ſub imagine conſulendi pereellamus afflictos, nec opem ſanis de infirmorum læſione quæramus, quod abſit; nec per ſpeciem pietatis exercenda crudelitas, nec doleamus vitare quod iniquum eſt, ſed intelligentes ſublatam nobis peccati materiam potius gaudeamus. Per Xpm.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne, famuli tui ill. quam tibi offert de iuſtis eleemoſynis ſuis, quas in pauperes tuos operatur, ut placatus ſuſcipias deprecamur; pro quo maieſtati tuæ ſupplices fundimus preces, ut adiicias ei tempora vitæ, ut per multa curricula annorum lætus tibi in pauperes tuos hæc operetur, atque annua vota tibi perſolvat, per Xpm D. N. quam oblationem &c. *g.*

Ad Complendum.

Omnipotens ſempiterne Deus! reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum ill. qui in pauperes tuos hæc operatur, virtute cuſtodias, poteſtate tuearis: ut per multa curricula annorum lætus tibi in pauperes tuos hæc operetur. Per. *g.*

Alia.

Concede nobis, omnipotens Deus! & in his, quæ tibi placent, fixam tenere conſtantiam, & tua ſemper protectione muniri. Per.

Alia.

Tu rege, Dne quæſumus, famulum tuum, tu guberna propitius, tu miſeratus attolle: ut non in homine ſperando deficiat, ſed in divino munere confidendo tua ſemper bonitate ſubſiſtat. Per.

Alia. GG.

Omnipotens & miſericors Deus! famulos tuos placatus intende, qui reculentes divina mandata opem indigentibus ſubminiſtrant, ut ſicut eorum devotio nobis eſt neceſſaria, ita ſit tibi ſemper accepta. Per. *gg.*

Item alia Miſſa unde ſupra.

Da, Dne, famulo tuo ill. ſperata obtinere ſuffragia: ut qui tuos pauperes vel tuas eccleſias memoravit, Sanctorum omnium ſimul & beati Laurentii Martyris tui mereatur conſortia, cuius nunc eſt exempla ſecutus. Per.

Secreta.

Hanc, quæſumus Dne, oblationem ſuſcipe, quam tibi offerimus pro famulo tuo ill. qui de ſuis iuſtis laboribus eccleſiis tuis adminiſtrat: tribue ei pro parvis magna, pro terrenis cœleſtia, pro temporalibus ſempiterna. Per.

Ad Commun.

Omnipotens ſempiterne Deus! reſpice propitius preces noſtras pro anima famuli tui ill. qui eccleſiis tuis eleemoſynas tribuit: fac eum præmio beatum, quem feciſti pietate devotum. Per.

Miſſa pro amicis viventibus.

Deus, qui caritatis dona per gratiam ſancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infundis: famulo tuo ill. omnibusque in corpore ſeu extra corpus viventibus, qui ei carnis affectu & ſpiritu coniuncti, vel dando, aut confitendo ob timorem nominis tui commiſſi ſunt, quorum numerus & nomina tibi univerſitatis Dno nota ſunt: Da, quæſumus, remiſſionem omnium peccatorum, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Per D. in unitate eiusd. *gg.*

Secreta.

Suſcipe, Dne, propitius oblationem, quam tibi offerimus pro famulo tuo ill. & univerſis in corpore, ſeu extra corpus manentibus, qui illi carnis & ſpiritus familiaritate & confeſſione propter nomen tuum commendati ſunt, quorum numerum & nomina ſcis, qui omnia noſti: & concede, ut & his dormientibus in Chriſto proſit ad veniam, & vivis proficiat ad medelam. Per.

Ad Commun.

Purificet nos, quæſumus Domine, divini perceptio ſacramenti, & intercedentibus beatorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, Patriarcharum, Prophetarum, cunctorumque cœleſtium civium meritis, famulo tuo ill. quæſumus Dne, omnibusque ſuperſcripta conditione ei adhærentibus, quorum commemorationem agimus, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum. Per D.

Digitized by Google

es: vovete & reddite Domino Deo veſtro, fratres cariſſimi! ſuppliciter exoramus, ut famulum tuum ill. *nomen*, (i. e. *ponatur nomen*) vigilanter cuſtodias, tuearis, & optata oblationes, quam pro ipſo ei offerimus, interveniente ſancto illo clementer ac benigniter accedat (1) cor famuli tui ill. ignem amoris ac timoris vel deſiderii ſui, & ut ſancta Patriarcharum exempla imitetur, efficiat in bonis operibus teſtimonium, firmus ſtabilis perſeveret. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus: Te laudare, te benedicere, qui das eſcam omni carni, in quo eſt ſalus omnium populorum: cui Abel munera obtulit, cui Iacob votum vovit & reddidit. Miſerere Domine ſervo tuo ill. & circumda eum ſcutum & arma fidei; ſalva eum ab inimicis & a laqueis mortis, qui es in te ſperantium auxiliator. Inmitte in eum Spiritum ſanctum rectum ſapientiæ, & intellectus; de rore cœli & de pinguedine terræ tribue hæreditatem benedictionis æternæ, ut maneat in ſenſu eius pax vera, fides firma, caritas non deficiens, humilitas præcipua, manſuetudo & patientia, Dei ac proximi dilectio integra. Propitius eſto famulo tuo ill. evacua ab eo (*eum*), quæſumus, omnibus malis, & eum reple omnibus bonis: tribue in ſenſu eius quod diligis, & miſericors repelle quod odis. Sicut liberaſti ſervum tuum Moyſen cum filiis Iſrael de manu Pharaonis regis Ægypti, ita famulum tuum ill. liberare digneris de omnibus vitæ huius periculis; & ne tradas eum in manibus tribulantium vel inſurgentium in ſe. Tu es enim Deus, qui nullum hominem vis perire, ac iuſti in præconio tuo (*tui*) nominis cum choro perpetuo Cherubim & Seraphim conlaudant dicentes: Sanctus Sanctus Sanctus.

Poſt Commun.

Deus, qui es initium & finis, da profectionem ſervo tuo ill. per quem tibi in honore ſancti Archangeli Michaelis, vel omnibus Sanctis tuis votorum munera offerimus: ut ſub ope dexteræ tuæ ubique protegatur. Emitte ei auxilium de ſancto, & de Sion tuere eum, & auge illi felicitatis tempora longæva, qui Ezechiel ter quinos annos auxiſti (*ad*) vitam: tribue ei, Dne, gratiam tuam, & dele ei chirographum peccatorum ſuorum.

Item alia Miſſa pro devoto.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus noſtris, & hanc famuli tui ill. oblationem benignus adſume: ut auxilium tuæ miſerationis imploret, & ſanctificationis gratiam referat, & quæ pie precamur, obtineat.

Iteramus, omnipotens Deus, deprecationem noſtram, quam ſpecialiter pro famulo tuo ill. in honore Sancti tui ill. facimus, offerentes tibi hoſtiam placationis & laudis. Tu clementiſſime Pater, vota perficias, petitiones noſtræ aſcendant ad aures clementiæ tuæ, & deſcendat ſuper eum pia ſanctificatio atque protectio tua, ut inter omnes vitæ huius veritates (l. *varietates*) tuo ſemper protegatur auxilio. Per. *Gall.*

(1) l. *accendat cor famuli tui ill. igne.*

Digitized by Google

Secreta.

Grata ſit tibi, Domine, hæc oblatio famuli tui ill. quam tibi offerimus in honore beati Martyris tui ill. quæſumus, eidem proficiat ad ſalutem. Per.

Præfatio.

VD. Sancte Pater omnipotens Deus! per Chriſtum Dominum noſtrum te laudare, te benedicere, teque glorificare, tuæ Maieſtati ac voluntati ſemper obtemperare, in quo eſt ſalus omnium populorum: cui Abel munera obtulit, cui Abraham holocauſta offerre decrevit, cui Iacob votum vovit & reddidit. Miſerere, Domine, famulo tuo ill. qui in honore ſancti tui ill. votorum munera offert, ut per ſuffragia orationum Sanctorum tuorum te protectorem ſuum ſemper agnoſcat, & ſui auxilii opera indeſinenter inveniat, in illud gloriatur (Gall. *illum glorietur*) recipere præmium, cui devotum pectus decrevit ad altam contemplationem ſuſpendere. Tu es enim Deus, qui nullum tibi perire vis, ſed omnibus reddis magna pro parvis, pro morte vitam, pro pœna gloriam, pro votorum officiis præmia ſempiterna. Per. *Gall. vid. mox ſupra.* *Infra Actionem.*

Hanc igitur oblationem famuli tui ill. quam tibi offerimus pro peccatis atque offenſionibus eius, ut conſequi mereatur remiſſionem omnium peccatorum, quæſumus Domine, placatus accipias. *gg.*

Poſt Comm.

Purificent nos, Domine, ſacramenta, quæ ſumſimus, & famulum tuum ill. ab omni culpa liberum eſſe concede: ut qui conſcientiæ reatu conſtringitur, de cœleſtis remedii plenitudine glorietur. Per. *gg.*

Huius, Dne quæſumus, virtute myſterii, & a propriis emundemur occultis, & famulum tuum ill. ab omnibus abſolve peccatis. *gg.*

Miſſa votiva pro remedio animæ. (1)

Deus, qui iuſtificas impium, & non vis mortem peccatorum: Maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur, ut famulum tuum ill. de tua miſeratione confidentem cœleſti protegas benignus auxilium (*auxilio*); & adſidua eum protectione conſerva, ut tibi iugiter famuletur, & nullis tentationibus a te ſeparetur. Per. *gg.*

Secreta.

Suſcipe, clementiſſime Pater! hoſtias placationis & laudis, quas ego peccator & indignus tuus famulus tibi offerre præſumo ad honorem & gloriam nominis tui, & incolumitatem famulo tuo (l. *famuli tui*) ill. ut omnium delictorum ſuorum veniam conſequi mereatur. Per. *ſupra p.* 282. *Præfatio.*

VD. qui factus eſt pro mundo, & expiavit effuſione ſanguinis ſui peccata hominum. Per eum te igitur deprecor, omnipotens Deus! ut hæc oblatio, quam tibi pro famulo tuo ill. offerimus, ſit in oculis tuis ſemper accepta; & ſicut Sanctis tuis, quorum fides recta pervenit (l. *provenit*) ad coronam, ita eum te iubente perducat ad veniam, ut mereatur per hoc ſacrificium a cunctis emundare (l. *emundari*) ſordibus delictorum, & reconciliatus (l. *reconciliatum*) tibi per Chriſtum

ſereno

---

(1) Ita in *Rhenaugienſi* inſcribitur, ſed in aliis tantum *votiva*, vel *pro voto*, & quidem pro pluribus, qualem mox ex *San-Blaſiano* dabimus.

Digitized by Google

ſereno vultu reſpicias, & omnia eius peccata dimittas, ſeveritatem quoque iudicii tui ab eo clementer ſuſpendas, & miſerationis tuæ largitatem ſuper eum clementer infundas. Per Chriſtum.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, Dne, quam tibi offerimus pro incolumitate famuli tui ob devotionem mentis ſuæ, pius ac propitius clementi vultu reſpicias, tibi vivere ſupplicantes libens protege, dignanter exaudi, & æterna protectione eum conſerva, ut ſemper tua religione lætus inſtanter in ſancta Trinitate (&) confeſſione fidei catholicæ perſeveret: quæſumus Dne, placatus accipias, & miſerationis tuæ largitatem concedas, ut fiat ei ad veniam delictorum & (f. *per*) hanc tuam emundationem, ut & tibi valeat vivere, & ad æterna gaudia pervenire: diesque noſtros &c.

Poſt Commun.

Omnipotens & miſericors Deus, hoſtias placationis (&) pia obſequia deferimus pro famulo tuo ill. deprecamur, ut ei proficiant ad ſalutem, & hoc munus adſumtum ſit ſalus omnium animarum, mentium & corporis ſubſidium, & cœleſtis deſiderii ſine fine gloriatio. Per.

Alia Miſſa votiva. GG.

Deus, *qui iuſtificas &c.* Ut ſupra, in plurali.

Secreta.

Suſcipe &c. ut ſupra: in vulg. Gregor. eſt alia

Præfatio.

VD. æterne Deus: qui es iuſtorum gloria & miſericordia peccatorum: pietatem tuam humili prece depoſcimus, ut famulos tuos benignus reſpicias, & pietatis tuæ cuſtodiam impendas; ut ex toto corde, & ex tota mente tibi deſerviant, & ſub tua protectione conſiſtant. Per Xpm.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, quam tibi offerimus pro famulis tuis, ut remiſſionem omnium peccatorum ſuorum conſequi mereantur, quæſumus Dne, ut placatus accipias, & miſerationis tuæ largitate concedas, ut fiat illis ad veniam delictorum, & ad optatam emundationem, ut hic bene valeant vivere, & ad æternam beatitudinem pervenire. Diesque noſtros.

Ad Comm.

Purificent nos, quæſumus Dne, ſacramenta, quæ ſumſimus, & famulos tuos ab omni culpa liberos eſſe concede: ut qui reatu conſcientiæ ſuæ conſtringuntur, cœleſtis remedii plenitudine glorientur. Per. GG. ſupra pag. 286.

Miſſa pro iter agentibus (1)

Preces *noſtras, quæſumus Dne, clementer exaudi: & inter huius vitæ adver-*

---

(1) Addimus hic ex *San-Gallenſi* ſequentes Miſſas pro iter agentibus. Orat. *Preces noſtras.* ut ſupra. Alia: *Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus! propitiare dignetis ſupplicationibus noſtris, & mitte angelum tuum ſanctum nobiſcum, qui nos a cunctis adverſitatibus protegat, & in ſervitio ſancti nominis tui ubique cuſtodiat: ut nullus nos in via noſtra decipiat inimicus, ſed ut mereamur ab omni hoſte triumphum, & tuæ miſerationis ſemper ſubſidium, quatenus tua iuſſa complentes, ſoſpites ad propria redeamus, per te Ihu Xpe, qui cum Patre &c.* Secreta: *Propitiare.* Ad Comm. *Sumta Dne.* Alia: *Exaudi Dne.* ut ſupra.

Alia Miſſa.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus. G. GG. *ut in miſſali.*

Digitized by Google

verſitates atque diſcrimina famulos tuos N. ambulantes tua pietate cuſtodi. Per.

Secreta.

Propitiare, Dne, ſupplicationibus noſtris, & hanc oblationem, quam tibi offerimus pro famulis tuis N. benignus aſſume: & ut gratia tua præcedente viam illorum dirigas, & ſubſequente ab omni adverſitate cuſtodias. Per. g. & gg. var.

Ad Comm.

Sumta, Dne, cœleſtis ſacramenti myſteria, quæſumus, ut ad proſperitatem itineris famulorum tuorum proficiant. Per.

Alia.

Exaudi, Dne, preces noſtras, & iter famulorum tuorum propitius comitare, atque miſericordiam tuam, ſicut ubique es, ita ubique largire: quatenus a cunctis adverſitatibus tua opitulatione defenſi, gratiarum tibi referant actionem Per. g. gg.

[*Unde ſupra alia Miſſa.*

Exaudi, Dne, preces &c. *Ut ſupra.*

Secreta.

Proficiat, quæſumus Dne, hæc oblatio, quam tuæ ſupplices offerimus Maieſtati ad ſalutem famulorum tuorum: ut tua providentia eorum via inter adverſa & proſpera ubique dirigatur. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui famulo tuo Tobiæ olim Angelum tuum Raphael ducem itineris præbuiſti: omnipotentiam tuam, Dne, humiliter imploramus, ut profectionem ſervorum tuorum cum ſuis omnibus proſpere dirigas, eosque Angelorum ſanctorum præſidio tueri non deſinas: quatenus ubicunque diſcurrerint (*vel pervenerint*) nulla diſcrimina perturbationum incurrant, ſed ſub tui nominis tuitione muniti, a cunctis protegantur hoſtibus liberati, per Xpm.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne, quam tibi offero pro incolumitate famulorum tuorum, & omnium ſuorum, quæſumus, ut

Alia.

Deus, qui diligentibus te miſericordiam tuam ſemper impendis, & a ſervientibus tibi in nulla es regione longinquus: dirige viam famuli tui in voluntate tua, ut te protectore, te præduce per inſtitiæ ſemitas ſine offenſione gradiatur. Per. g. gg.

Secreta.

Propitiare Dne &c. g. gg. *ut in miſſali.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui properanti Iacob ſufficiens felicitatis commodum per itinera direxiſti, cuiusque per viæ curſum curam ſollicitudinemque dignatus es gerere, nec non & Tobi famulo tuo Angelum tuum ducem prævium præſtitiſti. Quapropter omnipotentiam tuam, Dne, humiliter imploramus, ut ita profectionem famuli tui ill. cum ſuis omnibus dirigere, eumque in itinere cuſtodire digneris; quatenus Angelorum tuorum præſidio fultus, comitatu quoque Sanctorum tuorum munitus, nullum periculum per ſpatia terræ, aut per iuga montium, anguſta vallium, vadaque fluminum, venena ſerpentium, vel impetum beſtiarum incurrat: ſed ſub tuo nomine ab omnibus malis defenſus, ad locum deſtinatum perveniat, & opportuni temporis iterato repetitu ad propria revertendo ſuffragii tui mereatur adipiſci cuſtodiam, Per Xpm. *Gelaſ.* p. 904.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne, famuli tui ill. quam tibi offert pro ſalute famuli tui ill. ut placatus ſuſcipias deprecamur: pro quo Maieſtati tuæ ſupplices fundimus preces, ut eum confirmato pacis fœdere cum omni gaudio ad nos quantocius facias remeare. Quam oblationem &c. g.

Poſt Commun.

Tua, Dne, ſperantes in te, quæ ſumſimus, ſacramenta cuſtodiant: & contra adverſos tueantur incurſus. Per.

Digitized by Google

ut placatus accipias, pro quibus Maieſtati tuæ ſupplices fundimus preces, ut Angelum pacis illis adhærere præcipias, cuius ſuffulti auxilio incolumes iter agentes, ad propria valeant remeare. Per Xpm.

Ad Comm.

Tuere, Dne, famulos tuos, omnesque cum eis in te ſperantes, quæ ſumſimus, ſacramenta cuſtodiant, & contra omnes adverſitatum tueantur incurſus. Per.

Alia.

Deus, qui ſperantibus in te miſericordiam tuam ſemper impendis, & nuſquam es ſervientibus tibi longinquus: concede famulis tuis & ſuis omnibus proſperum iter; ut te protectore & duce per iuſtitiæ callem ſine offenſione gradiantur. Per.] *g. gg. var. ſupra.*

Alia Miſſa Ambroſiana.

Adeſto, Dne, ſupplicationibus nris, & iter famuli tui ill. interno diſcretionis moderamine ubique regendo diſpone, ſicque miniſterium eius pio favore proſequere; quatenus eum a tuis præceptis non patiaris deviare, per.

Super Oblat.

Famulum tuum ill. quæſumus Dne, hæc tueantur ubique gradientem oblata ſacrificia; quæ totius mundi interna virtute compeſcuere naufragia, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! a quo deviare mori, coram te ambulare vivere eſt: qui fideles tuos in tuam viam ducis, & miſeratione gratiſſima in veritatem deducis; qui Abrahæ, Iſaac & Iacob in præſentis viæ & vitæ curriculo cuſtos, dux, & comes eſſe voluiſti, & famulo tuo Tobi Angelum prævium præſtitiſti: cuius immenſam miſericordiam humillimis precibus imploramus, ut iter famuli tui ill. cum ſuis in proſperitate dirigere, eumque inter viæ & vitæ huius varietates digneris cuſtodire; quatenus Angelorum tuorum præſidio fultus, interceſſione quoque Scorum tuorum munitus, a cunctis adverſitatibus tua miſeratione defenſus, protectionis & reverſionis ſuæ felicitate potitus, & compos reddatur iuſtorum votorum, & de ſuorum lætetur remiſſione peccatorum, per Xpm. gg.

Infra Act.

Hanc igitur oblationem, Dne, famuli tui ill. quam tibi offert ob deſiderium animæ ſuæ, commendans tibi Deo iter ſuum, ut placatus ſuſcipias deprecamur: cui tu, Dne, Angelum tuum ſcm mittere digneris, ſicut miſiſti famulo tuo Tobi Raphael Angelum, qui eum ſalvum atque incolumem perducat uſque ad loca deſtinata, & iterato tempore opportuno, omnibusque rite peractis, reduci eum facias in tuam ſanctam eccleſiam, & lætus tibi ſerviat, & nomini tuo gratias agat. Dieſque noſtros.

Ad Commun.

Sumta, Dne, cœleſtia ſacramenta, quæſumus, ad proſperitatem itineris famuli tui proficiant, & eum ad ſalutaria cuncta perducant. Per. *gg. ſupra.* (1)

[*Miſſa*

(1) *Aliæ Orationes pro iter agentibus.*

Deus, infinitæ miſericordiæ & Maieſtatis immenſæ, quem nec ſpatia locorum, nec intervalla temporum ab his, quos tueris, abiungunt: adeſto famulis tuis in te ubique fidentibus, & per omnem, quam ituri ſunt, viam dux eis & comes eſſe dignare: nihil illis adverſitatis noceat, nihil difficultatis obſiſtat, cuncta eis ſalubria, cuncta ſint proſpera, & ſub ope dexteræ tuæ, quicquid iuſto expetierint deſiderio, celeri conſequantur effectu, per D. N. *g. gg.*

Alia.

Exaudi, Dne, preces nras, & profectionem famuli tui ill. qui ſemper es & ubique, proſperari concede: ut ab omnibus adverſitatibus tua opitulatione defenſus, iuſtorum deſideriorum potiatur effectibus, per. *g.*

Alia.

Exaudi nos, Dne Deus noſter, & viam famuli tui ill. in ſalutis dignare proſperitate dirigere; ut inter omnes varietatum caſus ſæcularium, tuo ſemper protegatur auxilio, per.

Orationes propriæ Iter agentium.

Dne ſce Pater omnipotens æterne Deus! qui es ductor Sanctorum, & dirigis itinera Iuſtorum: dirige Angelum pacis nobiſcum, qui nos ad loca deſtinata perducat: ſit nobis comitatus iucundus, ut nullus viæ nræ ſubripiat inimicus; procul a nobis ſit malignorum acceſſus, & comes nobis dignetur eſſe Spiritus ſanctus, per D. in unit. eiusdem.

Alia.

Deus veræ beatitudinis auctor atque largitor! diri-

Digitized by Google

[*Missa pro Navigantibus.*

Deus, qui transtulisti Patres nros mare rubrum, & transvexisti per aquam nimiam; ad laudem nominis tui decantandam, supplices deprecamur: ut in hac navi famulis tuis, repulsis adversitatibus, portum semper optabilem, cursumque tranquillum largiaris, per. *gg.*

Secreta.

Suscipe, quæsumus Dne, preces famulorum tuorum cum oblationibus hostiarum; & tua mysteria celebrantes ab omnibus defende periculis, per. *gg.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. cuius providentia cuncta, quæ per Verbum tuum creata sunt, gubernantur: dedisti enim in mare viam, & inter fluctus semitam, ostendens, quoniam potens es ex omnibus liberare, etiam si sine rate quis in aquis sedeat: sed ut non essent vacua sapientiæ tuæ opera, propter hoc exiguo ligno credunt homines animas suas salvare, quia tua, Dne, gubernat potentia; nam & omnes, qui tibi placuerunt ab initio, per tuam sunt sapientiam liberati, quæ per contemptibile lignum iustum gubernans, conservavit sine querela. Quæsumus itaque, Dne, ut famulos tuos per hoc navigationis lignum ipse custodiat, qui pro salute mundi pependit in ligno, ut liberatorem datoremque suum dignis mereantur præconiis collaudare; per quem Maiestatem.

Ad Comm.

Sanctificati divino mysterio Maiestatem tuam, Dne, suppliciter deprecamur & petimus: ut quos donis facis cœlestibus interesse, per lignum scæ Crucis & a peccatis abstrahas, & a periculis cunctis miseratus eripias, per. *gg.*] (1)

Missa,

---

ge nos in eam, quam immaculati ambulant, viam: ut testimonia legis tuæ piis cordibus exquirentes, perseveremus & diligere quæ præcipiunt, & desiderare quo ducunt, per Dnm nrm. *g.*

Alia.

Deus, qui Scorum tuorum dirigis gressus! amove a nobis iniquitatis viam, & nostri tua lege miserere: ut non oblitis iudicia tua, viam mandatorum tuorum dilatato corde curramus, per. *g.*

Oratio pro Regressis de Itinere.

Omnipotens sempiterne Deus, nostrorum temporum vitæque dispositor! famulo tuo ill. continuæ tranquillitatis largire subsidium: ut quem incolumem ad propria redire fecisti, tua facias protectione securum, per. *gg.*

Oratio in Nave.

Propitiare, Dne, supplicationibus nostris, & mitte Angelum tuum de summitate cœlorum tuorum, qui liberet navem istam cum omnibus navigantibus in ea: perduc eam ad loca destinata, ut transactis omnibus negotiis, iterato tempore ad propria revocare digneris cum omni gaudio & effectu, per Dnm.

Alia Oratio transeuntium flumina.

Domine Deus, qui in mysterio aquarum salutis tuæ nobis sacramenta sanxisti; exaudi orationem nostram, & iube præsentium sedatos esse fluctus aquarum, ut profundo nobis in tuo nomine subiecto, tua dextera gubernante, litus incolumes attingamus. Per.

Alia.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit; exaudi nos propitius & concede, ut amborum meritis huius profundi pericula te adiuvante salubriter evadamus. Per Dnm. *g. gg.*

(1) Sequentes Missas ex diversis codd. MSS. damus. Primam ex *Rhenaugiensi*, quæ habetur etiam in sacrament. *Gallic.* apud MURATOR. p. 905. & in *San Blasiano*, ac *San-Gallensi*, ubi post *Deus misericordiæ* habetur hæc Secreta:

Deus, qui pro salute generis humani crucis patibulum pertulisti, & sanguinem tuum pro redemtione nostra fudisti: preces nostras placatus & benignus suscipere dignare, & hoc sacrificium, quod tuæ gratiæ offero, sereno vultu digneris respicere, & misericordiam tuam mihi concedas: ut cum me de corpore exire iusseris, pars iniqua in me non habeat potestatem, sed

Digitized by Google

Miſſa, quam Sacerdos pro ſemetipſo debet canere.

Suppliciter te, Pater omnipotens æterne Deus! qui es creator omnium rerum, deprecor: ut dum me famulum tuum coram omnipotentia Maieſtatis *tuæ ſcis graviter deliquiſſe confiteor, per interceſſionem beatorum Martyrum & Confeſſorum tuorum* manum miſericordiæ tuæ mihi porrigas; quatenus ut hac oblatione, quam tuæ pietati offero, quod nequiter commiſi, clementiſſime digneris abſolvere. Per. *gg.*

Secreta.

Hæc tibi, ſancte Pater! licet meis manibus offeram indignis, qui nec invocatione nominis tui dignus ſum; tamen quia per ſanctum atque ſanctificatum Filii tui nomen oblationes offeruntur, ſicut incenſum in conſpectu tuo cum odore ſuavitatis aſcendant. Per.

Alia.

Deus miſericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgentiæ, indulge quæſo & miſerere mei: ſacrificium quoque, quod pietatis tuæ gratia humiliter offero, benigne dignare ſuſcipere, & peccata, quæ labentibus vitiis contraxi, pius, & propitius ac miſeratus indulgeas, & loco pœnitentiæ ac flumine lacrymarum conceſſo, veniam a te merear accipere. (*S. Gall.* delictorum.) *Per.* gg.

Conteſtatio.

VD. Qui pro amore hominum factus in ſimilitudinem carnis peccati, formam ſervi Dominus adſumpſit, & in ſpecie carnis vulneratæ medicus ambulavit. Hic nobis Dominus & miniſter ſalutis, advocatus & iudex, ſacerdos & ſacrificium. Per hunc te, Dne ſancte Pater! ſuppliciter exoro, ut dum reatum conſcientiæ meæ recognoſco, quod in præceptis tuis prævaricator extiti, & per delictorum meorum facinus corrui in ruinam: tu me, Domine, erige, quem lapſus peccati proſtravit; illumina cæcum, quem tenebræ peccatorum caligine (*tetræ peccatorum caligines*) obſcuraverunt; ſolve compeditum, quem vincula peccatorum conſtringunt. Præſta per ſanctum & glorioſum, adorandum & tremendum Filium tuum Dnum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem Maieſtatem tuam. *gg. Gallic.*

Hanc igitur oblationem, quam tibi offero, Domine, pro peccatis meis nimiis atque offenſis, Maieſtatem tuam totis viribus, Deus piiſſime! humili prece depoſco, dignanter ſuſcipias; orans, ut remittas crimina, quæ caro fragilitate atque tentatione iniquorum ſpirituum nequiter commiſit; etiam reverti ad ea non ſinas ultra, ſed confirma me in iuſtificationibus tuis, & perſeverantiam mihi tribue in illis, & fac me dignum ante conſpectum tuum adſtare, (&) ſacrificium tibi, Domine, caſto corpore & mundo corde digne offerre: quæſumus, Dne, placatus accipias.

Infra actionem alia.

Hanc igitur oblationem ſervitutis meæ, quam tibi offero ego indignus famulus tuus

Angelus tuus inter Sanctos & Electos me collocet, per te Ihu Xpe, qui cum Patre. Præfat. *Qui pro amore humani generis &c.* Infra act. *Hanc . . quam ego indignus.* g g. Ad Comm. *Miſericors.* Alia: *Deus qui vivorum &c.* ut ſupra.

tuus pro remiſſione omnium peccatorum meorum, ſuppliciter te, Dne, deprecor, ut placatus accipias, & quem propriæ conſcientiæ reatus accuſat, bonitatis tuæ veniam promerear. Diesque. gg.

Poſt Comm.

Deus vivorum, & Salvator omnium, qui non vis mortem peccatoris, nec lætaris in perditione morientium: te ſuppliciter deprecor intercedentibus Sanctis tuis: ut concedas mihi veniam delictorum meorum, (*gg. ut*) admiſſa defleam, & poſtmodum ultra non admittam; ut cum mihi extremenda (*gg. extrema*) dies finisque vitæ meæ advenerit, mundatis delictis omnibus me Angelus ſanctitatis tuæ ſuſcipiat. Per. *gg. Gallic.*

Alia.

Miſericors & miſerator Dne, qui parcendo ſuſtentas, & ignoſcendo ſanctificas: da mihi per hæc ſancta, quæ ſumpſi, purificationem mentis & corporis, & mearum abſolutionem culparum. Per. gg.

Item alia Miſſa pro ſemetipſo. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus! cuius pietatis & miſericordiæ non eſt numerus, qui ſimul cuncta creaſti, qui Verbum tuum pro redemtione humani generis incarnare (l. *incarnari*) voluiſti, qui occulta cordium omnium hominum ſolus agnoſcis: miſerere animæ meæ, miſerere delicta iuventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Deus, ſed erue eam de manu inimicorum, & de profundo laci & de luto fæcis: ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſcedas a me, & ne tradas me in animas (al. *manus*) quærentium animam meam, ſed libera eam de manibus anguſtiæ, piiſſime Pater. Per.

Super Oblata.

Exaudi me miſerum, omnipotens æterne Deus! qui dixiſti: caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus; ſanctifica hoc ſacrificium & oblationem, qui corpus ut adſumentes eum (*ſic*) e terre-

(1) Ex San-Gallenſi, *Alia Miſſa Sacerdoti propria.*

Deus fons bonitatis, & pietatis origo! qui peccantem non ſtatim iudicas, ſed ad pœnitentiam miſeratus expectas: te quæſo, ut facinorum meorum ſqualores abſtergas, & me ad peragendum iniunctum officium dignum efficias: & qui altaris tui miniſterium ſuſcepi indignus, perago trepidus, ad id peragendum reddar ſtrenuus, & inter eos, qui tibi placuerunt, inveniar iuſtificatus. Per. *g.*

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus, cuius pietatis &c. Ut ſupra.

Secreta.

Sacrificii præſentis, quæſo Dne, oblatio mea expurget facinora, per quod totius mundi voluiſti relaxari peccata: illiusque frequentatione efficiar dignus, quod ut frequentarem, ſuſcepi indignus. Per. *gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui dum libenter noſtræ pœnitudinis ſatisfactionem ſuſcipis, ipſe tuo iudicio, quod erramus, abſcondis, & præterita peccata noſtra diſſimulas, ut nobis ſacerdotii dignitatem concedas. Tuum eſt enim, me ad miniſtrandum altari tuo dignum efficere, quem ad peragendum id officium indignum dignatus es promovere: ut præteritorum actuum meorum mala oblivi ſcens, præſentium ordinem in tua voluntate diſponens, futuris cuſtodiam imponens, per eum vitiorum ſqualoribus expurges, virtutum nutrimentis exornes, eorum Sacerdotum conſortio, qui tibi placuerunt, adunes, quem conſtat eſſe verum ſummumque pontificem, ſolumque ſine peccati contagione Sacerdotem, Ihm Xpm Dnm nrm, per quem Maieſtatem tuam &c. *gg.*

Ad Commun.

Huius mihi, Dne, ſacramenti perceptio ſit peccatorum omnium remiſſio, & tuæ pietatis optata propitiatio: ut per hæc te opitulante efficiar ſacris myſteriis dignus, quæ de tua pietate confiſus frequentare præſumo indignus. Per. *gg.*

Digitized by Google

terrenis desideriis & carnali cupiditate civiaque (l. *nimiaque*) immunditia, tentatione quoque inimicorum spirituum liberare digneris, & sancto Spiritu repleri concedas. Per. *Vid. infra Secret.*

Præfatio.

VD. Et iustum est; te suppliciter, omnipotens Deus! tuæ gloriæ pietatis supplici devotione deposco, ut omnium malorum meorum vulnera absolvas, cunctisque meis criminibus clementer ignoscas: ut qui me indignum peccatorem ad ministerium tuum vocare dignatus es, sic me idoneum tibi ministrum perficias, & sacrificium de manibus meis dignanter suscipias, & de præceptis tuis in nullo me aberrare permittas. *gg. vid. infra not.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offero, omnipotens & misericors Deus! ego inutilis servus tuus pro fragilitate corporis; dele, quæso, crimina & scelera mea, piissime Pater! & revertenti (l. *reverti*) ad ea non sinat me clementia tua: ut quando me egredi iusseris de corpore, non habeat quid inimicus in me de suis malis reperire, nec flammæ, quæ in me exurant; sed, quia tu piissimus Pater, veniam tribue.

Post Commun.

Misericordiam tuam, Dne, suppliciter deprecor, omnipotens æterne Deus! ut me famulum tuum, quem divino sacramento Corporis & Sanguinis Iesu Christi Filii tui Domini Dei mei satiasti, ab omnibus inimicorum incursibus liberare, & a carnis immunditia atque lascivia animam meam purgare digneris, Pastor bone Iesu Domine, quia animam tuam pro tuis ovibus posuisti. Per.

Alia Missa GG. (1)

Omnipotens sempiterne Deus, qui me peccatorem sacris altaribus adstare voluisti,

---

(1) Hæc eadem Missa est etiam in *San-Gallensi*, sed sine *infra actionem*, cum ultima orat. ad commun. quam etiam *Petrobus.* habet. Ex eodem *San-Gall.* est etiam sequens

Missa, quam Sacerdos pro se ipso debet cantare.

Omnipotens sempiterne DEUS! tuæ gratiæ pietatem supplici devotione deposco, ut omnium malorum meorum vincula solvas, cunctisque meis criminibus & peccatis clementer ignoscas: & quia me indignum & peccatorem ad ministerium tuum vocare dignatus es, sic me idoneum tibi ministrum efficias, ut sacrificium de manibus meis placide ac benigne suscipias, electorumque Sacerdotum me participem facias, & de præceptis tuis in nullo me aberrare permittas, per Dnm. *gg. vid. supra Præf.*

Secreta.

Da mihi, Dne, peccatori confessionem, quæ tibi sit placita: parturi in corde meo inenarrabiles gemitus, qui aures tuas possint pulsare; da mihi mentis intentionem, qua suscipiam probam voluntatem tuam, & præsta in humilitate mea deprecari, quæ te audire delectat, ut præstes. Ipse animæ meæ infere, ut iugis delectatio eius ipse sis: da mihi lacrymas ex toto affectu internas, quæ peccatorum meorum possint exsolvere vincula. Exaudi me, omnipotens æterne Deus! qui dixisti: caro mea verus est cibus, & sanguis meus verus est potus. Et hoc sacrificium tui Corporis & Sanguinis offerentem a terrenis desideriis, & carnalis cupiditate lasciviæ, quæ vel immunda carnis, vel immundorum spirituum suggestione coalescunt, liberare, & sco tuo Spiritu replere digneris, qui cum Deo Patre, & cum eodem Spiritu sco vivit & regnat Deus, per omnia. *vid. supra Secreta.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui dissimulatis humanæ fragilitatis peccatis, sacerdotii dignitatem concedis indignis, & non solum peccata dimittis, verum etiam ipsos peccatores iustificare dignaris; cuius est muneris, ut non existentia sumant exordium, exorta nutrimentum, nutrita fructum, fructuosa perseverandi donum: qui me non existentem creasti, creatum fidei firmitate ditasti, fidelem quamvis peccatis squalentem sacerdotii dignitate donasti. Tuam igitur omnipotentiam supplex deposco, ut me a præteritis peccatis emundes; in mundi huius cursu in bonis operibus corrobores, & in perseveran-

Digitized by Google

voluiſti, & ſancti nominis tui laudare potentiam: concede, quæſumus, per huius ſacramenti myſterium meorum mihi veniam peccatorum, ut tuæ Maieſtati digne miniſtrare merear, per. gg.

Secreta.

Da quæſumus, clementiſſime Pater! per huius ſacramenti myſterium meorum veniam peccatorum, ut non ad iudicium, ſed ad indulgentiam huius presbyteratus ordo mihi proficiat ſempiternam, per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui ſeptiformes eccleſiaſticæ dignitatis gradus ſeptemplici dono ſancti Spiritus decoraſti: præſta mihi propitius famulo tuo eundem in ſanctitate vitæ promereri Spiritum paraclitum, quem unigenitus Filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuis fidelibus mittendum eſſe promiſit, qui meo pectori inſpirare dignetur catholicæ fidei firmitatem, & ſanctæ caritatis tuæ dulcedinem, meque terrena deſpicere & amare cæleſtia doceat, per Chriſtum. gg.

Hanc igitur oblationem ſervitutis meæ, quam tibi offero ego indignus famulus tuus pro remiſſione omnium peccatorum meorum, ſuppliciter te Dne deprecor, ut placatus accipias, & quem propriæ conſcientiæ reatus accuſat, bonitatis tuæ veniam promerear. Diesque noſtros.

Ad Comm.

Sumentes, Dne Deus, ſalutis noſtræ ſacramenta, præſta quæſumus, ut eorum participatio mihi famulo tuo ad perpetuam proficiat ſalutem, per.

Alia.

Huius, Dne, perceptio ſacramenti peccatorum meorum maculas tergat, & ad peragendum iniunctum officium me idoneum reddat. Per. gg.

Alia Miſſa Sacerdotis. (1)

Da, quæſumus omnipotens Deus, meorum mihi veniam peccatorum, quatenus

---

tiæ ſolidítate confirmes; ſicque me facias tuis altaribus deſervire, ut ad eorum, qui tibi placuerunt, Sacerdotum conſortium valeam pervenire: & per eum tibi meum ſit acceptabile votum, qui ſe tibi obtulit in ſacrificium, qui eſt omnium opifex, & ſolus ſine peccati macula pontifex Ihus Xpo Dno noſter, per quem Maieſtatem tuam laudant. gg. *Alia Præfatio.*

VD. P. X. D. N. qui beatum Petrum Aplum pietatis reſpexit intuitu, ut trinæ negationis peccatum amariſſimis dilueret lacrymis; per infuſionem ſci Spus pro peccatorum noſtrorum pondere lacrymas a nobis elice pœnitentiæ, ut amare deſleamus; quæ inique geſſimus, quatenus fructuoſus in conſpectu pietatis tuæ nræ petitionis proveniat effectus, atque per eum veniam nobis ſperare liceat, qui traditus eſt pro delictis noſtris, ut redimeret nos in ſanguine ſuo, Xpo Salvator noſter, per quem Maieſtatem tuam laudant.

Ad Comm.

Sacrificium, quod tuæ, Dne Deus, obtulimus pietati, nobis ad veniam nrorum proficiat peccatorum; & tuæ miſerationis ſemper tribuat ſolatium, per Dnm.

Alia.

Gratiam ſci Spus, Dne Deus, cordibus nris clementer infunde, quæ nos gemitibus efficiat lacrymarum maculas noſtrorum diluere peccatorum, atque optatæ nobis te largiente indulgentiæ præſtet effectum, per.

(1) *Item alia Miſſa Sacerdotis propria.*

Omnipotens æterne Deus, tuæ gratiæ pietatem ſupplici devotione depoſco &c. *Supra.*

Secreta.

Aures tuæ pietatis, mitiſſime Deus! inclina precibus meis, & per hanc oblationem gratia ſci Spus illumina cor meum: ut tuis myſteriis digne miniſtrare, teque æterna caritate diligere merear, per Dnm.

Ad Comm.

Suſcipiat pietas tua, Dne Deus, humilitatis mex preces; & per hæc ſca, quæ ſumſi, erue me de manibus inimicorum meorum, & de carnalibus corporis mei deſideriis, & de cogitationibus animæ mex immundis libera me, & de omnibus huius ſæculi vanitatibus cripe me: quatenus te miſerante æternorum flammas tormentorum evadere valeam, atque perpe-

Digitized by Google

tenus quicquid carnali delectatione, vel animi mei cogitatione, atque vana huius ſæculi ambitione, contra tuorum rectitudinem præceptorum perfeci, in hac præſenti vita veniam accipere merear, per. gg.

Secreta.

Suſcipe, clementiſſime Pater! hoſtiam placationis & laudis, quam ego indignus & peccator famulus tuus tibi offerre præſumo pro ſanitate corporis & animæ meæ; ut omnium delictorum meorum veniam conſequi merear, per.

[*Alia.*

Deus, qui per os David locutus es: vovete & reddite Dno Deo veſtro, te ſuppliciter exoro: ut me famulum tuum vigilanter cuſtodias, & oblationem, quam pro memetipſo offero, interveniente beata Maria ſemper Virgine clementer accipias. Per.]

Præfatio.

VD. æterne Deus. Implorans tuæ Maieſtatis miſericordiam, ut mihi famulo tuo, mole peccatorum gravato, veniam meorum largiri digneris delictorum; ut ab omnibus inimici vinculis liberatus, tuis toto corde mandatis inhæream, & te ſolum tota virtute diligam, & ad tuæ quandoque beatitudinis viſionem pervenire merear, per Xpm Dnm. gg.

[*Infra Actionem.*

Hanc igitur oblationem, quam tibi offero ego tuus famulus & Sacerdos pro eo, quod omni ſuffragio ceſſante iuſtitiæ, per affluentiam pietatis immenſæ ſacris altaribus me ſervire tribuiſti, quæſumus Dne &c.]

Ad Commun.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, per beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſionem, mihi famulo tuo meorum veniam peccatorum, & ſancti Spiritus gratiam cordi meo clementer infunde, ut te perfecte diligere, & digne laudare merear, per. gg.

Alia Miſſa Sacerdotis. GG.

Deus, ſub cuius oculis omne cor trepidat, omnes conſcientiæ paveſcunt: reſpice propitius ad precem meam, ut qui me nullis dignum meritis in loco hoc ſervitutis tuæ ſacris adſtare feciſti altaribus, ita ſecundum multitudinem miſerationum tuarum da indulgentiam peccatorum meorum, ut mea fragilitas, quæ per

---

tuam beatitudinem dignus accipere merear, per Dominum.

Item alia Miſſa Sacerdotis propria.

Fac me quæſo, omnipotens Deus, ita iuſtitia indui, ut in Scorum tuorum merear exultatione lætari, quatenus emundatus ab omnibus ſordibus peccatorum, conſortium adipiſcar placentium tibi Sacerdotum, neque tua miſericordia a vitiis omnibus exuat, quem reatus propriæ conſcientiæ gravat, per Dnm. gg.

Secreta.

Deus, qui te præcipis a peccatoribus exorari, tibique ſacrificium contriti cordis offerri, hoc ſacrificium, quod indignis manibus meis offero, acceptare dignare, & ut ipſe tibi hoſtia & ſacrificium eſſe merear, miſeratus concede; quo per miniſterii huius exhibitionem omnium peccatorum percipiam remiſſionem, per Dominum.

Ad Comm.

Sumſimus, Dne Deus, ſalutis nræ ſacramenta: præſta quæſumus, ut eorum participatio mihi famulo tuo ad perpetuam proficiat ſalutem, per Dnm.

Alia ad Compl.

Gratias tibi ago, Dne Deus, qui me peccatorem ſatiare dignatus es Corpore & Sanguine Dni nri Iuu Xpi: & ideo peto, omnipotens Deus! ut hæc ſancta communio non ſit mihi in iudicium, neque ad condemnationem pœnæ, ſed ſit mihi arma fidei, & ſcutum bonæ voluntatis, ad evacuandas omnes inſidias diaboli de corpore meo; & illud introire convivium me peccatorem permittas, ubi lux vera eſt, & gaudia ſempiterna iuſtorum, per eundem Dnm nrm.

Digitized by Google

per ſe proclivis eſt ad labendum, per te ſemper muniatur ad ſtandum, & quæ per ſe prona eſt ad offenſa, per te ſemper reparetur ad veniam, per.

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, placationis pro venia delictorum meorum egō indignus famulus tuus offero; ut ab occultis me reatibus emundes, & a manifeſtis conveniēter expurges, per.

Hanc igitur oblationem ſervitutis meæ, quam tibi offero, Dne, ego ſupplex famulus tuus pro remiſſione omnium peccatorum meorum, quæſumus Dne.

Ad Commun.

Omnipotens ſempiterne Deus Ihu Xpe Dne, adeſto propitius peccatis meis per aſſumptionem Corporis & Sanguinis tui, & per interceſſionem ſcæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum. Tu enim loquens dixiſti, qui manducat Carnem meam, & bibit meum Sanguinem, ipſe in me manet, & ego in eo. Ideo te ſupplex deprecor, ut in me cor mundum crees, & Spiritu principali confirmare digneris, & ab omnibus inſidiis diaboli atque vitiis emundes, ut gradibus cæleſtibus merear eſſe particeps, per.

[*Miſſa votiva pro ſe, & omnibus, quibus debitor eſt.*

Deus, cui proprium eſt, miſereri ſemper & parcere, Maieſtatem tuam ſuppliciter deprecor, ut mihi famulo tuo precibus Dei genitricis Mariæ veniam meorum largiri digneris peccatorum, & famulis ac famulabus tuis, qui mihi conſanguinitatis, familiaritatis, ſubiectionis, & dilectionis vinculo connectuntur, vivis & defunctis, quorum nomina tibi vivunt, pro quibus tuam miſericordiam exoro, ut interventu omnium ſupernorum civium cunctarum propitius indulgentiam culparum & plenitudinem æternorum largiaris gaudiorum, per.

Secreta.

Miſerere, quæſo clementiſſime Deus, mihi famulo tuo, qui hoc ſacrificium laudis tuæ offero Maieſtati, & precibus beatæ Virginis Mariæ omnes iniquitates meas dele indulgentia tuæ propitiationis, nec plus apud te valeat offenſio delinquentium, quam miſericordia indulta precibus ſupplicantium, & quod devota mente pro peccaminum meorum ablutione gero, proficere mihi ſentiam ad medelam. Famulis quoque & famulabus tuis, qui mihi conſanguinitatis, familiaritatis, ſubiectionis, & dilectionis vinculo connectuntur, vivis & defunctis, quorum nomina tibi vivunt, pro quibus tuam miſericordiam exoro, remiſſionem omnium peccatorum, & æternitatis gloriam tribue. Per Dnm nrm.

Ad Comm.

Sumentes, Dne, perpetuæ ſacramenta ſalutis, tuam deprecamur clementiam, ut per ea me famulum tuum interventu ſcæ Dei genitricis Mariæ, ab omnium peccatorum labe propitius emundes, atque a cunctis adverſitatibus protegas, & æternæ felicitatis conſortem efficias: famulos etiam & famulas tuas, qui mihi conſanguinitatis, familiaritatis, ſubiectionis & dilectionis vinculo connectuntur, vivos & defunctos, pro quibus tuam miſericordiam exoro, ut precibus omnium Scorum tuorum a cunctis iniquitatibus exuas,

Digitized by Google

exuas, & ad ſempiterna promiſſa perducas, per. *Alia.*

Suſcipiat pietas tua. *Ut ſupra.*] (1)

Pro tentationibus inimicorum, vel cogitationibus cordis immundis. (2)

Omnipotens mitiſſime Deus! reſpice propitius preces noſtras, & libera cor famuli tui N. de malarum tentatione cogitationum: ut ſancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereatur: Per Dnm. eiusdem Spir. Secreta.

Has tibi, Dne, offerimus oblationes pro ſalute famuli tui N. quatenus animam illius ſancti Spiritus gratia illuminare digneris. Per. Præ-

(1) *Miſſa propria & Accuſatio Sacerdotis.*

Clementiſſime Xpe, impenetrabili Maieſtati tuæ tremebundus aſſiſto, dum multifarie obnoxia in me & accuſantia crimina recognoſco. Debita altaribus tuis indigna ſacrificia tuo conſpectui offerre præſumo, qui ante tuæ Maieſtatis præſentiam iaceo corpore, mente, cordeque pollutus. Habes in te tuum antidotum Xpe, qui ſanare bone medice vulnera noſti: conſcriptum quæſo contra me arbiter alme dele chirographum, ne ultor in me ſuum peccati ultra valeat exigere nummum. Et hoc a tua clementia indigno ore menteque depoſco, ut ſereno familiam tuam, ſacra tuo nomini officia præparantem, digneris aſpicere vultu, ne per me indignum eorum ſalutis pereat pretium, pro quibus dignatus es tuum ſem fundendo ſanguinem eſſe redemptio: ſed tua nos ſemper & ubique protectione conſerva, ut quos pretioſo ſanguine redemiſti in terris, æterna facias cum Scis tuis gloria munerari in cœlis, per D. N.

Secreta.

Omnipotens ſempiterne Deus! bonam nobis, quæſumus, in proſperis & adverſis tribue voluntatem: ut tuis in omnibus parere mereamur præceptis; & hanc oblationem famulorum tuorum benignus aſſume, ut qui brachio tuo reguntur, & te ſolum Patrem ac Dnm confitentur, ſentiant ſe nullis diaboli laqueis poſſe teneri, quos tua dextera protegit & defendit, ſed perpetua exultatione ſine fine lætentur, per.

Præfatio.

VD. P. X. D. N. verum & æternum pontificem, ſolumque ſine peccato ſacerdotem, cuius ſanguine omnium fidelium corda mundantur: tibi, Dne, placationis hoſtias, non ſolum pro delictis populi, pro quibus tibi ſupplices effundimus preces, ſed etiam pro noſtris offenſionibus immolamus; ut omne peccatum, quod carnis fragilitate contrahitur, ſummo pro nobis interpellante antiſtite ſolvatur. Et ideo cum.

Ad Comm.

Omnipotens ſempiterne Deus, cui miſerendi ſine fine poteſtas eſt; reſpice propitius ad humilitatis nræ ſupplicem ſervitutem: ut donum gratiæ tuæ, quod ſumſimus, nobis, & pro quibus oblatum eſt, te concedente proficiat ad ſalutem, & mentes noſtras ſemper tibi ſubditas perpetuo defenſionis tuæ conſerva auxilio, atque cœleſtis gaudii tribue nos eſſe participes, per.

(2) Utraque hæc Miſſa deeſt in editis, habetur autem in Miſſali *Romano*, & prima quidem, quæ in utroque *Gregoriano* Mſc. occurrit, ibi notatur *ad repellendas malas cogitationes*, pro pluribus: altera, quæ in *San-Blaſiano*, & *San-Gallenſi*, ſed in hoc ſine præfatione extat, in Miſſali inſcribitur *ad poſtulandam continentiam.* His ſubiicimus ſequentem ex *San-Gallenſi* Miſſam.

Contra ſuperbientis animi motus.

Præſta, Dne quæſumus, ut toto tibi corde ſubiecti, tumentium voluptatum reſpuamus afflatus. Per.

Secreta.

Hoſtias, Dne quæſumus, quas immolamus, placatus aſſume: & pro noſtri expiatione peccati, & pro acceleratione cœleſtis auxilii. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui profutura tuis & facienda provides, & facta diſpenſas, mirisque modis eccleſiæ tuæ gubernacula moderaris, ut & exerceatur adverſis, & proſperis ſublevetur, ne vel impugnatione ſuccumbat, vel ſecuritate torpeſcat, ſed ſubdita tibi ſemper affectu, nec in tribulatione ſupplicare deficiat, nec inter gaudia gratias referre deſiſtat: quia te ſine ceſſatione prædicantibus nec adverſa prævalent, nec proſpera negabuntur. Per X. D. N.

Ad Comm.

Da plebi tuæ, Dne, piæ ſemper devotionis affectum: ut quæ prava ſunt reſpuens, ſancta converſatione firmetur, & a peccatis libera nullis adverſitatibus atteratur. Per.

Alia.

Præſta, quæſumus Dne, ut eccleſia tua promta tibi voluntate deſerviat: quia propenſius audiri poterit & defendi, cum eam tibi digne præſtiteris famulari. Per.

Digitized by Google

Præfatio.

VD. æterne Deus! humiliter tuam deprecantes clementiam: ut gratiam ſancti Spiritus animæ famuli tui N. clementer infundere digneris, ut te perfecte diligere & digne laudare mereatur, per Xpm.

Ad Commun.

Per hoc, quæſumus Dne, ſacrificium, quod tuæ obtulimus pietati, ab omnibus cor famuli tui N. emundes tentationibus. Per.

Alia.

Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum; illumina, quæſumus, cor famuli tui N. gratiæ tuæ ſplendore: ut digne Maieſtatem tuam cogitare & diligere valeat. Per.

Miſſa pro tentatione carnis.

Ure igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum, Dne! ut tibi caſto & corde ſerviamus, & corpore placeamus. Per. gg.

Secreta.

Diſrumpe, Dne, vincula peccatorum noſtrorum, ut ſacrificare tibi hoſtiam laudis abſoluta libertate poſſimus: retribue, quæ ante tribuiſti; & ſalva nos per indulgentiam, quos dignatus es ſalvare per gratiam. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! per Xpm Dnm nrm, Salva nos ex ore leonis, qui circuit quærens de unitate eccleſiæ tuæ, quem devoret: ſed leo de tribu Iuda, conterens contrariæ ſuæ virtutis nequitiam, & corde nos ſervet, & corpore purificet: per quem Mai.

Ad Commun.

Domine adiutor & protector noſter! refloreat caro noſtra vel vigore pudicitiæ, vel ſanctimoniæ novitate: ereptamque de manu tartari in reſurrectionis gaudio inbeas præſentari. Per.

Miſſa pro petitione lacrymarum. (1)

Omnipotens mitiſſime Deus! qui ſitienti populo fontem viventis aquæ de petra produxiſti: educ de cordis noſtri duritia compunctionis lacrymas; ut peccata noſtra plangere valeamus, remiſſionemque te miſerante mereamur accipere. Per. gg.

[*Alia.*

Omnipotens ſempiterne Deus! da capiti noſtro abundantiam aquæ, & oculis noſtris fontem lacrymarum: ut peccati macula abluti, ultrices pœnarum flammas fletus ubertate vincamus. Per.]

Se-

(1) Hæc Miſſa habetur in *San-Blaſiano*, Miſſali *Romano*, & *San-Gallenſi*: ex quo etiam alteram ſubiecimus. Orat. *Omnipotens mitiſſime Deus! qui ſitienti &c.* Ut ſupra. *Secreta.*

Per has oblationes quæſumus, Dne, ut non tantum oculis noſtris lacrymas infundas; ſed & cordibus noſtris nimium peccatorum luctum tribuas. Per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! Audientes divini ſermonis ſonum dicentis: Beati qui lugent nunc, quoniam ipſi conſolabuntur. Multum nam flere peccata deſideramus, ſed tamen propter lapidei cordis noſtri duritiam lacrymare non valemus. Ideo rogamus te, Dne, ut duritiam cordis noſtri primum per noſtram pœnitentiam emundes; exinde dono gratiæ tuæ noſtris flumina lacrymarum oculis largiter deducas per X. D.

Ad Commun.

Corpore & Sanguine tuo, Dne, ſatiati, quæſumus, ut pro noſtris ſemper nunc peccatis nobis compunctionem cordis & luctum, fluminaque lacrymarum largiris: quatenus cœleſtem in futuro conſolationem mereamur, per te Ihu Xpe, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivis &c.

Digitized by Google

Secreta.

Hanc oblationem, quæſumus Dne Deus! quam tuæ Maieſtati pro peccatis noſtris offerimus, propitiatus reſpice: & produc de oculis noſtris lacrymarum flumina, quibus debita flammarum incendia valeant extingui. Per.

Præfatio.

VD. Per Xpm Dnm nrum. Qui beatum Petrum Apoſtolum pietatis reſpexit intuitu, ut trinæ negationis peccatum amariſſimis dilueret lacrymis: per infuſionem ſancti Spiritus pro peccatorum noſtrorum pondere lacrymas nobis elice pœnitentiæ, ut amare defleamus, quæ inique geſſimus; quatenus fructuoſus in conſpectu pietatis tuæ noſtræ petitionis proveniat effectus, atque per eum veniam nobis ſperare liceat, qui traditus eſt pro delictis noſtris, ut redimeret nos ſanguine ſuo, Chriſtus Salvator noſter: quem laudant.

Ad Commun.

Sacrificium, quod tuæ, Dne Deus, obtulimus Maieſtati, nobis ad veniam noſtrorum proficiat peccatorum: & tuæ miſerationis ſemper tribuat ſolatium. Per.

Alia.

Gratiam ſancti Spiritus, Dne Deus, cordibus noſtris clementer infunde: quæ nos gemitibus efficiat lacrymarum maculas noſtrorum diluere peccatorum, atque optatæ nobis, te largiente, indulgentiæ præſtet effectum. Per.

Miſſa pro Caritate. (1)

Deus, qui caritatis dona per gratiam ſancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infundis: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, ſalutem mentis & corporis, ut te tota virtute diligant, & quæ tibi ſunt placita, tota dilectione perficiant. Per. gg.

Secreta.

Miſerere, quæſumus Dne, famulis tuis, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuæ offerimus Maieſtati: ut per hæc Sancta ſupernæ benedictionis gratiam obtineant, & gloriam beatitudinis æternæ adquirant. Per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! clementiam tuam pronis mentibus obſecrantes, ut famulos tuos, quos ſanctæ dilectionis nobis familiaritate adiunxiſti, tibi facias toto corde ſubiectos: ut tuæ caritatis Spiritu repleti, a terrenis mundentur cupiditatibus, & cœleſti beatitudine te donante digni efficiantur, per Xpm. gg.

Ad Commun.

Divina libantes myſteria, quæſumus Dne, ut hæc ſalutaria ſacramenta illis proficiant

---

(1) Utraque hæc Miſſa ex *SanBlaſiano* eſt deſumta, & prima in *Petrobuſano* inſcribitur *pro amicis viventibus*, & in Miſſali *pro devotis amicis*: altera *ad poſtulandam caritatem*. In *Petrobuſano* legitur adhuc Miſſa *pro concordia*, orat. *Deus a quo ſancta deſideria &c.* qualem ſupra *pro pace* notavimus, & Miſſale exhibet. Hic ſequentes ex *San-Gallenſi* Miſſas ſubiicimus, quæ fere integræ in vulg. *Gelaſiano* habentur.

Miſſa in Contentione.

Orat. *Omnipotens ſempiterne Deus! qui ſuperbis reſiſtis &c.* g. p. 203. gg. Alia: *Concede nobis.* ib. Secreta: *Ab omni reatu nos &c.* ib.

Præfatio.

VD. Per X. D. N. per quem Maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur, ut nos ab operibus iniquis dignanter expedias, & nec proprio reos fieri patiaris exceſſu, nec alienis impietatibus præbere conſenſum: ſed mores noſtros ea moderatione componas, ut tam in nobis, quam in aliis, quæ ſunt iuſta, ſervemus. Per eundem X. D.

Ad Comm. *Quos refeciſti, Dne, cœleſti myſterio &c.* p. 203. Alia: *Præſta, quæſumus omnipotens Deus &c.* p. 204.

ficiant ad proſperitatem & pacem, pro quorum dilectione hæc tuæ obtulimus Maieſtati. Per. gg. Alia.

Deus, qui ſupplicum tuorum vota per caritatis officium ſuſcipere dignaris: da famulis tuis in tua proficere dilectione, & in tua lætari protectione; ut tibi ſecura mente deſerviant, & in tua pace ſemper aſſiſtere mereantur. Per.

Item alia Miſſa.

Deus, qui diligentibus te facis cuncta prodeſſe, da cordibus noſtris inviolabilem caritatis affectum: ut deſideria de tua inſpiratione concepta nulla poſſint tentatione mutari. Per. g.

Secreta.

Deus, qui nos ad imaginem tuam ſacramentis renovas & præceptis: perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis: ut caritatis donum, quod feciſti a nobis ſperari, per hæc, quæ offerimus, facias ſacrificia apprehendi. Per. g.

Ad Commun.

Libera nos, Dne, ab omni malo propitius, & tuam caritatem infunde: ut quos uno cœleſti pane ſatiaſti, tua facias pietate concordes. P.g. [*Alia.*

Confirma, Dne quæſumus, tuorum corda fidelium, & gratiæ tuæ virtute corrobora: ut & in tua ſint ſupplicatione devoti, & mutua dilectione finceri. Per. *g.*]

Miſſa pro Inimicis. (1)

Deus pacis caritatisque amator & cuſtos! da omnibus inimicis noſtris pacem caritatemque veram, cunctorumque eis remiſſionem tribue peccatorum: nosque ab eorum inſidiis potenter eripe, & in tuæ pacis tranquillitate conſolida. Per. gg.

Secreta.

Oblatis, quæſumus Dne, placare muneribus, & nos ab inimicis noſtris clementer eripe, eisque indulgentiam tribue delictorum. Per. gg.

Ad Commun.

Hæc nos communio, Dne, exuat delictis, & ab inimicorum defendat inſidiis. Per. gg.

Oratio pro ſterilitate terræ. (2)

Sempiternæ pietatis tuæ abundantiam, Do-

(1) *Miſſa contra obloquentes vel conſpirantes.*

Orat. *Conſpirantes Dne &c.* g. p. 204. gg. Alia: *Præſta, quæſumus Dne, ut mentium &c.* ib. Alia: Da, quæſumus omnipotens Deus, ſic nos gratiam promereri, ut noſtros corrigamus exceſſus; ſic confitentibus relaxare delictum, ut coerceamus in ſuis pravitatibus obſtinatos. Per. Secreta: *Oblatio, Dne, tuis aſpectibus &c.* g. ib.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui famulos tuos informare dignaris, ut non tam nos exagitet inepta laceratio ſuperborum, quam potius maneat in nobis miſeratio lacerantium: quoniam ſicut nos convenit præcavere, ne veraciter appetamur; ſic eorum, qui a veritate ſunt devii, flere debemus interitum: ut vel illis correptionem ſupplicitet exorando ſubvenire poſſimus, vel nobis fructum pietatis adquirere. Per X. D. N.

Ad Comm. *Præſta, Dne quæſumus, ut per hæc ſancta &c.* ibid.

(2) In *San. Gallenſi* hæc habetur orat. *Sempiternæ pietatis &c.* ſupra. Alia: *Da nobis, quæſumus &c.* ut in vulg. *Geloſ.* p. 189. Secreta: *Deus qui humani generis &c.* ſupra.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui ſempiterno conſilio non deſinis regere, quos creaſti, nosque te relinquere manifeſtum eſt, cum ſupernæ diſpoſitionis ignari, de ſecretorum tuorum diſpenſatione cauſamur; ac tunc potius recta ſentire cognoſcimus, cum non noſtra, ſed tua providentia confidentes pietatem iuſtitiamque tuam inquiter perpendimus exorandam; certi, quod, qui iniuſtos malosque non deſeris, multo magis, quos devotos eſſe tribuiſti, clementi nullatenus gubernatione deſtituas, per Xpm Dnm. &c.

Ad Comm. *Gubernas quæſumus.* ſupra. Alia: Ut nobis, Dne, terrenarum frugum tribuas ubertatem, fac mentes noſtras coeleſti fertilitate fœcundas. Per.

Digitized by Google

Domine, ſupplices imploramus: ut nos beneficiis, quibus non meremur, anticipans, benefacere cogniſcaris indignis. Per. *g.*

Secreta.

Deus, qui humani generis utramque ſubſtantiam præſentium munerum & alimento vegetas, & renovas ſacramentum (l. *ſacramento*): tribue, quæſumus, in (pro *in* l. *ut*) eorum & corporibus noſtris ſubſidium non deſit & mentibus. Per. *l. g.*

Poſt Commun.

Guberna, quæſumus Dne, & temporalibus adiumentis, quos dignaris æternis informare myſteriis, Per. *l. g.*

Orationes ad pluviam poſtulandam. (1) Deus, in quo vivimus, movemur, & ſumus! pluviam nobis tribue congruentem: ut præſentibus ſubſidiis ſufficienter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus. Per. *l. g. gg.*

Alia.

Delicta fragilitatis noſtræ, Dne quæſumus, miſeratus abſolve, & aquarum ſubſidia præbe cœleſtium: quibus terrena conditio vegetata ſubſiſtet. Per. *g. gg.*

Secreta.

Oblatis, Dne, placare muneribus; & opportunum tribue nobis pluviæ ſufficientis auxilium. Per. *g. g g.*

Præfatio.

VD. Obſecrantes miſericordiam tuam, ut ſqualentes agri fœcundis imbribus irrigentur, quibus pariter æſtuum mitigentur ardores, & ſævientium morborum reſtringatur acceſſio; & ſalus hominibus iumentisque proveniat. Atque ut hæc te largiente mereamur, peccata, quæ nobis adverſantur, relaxa; qui pluis ſuper iuſtos & iniuſtos, etiam noſtris offenſionibus relaxatis expectata nubium munera largiaris, quibus & ſalus nobis & alimenta præſtentur. Per. *g g.*

Poſt Commun.

Tuere, Dne quæſumus, tua ſancta ſumentes; & ab omnibus propitius abſolve peccatis. Per. *g gg.*

Ad Pluviam.

Da nobis, Dne quæſumus, pluviam ſalutarem; & aridam terræ faciem fluentis cœleſtibus dignanter infunde. Per. *g. gg.*

Alia.

Domine Deus omnipotens! qui ſolus das pluviam ſuper terram, ſolus mittis aquas ſub inferiora cœlorum: dona ſervis tuis beneficium pluviale; ut quod noſtra facinora ſuſpenderunt, tuo munere prorogetur. Per.

Alia Miſſa.

Omnipotens ſempiterne Deus! cuius munere elementa omnia recreantur: reminiſcere miſerationum tuarum, & ſalutiferos imbres concede propitius; quatenus fœ-

---

(1) Hæc Miſſa habetur etiam in *Petrohuſano*, & Miſſali *Romano*, amplior vero in *San-Blaſiano*: a qua parum differt, quam ex *San-Gallenſi* ſubdimus.

Orat. *Deus, in quo vivimus &c.* ſupra.

Alia. *Terram tuam, Dne, quam videmus noſtris iniquitatibus tabeſcentem, cœleſtibus aquis infunde, atque irriga beneficiis gratiæ ſempiternæ. Per.* g g.

Secreta: *Delicta fragilitatis &c.* ſupra.

Præfatio: VD. *Obſecrantes miſericordiam &c.* ſupra.

Ad Comm. *Tuere nos Dne.* ſupra.

Alia: *Precibus populi tui &c.* ſupra.

Alia.

Deus omnipotens & clemens, qui ſolus das pluviam ſuper terram &c. *ſupra.* *Alia.*

Omnipotens ſempiterne Deus! qui ſalvas omnes, & neminem vis perire: aperi fontem benignitatis tuæ, & terram aridam aquis fluenti cœleſtis dignanter infunde. Per.

Digitized by Google

fœcunditatis tuæ alimoniis omnis terra lætetur. Per. Secreta.

Placare, Dne, muneribus ſemper acceptis, & diuturnam tempera diffuſis nubibus ſiccitatem. Per.

Poſt Commun.

Precibus populi tui, Dne quæſumus, placatus aſpira: ut veniam tribuas humanis exceſſibus, & opem miſeris benignus impendas. Per.

Ad poſcendam ſerenitatem. (1)

Ad te nos, Dne, clamantes exaudi, & aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus: ut qui pro peccatis noſtris iuſte adfligimur, miſericordia tua præveniente clementiam ſentiamus. Per. *g. gg.*

Alia.

Deus, qui omnium rerum tibi ſervientium naturam per ipſos motus aeris ad cultum tuæ Maieſtatis inſtituis: tranquillitatem nobis miſericordiæ tuæ remotis largire terroribus, ut cuius iram expavimus, clementiam ſentiamus. Per. g. gg.

Secreta.

Præveniat nos, quæſumus Dne, gratia tua ſemper, & ſubſequatur; & hæc oblationes, quas pro peccatis noſtris nomini tuo conſecrandas deferimus, benignus adſume: ut per interceſſionem Sanctorum tuorum cunctis nobis proficiant ad ſalutem. Per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. uſque *æterne Deus! per Xpm Dnm nrum. Cuius creatura omnis ingemiſcit, & metuens creatorem contremiſcit: qui pertingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter: cuius providentiæ pia moderatione diſponuntur univerſa. Suppliciter te rogamus, omnipotens Deus! ut temperiem cœli ſerenam nobis præſtes opportunitatis officio; qui ſolem tuum oriri facis ſuper bonos & malos, & pluis ſuper iuſtos & iniuſtos, enormitatem aquarum a nobis repelle propitius: ut omnia, quæ imbrium denſitate deiiciuntur, pietatis tuæ moderatione ſubleventur. Per quem.*

Poſt Commun.

Plebs tua, Dne, capiat ſacræ benedictionis

---

(1) Miſſa hæc in *Rhenaugienſi* æque ac *San-Blaſiano*, in hoc tamen amplior multo habetur. In *Petrohuſano* inſcribitur: *Quando multum pluit*, ubi prima oratio eſt: *Dne Deus, qui in myſterio.* Secreta: *Præveniat nos.* Ad Comm. *Quæſumus omnipotens.* Ut ſupra. In *San-Gallenſi* autem ita habetur. Orat. *Ad te nos Dne.*

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus! adeſto propitius invocationibus noſtris, & preces populi tui benignus intende: pacem tuam nuntiet nobis purgati aeris ſerena tranquillitas, & obducta cœlo tetra nubium caligo diſcedat. Redeant ad ſuas naturales fluenta menſuras, & immodicæ effuſiones fluminum ab agrorum populatione revocentur, quo enim fugiemus ab ira tua, niſi ad miſericordiam tuam, ut qui delinquentes verberas, peccata confitentibus parcas. Per.

Alia.

Da nobis, quæſumus Dne, piæ ſupplicationis effectum, & peſtilentiam famemque propitiatus averte: ut & congruam tibi exhibeamus ſervitutem, & propitiationis tuæ beneficia ſemper inveniamus. Per. *g.*

Secreta.

Deus, qui fidelium precibus flecteris, & humilium confeſſione placaris: converſis ad te propitiare ſupplicibus, & quos feciſti iram intelligere caſtigantis, fac miſericordiam ſentire parcentis. Per. *g.*

Alia: *Præveniant nos &c.* ſupra.

Præfatio. VD. *Cuius ira creatura omnis &c.* ſupra in fine: *Denſitate inflantur, pietatis tuæ moderatione ſubleventur, atque pro eccleſiæ tuæ utilitate iubeas nimborum amoveri diſcurſus, per eundem Xpm &c.*

Ad Comm. *Quæſumus omnipotens &c.*

Alia: *Dne Deus, qui in myſterio &c.* Ut ſupra.

Alia oratio in Letaniis recitanda: *Plebs tua, Dne &c.* Ut ſupra.

Digitized by Google

ctionis augmentum, & copioſis beneficiorum tuorum ſublevetur auxiliis; quæ tangis interceſſionum deprecationibus adiuvantur (S. Blaſ. *quæ tantis interceſſorum deprecationibus adiuvatur.*) Per. *g. gg.*

Alia.

Quæſumus, omnipotens Deus! clementiam tuam, ut inundantiam coerceas imbrium, & hilaritatem tui vultus nobis impertire digneris. Per.

Alia.

Domine Deus! qui myſterio aquarum ſalutis tuæ nobis ſacramenta ſanxiſti: exaudi orationem populi tui, & iube terrores inundantium ceſſare pluviarum, flagellumque huius elementi ad effectum tui converte myſterii: ut qui ſe regenerantibus aquis gaudent renatos, gaudeant his caſtigantibus eſſe correctos Per.

Orationes pro fulgure. (1)

Omnipotens ſempiterne Deus! parce metuentibus, & propitiare ſupplicationibus (S. Blaſ. *tuis ſupplicibus*:) ut poſt noxios ignes nubium & vim procellarum in materiam tranſeat laudis comminatio poteſtatis. Per *gg.*

Deus, ſub cuius imperio nihil non verbo regitur, nihil non oratione mutatur: parce metuentibus &c. *Ut mox. g.*

Benedictio aquæ & ſalis ad Exorciſ. ad fulgura.

Exorcizo te creatura ſalis & aquæ in nomine Domini Ieſu Chriſti Nazareni Filii Dei vivi, ut ſis purgatio in his locis, in quibus aſperſa fueris, & (l. *ad*) effugandos immundos & erraticos ſpiritus, omnemque nefariam vim diaboli depellendam, & omnes figuras & minas phantaſmatis ſatanæ exterminandas, & fulgura & ſidera, quæ emiſſa videntur in hanc arborem, non hominibus, aut pecoribus, aut frugibus noceant, ſed abſcedant & fugiant per invocationem nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti, qui venturus eſt iudicare. *g.* (2)

Orationes pro tempeſt. & fulgure. (3)

Magnificentiam tuam, Domine, præcedamus (l. *prædicamus*) ſuppliciter im-

(1) Hæc Miſſa in *San-Blaſiano* inſcribitur *contra tempeſtates* Sequentes *San-Gallenſis* exhibet

Miſſa ad repellendam tempeſtatem. Orat. *Deus, qui omnium rerum &c.* ſupra. Alia: *A domo tua &c.* infra. g. Secreta: *Offerimus tibi Dne laudes & munera &c.* ut infra. Ad Comm. *Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos & caſtigando &c.* infra. Oratio pro fulguribus: *Deus ſub cuius imperio totum verbo regitur, totum orationi mutatur: parce &c.* ſupra. Benedictio ſalis & aquæ ad fulgura: *Exorcizo te &c.* Ut ſupra ex *Rhenaug.*

Oratio pro frugibus, vel aerum temperie.

Te Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus! ſuppliciter deprecamur, ut per miſericordiam tuam nobis iugiter concedas ſufficientes meſſium copias, & fructum omnem largiter tribuas, vineæ quoque ſubſtantiam, abundantes arborum fœtus, proventus omnium rerum; atque ab omnibus his peſtiferum ſidus tempeſtatis, univerſasque procellas & grandines repellere digneris. Per.

(2) *In San-Blaſiano ita legitur:* & fulgura atque coruſcationes, quæ horribiliter noſtris ingeruntur obtutibus &c. *& in fine deeſt* & Spiritus ſancti.

(3) In *San-Blaſiano* inſcribitur *Miſſa contra fulgura*; melius in *San-Gallenſi*: oratio poſt ſedatam tempeſtatem; Magnificentiam &c. ut ſupra. Sequuntur in eodem cod.

Aliæ orationes contra fulgura.

Dne Deus Pater Dni nri Ihu Xpi, qui ſuper omnia regnas, qui Filium tuum Dnm nrm Ihm Xpm in hunc mundum pro ſalute noſtra mittere dignatus es: effunde benedictionem tuam de cœlis ſuper locum iſtum contra fulgura atque grandines & tempeſtates, ut eas tua miſericordia demergat ventorum flamine in profundum deſertum, ut hominibus nihil noceant, ſed absque

Digitized by Google

implorantes: ut quia nos eminentibus periculis exuiſti, (S. Blaſ. *ut nos ab imminentibus periculis exuas, & a peccatis omnibus*), a peccatis quoque benignus abſolvas: ut beneficia nobis maiora concedas, & tuis nos facias parere mandatis. Per. *l. g.* Alia.

A domo tua, quæſumus Dne, ſpiritales nequitiæ repellantur, & aerearum diſcedat malignitas tempeſtatum. Per. g.

Secreta.

Offerimus, Dne, laudes & munera, pro conſenſis (S. Bl. *pro conceſſis*) beneficiis gratias referentes, & pro concedendis ſemper ſuppliciter deprecantes. Per. *l. g.*

Alia.

Sacrificia, Dne, tibi cum eccleſiæ precibus immolanda, quæſumus, ut & corda noſtra purificent, & indulgentiæ tuæ nobis dona concilient, & de adverſis proſpera tribuant, & de imminentibus periculis eripiant, ac de inſtantibus terroribus, futurisque tempeſtatum horroribus tueantur, perficiantque nobis tranquillitatem aeris. Per.

Poſt Commun.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos & caſtigando ſanas, & ignoſcendo conſervas: præſta ſupplicibus tuis, ut & tranquilitatibus huius oblatæ (S. Blaſ. *tranquillitate huius optatæ*) conſolationis lætemur, & dona tuæ pietatis ſemper utamur. Per. *l. g.*

Orat. temporum, quibus abſit mortalitas. (1)

Deus, qui non vis mortem, ſed pœnitentiam deſideras peccatorum: populum

---

ulla vaſtitate tranquillus nobis aer reddatur: quatenus de plenitudine miſerationis tuæ gaudentes, nos tibi omnipotenti indefeſſas gratias ſemper agamus; qui vivis & regnas cum Filio tuo redemtore noſtro & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Amen. *g g.*

Alia.

Quæſumus, omnipotens Deus! ut interceſſione ſanctæ Dei Genetricis Mariæ, & ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, atque omnium Sanctorum tuorum, continuum nobis præſtes auxilium. Petimus immenſam clementiam tuam, ut nobis tranquillum aerem tribuas, atque contra fulgura & tempeſtates deſuper nobis indignis tuam ſalutem effundas de cœlis, & generi ſemper humano æmulas dextera potentiæ tuæ aereas conteras poteſtates. Per. *g g.*

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus! qui per Ihm Xpm Filium tuum Dnm nrm mundum illuminare dignatus es: exaudi orationem noſtram, & nobis contra fulgura atque coruſcationes deſuper tuam miſericordiam dones, & de tribulatione nos ad lætitiam perducere digneris omnipotente miſeratione tua, devicto ſemper eccleſiæ tuæ inimico pariter cum ſatellitibus ſuis. Per. *g g.*

(1) Leg. ut in vulg. Gelaſ. *Tempore, quod abſit, mortalitatis.* Ex *San-Galleñſi* hæ Miſſæ ſequuntur: *Miſſa de mortalitate.* Deus, in cuius conſpectu ſanctus Michael glorioſus aſſiſtit: præſta quæſumus: ut ibi pro populo tuo exorare dignetur, ubi gratiam tuam ſemper meruit habere præſentem. Per.

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus! reſpice propitius ſuper populum tuum Maieſtati tuæ ſubiectum: & ne nos furor ſævientis mortis inveniat, dextera tuæ propitiationis cuſtodiat. Per.

Secreta: *Subveniat nobis &c.* ſupra.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui imminentem Ninivitis interitum ſola miſericordia removiſti, quibus ut propitiator exiſteres, converſionis pœnitentiam tribuiſti: & huic populo tuo ante conſpectum gloriæ tuæ proſtrato orandi tribue puritatem, & quem deliderat, præſta liberationis effectum; ut quos Unigeniti tui ſanguine redemiſti, non patiaris propter miſericordiam tuam mortalitatis intoire ſupplicium, per eundem Xpm.

Ad Commun.

Tuere nos, Dne quæſumus, tua ſancta ſumentes & ab omni propitius iniquit te defende. Per.

Item alia de mortalitate.

Deus, qui non mortem &c. *Ut ſupra.*

Alia.

Populum tuum, quæſumus omnipotens Deus! ab ira tua ad te confugientem paterna recipe pietate, ut qui

Digitized by Google

pulum tuum, quæſumus, ad te converte propitius; ut dum tibi devotus extiterit, tuæ ab eo iracundiæ flagella amoveas. Per. *g. gg.*

Secreta.

Subveniat nobis, Domine quæſumus, ſacrificii præſentis operatio, quæ nos & (ed. *ab*) erroribus univerſis potenter abſolvat, & a totius eripiat perditionis incurſu. Per. *g.*

Præfatio.

VD. qui Sanctorum apud te gloriam permanentem fidelium facis devotione clareſcere: præſta quæſumus; ut horum Martyrum tuorum illorum & illarum (*merita*) obſequentibus ſibi beneficia dignanter impendant. Per.

Poſt Commun.

Sanctificati divino myſterio Maieſtatem tuam, Dne, ſuppliciter deprecamur & petimus: ut quos donis facis cœleſtibus intereſſe, per lignum ſanctæ Crucis & a peccatis abſtrahas, & a periculis cunctis miſeratus eripias. Per.

Bene-

---

tuæ Maieſtatis flagella formidant, de tua mereantur venia gratulari. Per. *g.*

Secreta.

Concede nobis, Dne quæſumus, ut hæc hoſtia ſalutaris & noſtrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio poteſtatis. Per. *g.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui Sanctorum apud &c. *Ut ſupra.*

Ad Commun.

Ne perdideris nos, Dne, cum iniquitatibus noſtris: ſed tua ſancta ſumentes a ſubitaneæ mortis defende periculis. Per.

Alia.

Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter, & intercedente beato ill. Martyre tuo populum tuum & ab iracundiæ tuæ terroribus libera, & miſericordiæ tuæ fac largitate ſecurum. Per.

Miſſa pro peſte animalium.

Deus, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus ſolatia ſubrogaſti: ſupplices te rogamus; ut ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias uſibus non perire. Per. *g. gg.*

Alia.

Deus, qui humanæ fragilitati neceſſaria providiſti miſericors adminicula iumentorum: quæſumus, ut eadem miſeris conſulendo non ſubtrahas; & quorum noſtris meritis ſævit interitus, tua nobis parcendo clementia ceſſare iubeas vaſtitatem. Per. *g. gg.*

Secreta.

Sacrificiis, Dne, placatus oblatis, opem tuam noſtris temporibus clementer impende. Per. *g. gg.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui ideo malis præſentibus nos flagellas, ut ad bona futura perducas; ideo bonis temporalibus conſolaris, ut de ſempiternis efficias certiores: quo te & in proſperis & in adverſis pia ſemper confeſſione laudemus, per Xpm &c. *gg.*

Ad Commun.

Benedictionem tuam, Dne, populus fidelis accipiat: qua corpore ſalvatus ac mente, & congruam tibi ſemper exhibeat ſervitutem, & propitiationis tuæ beneficia ſemper inveniat. Per. *g. gg.*

Alia.

Averte, Dne, quæſumus, a fidelibus tuis cunctos miſeratus errores, & ſævientium morborum depelle perniciem: ut quos merito flagellas devios, foveas tua miſeratione correctos. Per. *g. gg.*

Orationes ſuper Aquam & Sal ad animalia.

Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus! defende pecora noſtra, defende miſericors dona tua per hanc creaturam ſalis & aquæ: defende, piiſſime, a rapacibus, a latronibus, & beſtiis, a ſcabie, a morbo, a mortibus, a laqueis diaboli, ab infirmitate, & a tentatione, & ab invidia, & a malitia, a malis hominibus, a malo loquente, a malis oculis, a veneficiis, & ab aruſpicibus, & ab omnibus tentationibus, atque infirmitatibus. Per.

Alia benedictio Salis.

Deus inviſibilis, inæſtimabilis! qui per cuncta defenſor es: pietatem tuam & miſericordiam per ſanctum & tremendum Filii tui nomen ſupplices deprecamur, ut in hanc creaturam ſalis benedictionem & potentiam viſibili operatione infundas; ut iumenta, quæ neceſſitatibus humanis tribuere dignatus es, cum ex eadem acceperint vel guſtaverint, hæc benedictio & ſanctificatio tua illæſa reddat, & ab omni tentatoris incurſu te protegente cuſtodiat. Per.

Benedictio Aquæ & Salis ad ſpargendum in domum.

Domine ſancte Pater omnipotens! Inſtaurator & Conditor omnium elementorum, (1) qui per Chriſtum Ieſum Filium tuum hanc creaturam ſpiritum creantem (*ſic*) iuſſiſti: te deprecamur, Domine, ut hanc creaturam ſalis & aquæ benedicere digneris, ut ubicumque aſperſæ fuerint, omnis ſpiritus inmundus ab eo loco confuſus & increpatus effugiat, ne ulterius in eo loco habeat poteſtatem commorandi. Per. *Gallic.*

Præſta, Domine, per hanc creaturam aſperſionis ſanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam ſalutis, ſecuritatem ſpei, corroborationem fidei, hic & in æterna ſæcula ſæculorum. Per.

Benedictio Aquæ.

Benedic, Domine, hanc creaturam aquæ, ut ſit remedium ſalutare generi humano: præſta per invocationem nominis tui corporis ſanitatem & animæ tutelam. Per

Benedictio Salis.

Præſta, Dne, tuum ſalubre remedium per ſanctam benedictionem tuam, qua hanc creaturam ſalis benedicimus: ut ubicumque interceſſerit, & animæ & corporis proficiant (l. *perficiant*) ſalutem. Per.

Exorciſmus Salis & Aquæ.

Exorcizo te, creatura ſalis & aquæ, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni Filii Dei vivi, ut ſis purgatio & purificatio in his locis, in quibus ſperſa (ed. *aſperſa*) fueris, ad effugandos immundos & erraticos ſpiritus, omnemque nefariam (ed. *vim diaboli*) repellendam atque exterminandam: ne fulgura & ſidera, quæ emiſſa videntur in hanc arborem, aut hominibus aut pecoribus aut frugibus noceant, ſed aufugiant, per invocationem Nominis Dei & Ieſu Xpi Filii Dei Nazareni, qui venturus eſt iudicare ſæculum per ignem. *g.*

Ad ſpargendum faciendum Exorciſmus Salis.

Exorcizo te creatura ſalis in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, qui te per Eliſeum in aquam mitti iuſſit, ut ſanaretur ſterilis, qui divina oris ſui voce ait: Vos eſtis ſal terræ; & idem per Apoſtolum dicit: Cor veſtrum ſit ſal (l. *ſale*) conditum. Ideoque efficere ſal exorcizatum, ut omnes, qui ex te ſumſerint, ſis eis animæ tutamentum, atque huic domui protectio in remiſſionem omnium peccatorum, in ſanitatem mentis, in protectionem animæ, in confirmationem ſalutis, ad expellendas & excludendas omnes dæmonum tentationes in nomine Dei Patris omnipotentis, (ed. & *Ieſu Chriſti Filii eius*) qui venturus eſt, & iudicaturus eſt in Spiritu ſancto ſæculum per ignem. *g. Gall.*

Benedictio Salis.

Rogamus te, Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus, ut hanc creaturam ſalis, quam uſui humani generis tribuiſti, in ſignum ſapientiæ tuæ commutare digneris, ſed (l. &) ubicumque fuerit aſperſa, Angelorum tuorum diſcedat exercitus. Per.

Bene-

(1) In Gallicano: *Te per D. N. I. C. Filium tuum ſupplices exoramus, ut has creaturas &c.*

Digitized by Google

Benedict. Domus novæ.

Te Deum Patrem omnipotentem oramus pro hac domo, & pro domus huius habitatoribus, ac ſpe, ut eam benedicere & ſanctificare, & bonis omnibus amplificare digneris; ut & ſint promptuaria eorum conplena eructuantia (l. *eructantia*) ex hoc in illud; tribue eis de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ ſubſtantiam, & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas; introitum vero noſtrum benedicere & ſanctificare digneris, ſicut benedicere dignatus es Abraham & Iſaac & Iacob, & infra parietes domus iſtius Angelus lucis tuæ inhabitet. Per.

Æternum atque omnipotentem unanimiter orantes petamus pro hac domo, atque omnes habitantes (l. *omnibus habitantibus*) in ea; uti eis Angelum pacis, Angelum lucis, Angelum defenſionis adſignare dignetur, totius (l. *tutos*) eos defenſosque præſtet, augeat eis a rore cœli pinguedinem terræ, frumenti, vini, & olei; pacem, ſanitatem, lætitiam, benignitatem ab homine uſque ad pecus præſtare dignetur. Per.

Orat. ad Miſſam in domo nova.

Protector in te ſperantium Deus, & ſubditarum tibi mentium cuſtos! habitantibus in hac domo famulis tuis propitius adeſſe dignare; veniat ſuper eos ſperatæ a te benedictionis ubertas, & pietatis tuæ repleti muneribus in tua gratia & in tuo nomine læti ſemper exultent. Per. *g. Gall.* *Super Oblata.*

Suſcipe, Domine quæſumus, preces & hoſtias famulorum tuorum, & muro cuſtodiæ tuæ hanc domum circumda; ut omni adverſitate depulſa ſit hoc ſemper domicilium incolumitatis & pacis. Per. *g. Gall.* *Infra Actionem.*

Hanc igitur oblationem, Domine, famuli tui ill. quam tibi offert pro votis & deſideriis ſuis, atque pro incolumitate domus ſuæ, placatus ſuſcipias deprecamur; pro quo in hac habitatione auxilium tuæ Maieſtatis depoſco, ut mittere ei digneris Angelum tuum ſanctum ad cuſtodiendos omnes in hac habitatione conſiſtentes. Per. *g.*

Poſt Comm.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus; prætende ſuper hos famulos tuos degentes in hac domo Spiritum gratiæ ſalutaris, & ut complaceant tibi, Deus, in veritate tua, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per. *g.*

Omnipotens ſempiterne Deus, in certe (l. *infere te*) officiis noſtris, & in hac manentibus domo præſentiæ tuæ concede cuſtodiam; ut familiæ tuæ defenſor, ac totius habitaculi huius habitator appareas. Per. *g. Gallic.*

Ad Fruges novas bened.

Oramus pietatem tuam, omnipotens Deus! ut has primitias creaturæ tuæ, quos aeris & pluviæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas, & fructus terræ tuæ uſque ad maturitatem perducas: tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi ſemper gratias agere, ut a fertilitate terræ eſurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per. *g.*

Digitized by Google

Bened. Uvæ ſive Fabæ.

Benedic, Domine, hos fructus novos uvæ ſive fabæ, quos tu, Domine, per rorem cœli & inundantiam pluviarum, & tempora ſerena atque tranquilla ad maturitatem perducere dignatus es, ad percipiendum nobis cum gratiarum actione, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Per quem. *g. gg.*

Bened. Pomorum.

Te deprecamur, omnipotens Deus! ut benedicas hunc fructum novum pomorum: ut qui eſu interdictæ arboris lethalis pomi in protoparente iuſte funeris ſententia multati ſumus; per inluſtrationem unici Filii tui Redemptoris Dei ac Dni noſtri Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti benedictione ſanctificata omnia atque benedicta, depulſis atque abiectis vetuſti hoſtis atque primi facinoris incentoris inſidiis, ſalubriter ex huius diei anniverſaria ſolemnitate de univerſis terræ edendis germinibus ſumamus, qui vivis & regnas in ſecula. *g.*

Benedic, Domine, hunc fructum novarum arborum, ut hi, qui utuntur ex eo, ſint ſanctificati. Per.

Benedictio Arboris.

Deus, qui hæc arboris poma tua iuſſione & providentia progenita eſſe voluiſti; nunc etiam eadem benedicere & ſanctificare digneris precamur: ut quicumque ex ea ſumpſerint, incolumes eſſe valeant. *g.*

Bened. ad omnia, quæ volueris.

Benedic, Domine, creaturam iſtam, ut ſit remedium ſalutare generi humano; præſta per invocationem nominis tui, (*ut*) quicumque ex ea ſumpſerit, corporis ſanitatem & animæ tutelam percipiat. Per. *El. gg.*

Creator omnium, & conſervator humani generis, dator gratiæ ſpiritalis, largitor æternæ ſalutis; tu, Domine, permitte Spiritum tuum ſuper hanc creaturam illam, ut (*Sic*) arma tua virtute cœleſtis defenſionis, qui ex ea guſtaverint, proficiat illis ad æternam ſalutem. Per.

Benedictio Panis.

Benedic, Domine, creaturam iſtam panis, ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto; ut ſit Dnus eiusdem abundans in annum alimentum, guſtantes qui (del. *qui*) ex eo, accipiant tam corporis quam animæ ſanitatem. Per. *El. pag.* 234. *gg. var.*

Bened. Vini.

Domine omnipotens Chriſte! qui ex quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiaſti, (&) in Cana Galileæ ex aqua vinum feciſti, qui es vitis vera: multiplica ſuper ſervos tuos miſericordiam pietatis tuæ, quemadmodum feciſti cum patribus noſtris in tua miſericordia ſperantibus, & benedicere & ſanctificare digneris hanc creaturam vini, quam ad ſubſtantiam ſervorum tuorum tribuiſti, ut ubicumque ex hac creatura fuſum fuerit, vel a quolibet potatum, divinæ benedictionis tuæ opulentia repleatur; ut accipientibus ex eo cum gratiarum actione ſanctificetur in viſceribus eorum Salvator mundi, qui vivis & regnas.

Benedictio Salis.

Sancte Domine, creator omnium creaturarum, & in his naturæ artifex, &

unus

unus magiſter gignentium originis nationum utilitatisque virtutem (*Sic*), cuius providentia in hac quoque creatura liquentes aquas cœleſti igne ſolidaſti, uti hanc humanis uſibus admixtam condiret, & in longiorem uſum incorruptam ſervaret: da ei Domine exorantibus nobis eam ex tua benedictione ſubſtantiam, ut cuiuscumque viſcera penetraverit, fuget ex his atque depellat, quicquid erroris confuſio malignitatis ac fraudis diabolicæ tentationis infuderit, omni hoſte noſtra (l. *hoſtis noſtri*) infeſtatione depulſa, id in homine tantum, quod ante factum eſt, relinquatur.

Item alia ad Salis Bened.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus! Te ſuppliciter deprecamur, ut benedicere digneris hanc creaturam tuam ſalis, quam in uſum humani generis tribuiſti; ut qui ex ea guſtaverint, nunquam moriantur in æternum, ſed te ſapiant, in te roborentur, atque ad æterna dona gratiarum venire mereantur in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus.

Oratio in Domo Infirmorum. (1)

Omnipotens & miſericors Deus, quæſumus immenſam pietatem tuam, ut ad

(1) Hæc omnia ex codd. *Rhenaug.* & *San-Blaſiano* ſunt deſumta. Hic tamen in notis ex codice *San-Gallenſi* ſæpe laudato alias adhuc orationes ac miſſas pro infirmis, quæ partim in *Gelaſ.* vulgato, aut *Gregor.* MURATORII leguntur, partim etiam peculiares recenſere aut addere iuvat.

Orat. Quando primum Infirmus viſitatur.

Oremus, fratres! Dnm Deum nrm pro fratre nro, quem ad præſens malum languoris exulcerat: ut cum Dni pietas cœleſtibus dignetur curare medicinis; ut qui dedit animam, det & ſalutem, per.

Alia.

Deus, qui famulo tuo Ezechiæ &c. *ſupra.*

Alia.

Dne ſce Pater omnipotens æterne Deus! qui fragilitatem conditionis nræ infuſa virtutis dignatione confirmas, ut ſalutaribus remediis corpora nra & membra vegetentur: ſuper hunc famulum tuum ill. propitiatus intende, ut omni neceſſitate corporeæ infirmitatis excluſa, gratia in eo priſtinæ ſanitatis perfecta reparetur, per. g.

Alia.

Reſpice, Dne, famulum tuum &c. *ſupra.* gg.

Miſſa pro confitente Infirmo.

Omnipotens ſempiterne Deus! confitenti famulo tuo ill. pro tua pietate peccata relaxa, ut non plus ei noceat conſcientiæ reatus ad pœnam, quam indulgentia tuæ propitiationis ad veniam, per. g.

Secreta.

Præſta, quæſumus omnipotens & miſericors Deus! ut hæc ſalutaris oblatio famulum tuum ill. & a propriis reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur adverſis, per. *Ad Comm.*

Omnipotens & miſericors Deus! qui omnem animam pœnitentem & confitentem magis vis emendare quam perdere! reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum ill. & per hæc ſacramenta, quæ ſumpſimus, averte ab eo iram indignationis tuæ, & dimitte ei omnia peccata eius, per Dnm.

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus! qui peccatorum indulgentiam in confeſſione celeri poſuiſti: ſuccurre lapſis, miſerere confeſſis; & famulum tuum ill. quem delictorum catena conſtringit, magnitudo tuæ pietatis abſolvat, per.

Miſſa pro Infirmo.

Omnipotens ſempiterne Deus &c. *Ut ſupra.*

Alia.

Merito, omnipotens Deus! hanc incurrimus infirmitatem, qui tuam offendimus voluntatem: & tamen licet arguamur flagellis pro peccatis, ſed fiduciam de te non amittimus confidentiæ, ſcientes, quod non uſquequaque in nos peccata inſequeris, ſi tamen peccatorum oblatione placaris. Ob hoc, Dne, poſcentium attende propitius preces, lamentium (l. *lamentantium*) audi clamorem, impende pietatem, & pone iam finem propter miſericordiam tuam, & concede ſanitatem, per.

Secreta.

Deus, ſub cuius nutibus &c. *Ut ſupra.*

Præfatio.

VD. P. X. D. N. qui peccata nra portavit in cor-

ad introitum humilitatis noſtræ in tuo nomine hos famulos tuos huic habitaculo iacentes feſſos ſalutifere viſitare digneris, ſicut viſitaſti Dne Tobiam & Saram, ſocrum Petri, puerumque Centurionis; ita & iſti priſtina ſanitate animæ corporisque reddita, gratiarum tibi in eccleſia tua referant actiones. Per. *gg.*

Oratio ſuper Infirmum in domo.

Deus, qui facturæ tuæ pio ſemper dominaris effectu, inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris; & famulum tuum ex adverſa valetudine corporis laborantem placidus (gg. *placatus*) reſpice, & viſita in ſalutari tuo, & cœleſtis gratiæ præſta medicinam. Per. *g.g g.*

Alia.

Deus, qui humani generis, & ſalutis remedii, & vitæ (gg. *humano generi & ſalutis remedia & vitæ*) æternæ munera contuliſti; conſerva famulo tuo tuarum dona virtutum, & concede, ut medelam tuam non ſolum in corpore, ſed etiam in anima ſentiat. Per. *g. gg.*

Oratio ad viſitandum Infirmum.

Deus, qui famulo tuo Ezechiæ ter quinos annos ad vitam donaſti; ita & famulum tuum a lecto ægritudinis tua potentia erigat ad ſalutem. Per.

Alia.

Reſpice, Dne, famulum tuum in infirmitate ſui corporis laborantem, & animam refove, quam creaſti: ut caſtigationibus emendata, continuo ſe ſentiat tua medicina ſalvatam. Per.

Orat.

---

pore ſuo, cuius vulnere plagarum ſanati ſumus, cuius tactu vis febrium mox receſſit, cuius ſermone confeſtim ſurdus audivit, cuius iuſſu mutus fari non diſtulit, claudus cucurrit, cæcus vidit, ægrotus prævaluit, ſurrexit de ſepulchro quatriduanus. Per ipſum te ergo, Pater piiſſime, poſtulamus, ut ſacrificii huius oblationem placatus ſuſcipias, & peccantibus nobis veniam, & languenti fratri nro N. conferas ſalutem & veram medicinam, per eund. Xpm.

Ad Comm.

Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium &c. *Ut ſupra.*

Item alia Miſſa pro Infirmis.

Deus, in cuius libro ſunt vocabula notata mortalium: concede nobis omnibus veniam delictorum, & præſta quæſumus famulo tuo N. (*ut*) quem immenſus languor excruciat, tua miſeratio reparet ad medelam; & ſi ei ambitio piaculi adduxit dolorem, adducat etiam confeſſio ſalutis optabilem ſanitatem, per.

Super Obl.

Sana, quæſumus Dne, vulnera famuli tui N. ægritudines eius perime, & peccata dimitte, & hanc oblationem, quam tibi pro eo offerimus, benignus ſuſcipe: & ſic eum flagella in hoc ſæculo, ut poſt tranſitum Scorum mereatur adunari conſortio, per.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui famulos tuos ideo corporaliter verberas &c. *Ut ſupra.*

Ad Comm.

Omnipotens ſempiterne Deus! qui ideo delinquentibus occaſionem tribuis corrigendi, ut non ſit in eis, quod puniat cenſura iudicii. Ob hoc te, pie Pater, expoſcimus, ut hoc accipias pro ſacrificio laudis, quod famulus tuus N. atteritur virga correptionis: ſana eum, quæſumus Dne, ab omnibus infirmitatibus, quo te medicante, & plenitudinem ſalutis recipiat, & tuis ſemper iuſſionibus ſanus pareat, per.

Item aliæ Orationes.

Omnipotens & miſericors Deus, qui ſubvenis &c. *Ut ſupra.*

Alia.

Deus qui facturæ tuæ. *Ut ſupra.*

Alia.

Deus qui humano generi. *Ut ſupra.*

Alia.

Virtutum cœleſtium Deus! qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui poteſtate depellis: adeſto propitius huic famulo tuo; ut fugatis infirmitatibus, & viribus revocatis, nomen ſanctum tuum inſtaurata protinus ſanitate benedicat, per. g.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus! qui ægritudines & animarum depellis & corporum, auxilii tui ſuper infirmos nros oſtende virtutem: ut ope miſericordiæ tuæ adiuti, ad omnia pietatis tuæ reparentur officia, per. g.

Digitized by Google

Orat. ad Miſſam pro Infirmo.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium! exaudi nos pro famulis tuis ill. pro quibus miſericordiæ tuæ imploramus auxilium: ut reddita ſibi ſanitate gratiarum tibi in Eccleſia tua referant actionem. Per. *g. gg.*

Secreta.

Deus, (*ſub*) cuius nutibus vitæ noſtræ momenta decurrunt, ſuſcipe preces & hoſtias famulorum famularumque tuarum, pro quibus miſericordiam tuam ægrotantibus imploramus: ut de quorum periculo metuimus, de eorum ſalute lætemur. Per. *g. El. gg.*

Præfatio.

VD. Qui famulos tuos ideo corporaliter verberas, ut mente proficiant; patenter oſtendens, quod ſit pietatis tuæ præclara ſalvatio, dum præſtas, ut operetur nobis etiam ipſa infirmitas ſalutem. Per. *gg.*

Poſt Commun.

Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui ſuper infirmos noſtros oſtende virtutem: ut ope miſericordiæ tuæ (ed. *adiuti*, *Eccleſiæ*) ſanctæ repræſentari mereantur. Per. *g. El. gg.*

Alia.

Omnipotens & miſericors Deus! qui ſubvenis in periculis laborantibus, qui temperas flagella; te, Dne, ſupplices exoramus; ut viſitatione tua ſca erigas famulos tuos de lecto infirmitatis, & ſanos repræſentes eccleſiæ tuæ ſcæ ad laudem & gloriam nominis tui. Per.

Orat.

Oratio poſt redditam ſanitatem.

Dne ſce Pater omnipotens æterne Deus! qui benedictionis tuæ gratiam &c. *Ut ſupra.*

Miſſa pro Infirmo, qui proximus morti putatur.

Omnipotens ſempiterne Deus! conſervator animarum, qui quos diligis corripis, & quos recipis, pie ad emendationem coerces: te invocamus, Dne, ut medelam tuam conferre digneris in animam famuli tui N. qui in corpore patitur membrorum debilitationem, vim laboris, ſtimulos infirmitatum: da ei, Dne, gratiam tuam, ut in hora exitus illius de corpore abſque peccati macula tibi datori proprio, per manus ſcorum Angelorum repræſentari mereatur eius anima, per.

Secreta.

Adeſto, Domine, pro tua pietate ſupplicationibus nris, & ſuſcipe hoſtiam, quam tibi offerimus pro famulo tuo N. iacente in grabato, ſalutem non corporis, ſed animæ ſuæ petenti: præſta, omnipotens Deus! indulgentiam omnium iniquitatum ſuarum propter immenſam miſericordiam tuam, & per interceſſionem ſcorum tuorum N. ut per hoc, quod ſuſtinet flagellum, a ſcis Angelis tuis ſuſceptus, pervenire mereatur ad tuæ gloriæ regnum, per.

Infra Act.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro famulo tuo N. ut des ei cœleſte deſiderium, & in exitu corporis ſui ſpiritus refrigerium, quæſumus Dne.

Ad Comm.

Gratias agimus, Dne, multiplicibus largitatibus tuis, ex quibus animas in te ſperantium ſatiare conſueviſti: nam fidi de tua pietate precamur, ut miſereri digneris famulo tuo N. ne prævaleat adverſus eum adverſarius in hora exitus illius de corpore, ſed tranſitum habere mereatur ad vitam, per Dnm nrm.

Item Miſſa pro Infirmo, de cuius ſalute deſperatur.

Deus, qui famulo tuo N. tuæ dediſti fidei coniunctionem: concede, ut per temporalem corporis incommoditatem ad ſupernorum civium pertingere mereatur conſortium, per. *Alia.*

Famulum tuum N. quæſumus Dne, ab omnibus abſolve peccatis: & qui membrorum iam caret officio, numquam tuæ miſerationis deſtituatur auxilio, per.

Secreta.

Cuncta famuli tui N. quæſumus Dne, per hanc oblationem purgentur delicta: ut qui tuæ diſpoſitionis flagello in hac atteritur vita, in futuro ei requies tribuatur, per.

Ad Comm.

Sacris, Dne, muneribus vegetati, quæſumus: ut famulum tuum N. infirmitate laborantem, ſpe futuræ beatitudinis relevare digneris, per Dum nrm.

Digitized by Google

Orat. pro reddita ſanitate.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus! qui benedictionem tuæ gratiæ ægris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate cuſtodis: ad invocationem nominis tui benignus adſiſte; & hunc famulum tuum liberatum ægritudine & ſanitatem donatam (l. *ſanitate donatum*) dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, Eccleſiæ tuæ ſanctisque altaribus tuis cum omni deſiderata proſperitate reſtituas. Per. *g. gg.*

Oratio pro Infirmis.

Univerſæ ſalutis Deum & univerſæ virtutis, fratres dilectiſſimi! deprecamur pro fratribus & ſororibus noſtris, qui ſecundum carnem diverſis ægritudinum generibus inſalutantur; ut his Dominus cœleſtem medicinam ſive munus indulgeat. Per.

Alia.

Domine! vivificare mortuos tibi facile eſt, reſtitue ægrotantibus priſtinam ſanitatem; æterni medicaminis remedia deſiderent, quicunque medelam tuæ miſericordiæ deprecantur, Salvator mundi. Per.

Reconciliatio pœnitentis ad mortem. (1)

Deus miſericors, Deus clemens, qui ſecundum multitudinem miſericordiarum tuarum peccata pœnitentia deles, & præteritorum criminum culpas venia remiſſionis evacuas: reſpice ſuper hunc famulum tuum, & remiſſionem ſibi omnium peccatorum tota cordis conteſſione poſcentem deprecatus exaudi. Renova in eo, piiſſime Pater! quicquid terrena fragilitate corruptum eſt, vel quicquid diabolica fraude violatum eſt: in unitatem corporis eccleſiæ tuæ membrum perfecta remiſſione reſtitue. Miſerere, Dne, gemituum, miſerere lacrymarum, & non habentem fiduciam, niſi in tua miſericordia, ad ſacramentum reconciliationis admitte. Per. *g. gg.*

Alia.

Maieſtatem tuam, Domine, ſupplices deprecamur, ut huic famulo tuo, longo ſqualore pœnitentiæ macerato, miſerationis tuæ veniam largire digneris: ut nuptiali veſte recepta ad regalem menſam, unde eiectus fuerat, mereatur intrare. Per. *g. gg.*

Maieſtatem tuam quæſumus, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus! qui non vis mortem, ſed peccatorum vitam ſemper inquiris: reſpice flentem famulum tuum, adtende proſtratum, eiusque planctum in gaudium tua miſeratione concede: (l. *converte*) ſcinde delictorum ſaccum, & indue eum lætitia ſalutari, ut poſt longam peregrinationis famem, de ſanctis altaribus tuis ſatietur, ingreſſus cubiculum regis in ipſius aula benedicat nomen gloriæ tuæ ſemper. Per. *g.*

Ordo ad Commendationem animæ. (2)

Proficiſcere, anima chriſtiana, de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit; in nomine Ieſu Chriſti Filii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt; in nomine Spiritus ſancti, qui in te confuſus (l. *infuſus*) eſt. In no-

(1) Tota hæc reconciliatio extat in vulg. *Gelaſ.* T. VI. THOMAS p. 55. cum alia adhuc oratione in fine: duæ quoque priores in edito *Gregor.* poſt miſſam pro infirmis, n. CIII.

(2) Hic ritus habetur in vulg. *Gelaſ.* T. II. pag. 558.

Digitized by Google

nomine Angelorum & Archangelorum. In nomine Thronuum (l. *Thronorum*) & Dominationum. In nomine Principatuum & Poteſtatum, & omnium Virtutum cœlorum. In nomine Cherubim & Seraphim. In nomine omnis humani generis, quod a Deo ſuſceptum eſt. In nomine Patriarcharum & Prophetarum. In nomine Apoſtolorum ac Martyrum. In nomine Confeſſorum & Epiſcoporum. In nomine Sacerdotum & Levitarum, & omnium Eccleſiæ catholicæ graduum. In nomine Monachorum. In nomine Virginum & fidelium Viduarum. Hodie factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Hieruſalem cœleſti. Suſcipe ſervum tuum in bonum. Libera animam ſervi tui ill. ex omnibus periculis infernorum, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus multis. (*forte l.* mortis) Libera, Domine, animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Enoch & Eliam de communi morte mundi. Libera, Domine, animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Loth de Sodomis & de flamma ignis. Libera, Domine, animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis regis Ægyptiorum. Libera, Domine, animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia & de manu patris ſui Abrahæ. Libera, Domine, animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Iob de paſſionibus multis. Libera animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Daniel de lacu leonis. Libera, Domine, animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manibus regis iniqui. Libera animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Ionam de ventre ceti. Libera animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti David de manu Saul regis, & de omnibus vinculis eius. Libera, Dne, animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Petrum & Paulum de carceribus. Libera animam ſervi tui ill. ſicut liberaſti Theclam de tribus tormentis: ſic liberare digneris animam hominis iſtius, & tecum habitare in bonis cœleſtibus concede. Per.

Orat. ſuper Defunctis, vel commend. animæ. (1)

Deus, apud quem omnia morientia vivunt, cui non pereunt moriendo corpora noſtra, ſed mutantur in melius: te ſupplices deprecamur, ut ſuſcipi iubeas animam famuli tui ill. per manus ſanctorum Angelorum deducendam in ſinu amici tui patriarchæ Abrahæ, reſuſcitandam in die noviſſimo magni iudicii; & ſi quid de regione mortali tibi contrarium contraxit fallente diabolo, tua pietate ablue indulgendo. Per. *g.*

Coll.

Tu nobis, Domine, auxilium præſtare digneris, tu opem feras, tu miſericordiam largiaris; ſpiritum etiam famuli tui & cari noſtri ill. vinculis corporis liberatum, in pace Sanctorum recipias: uti locum pœnalem & gehennæ ignem flammamque tartaris (ed. *tartari*) in regione viventium evadat. Per. *g.*

Ad lavandum Corpus.

Suſcipe, Domine, animam ſervi tui ill. revertentem ad te: veſtem cœleſtem indue

(1) Orationes iſtæ, & plures aliæ pro defuncto ante vel poſt ſepulturam, occurrunt in vulg. *Gelaſ.* T. VI. 1 pag. 215.

Digitized by Google

indue eam, & lava eam ſancto fonte vitæ æternæ; & inter gaudentes gaudeat, & inter ſapientes ſapiat, & inter Martyres coronata conſedeat; & inter Patriarchas & Prophetas proficiat; & inter Apoſtolos Chriſtum ſequi ſtudeat, & inter Angelos & Archangelos claritatem Dei ſemper videat, & inter paradiſi rutulos (ed. *rutilos*) lapides gaudium poſſideat, & notitiam miniſteriorum (ed. *myſteriorum*) Dei agnoſcat, & inter Cherubim & Seraphim claritatem Dei inveniat; & inter viginti quatuor Seniores cantica canticorum audiat, & inter lavantes ſtolas in fonte luminis veſtem lavet, & inter pulſantes depulſans (ed. *pulſans*) portas apertas cœleſtis Hieruſalem reperiat; & inter videntes Deum facie ad faciem videat, & inter canentes canticum novum cantet, & inter audientes auditum cœleſtis ſoni audiat. Suſcipe, Domine, ſervum tuum in æternum in bonum habitaculum, & da ei requiem, & regnum, id eſt Hieruſalem cœleſtem: ut eum in ſinibus Patriacharum, id eſt Abrahæ & Iſaac & Iacob, conlocare digneris; & habeat partem in prima reſurrectione & inter reſurgentes reſurgat, & inter ſuſcipientes corpora in die reſurrectionis corpus ſuum ſuſcipiat, & cum Benedictis ad dexteram Dei Patris venientibus veniat, & inter poſſidentes vitam æternam poſſideat. *g.*

Antiqui memor eris (ed. *memores*) chirographi, fratres kariſſimi! qui (al. *quo*) primi hominis peccato & corruptioni addicta eſt humana conditio, ſub cuius lege ſibi unusquisque formidat, quod aliis accidiſſe videat: omnipotentis Dei miſericordiam deprecemur pro ſpiritu Cari noſtri ill. cuius hodie depoſitio celebratur; ut eum in æternam requiem ſuſcipiat, & beata reſurrectione præſentet. Per. *g. Gall.*

Item Oratio.

Deus, qui iuſtis ſupplicationibus ſemper præſto es, qui pia vota dignaris intuere: da famulo tuo ill. cuius diei depoſitionis hodie officia pia præſtamus, cum Sanctis & Electis tuis beati muneris portionem. Per. *g. gg. Gall.*

Et incipit pſalm. canere & lavare corpus, & ponitur in feretro, & antequam de domo egrediatur, dicit antiphonam.

Ad æterna formaſti me. *Pſal.* Dnus regit me.

Deus, qui iuſtis ſupplicationibus ſemper præſto es, qui pia vota dignaris intuere; da famulo tuo ill cuius depoſitionis officia præſtamus, cum Sanctis & Electis beati muneris portionem. *mox ſupra.*

Poſtea portatur in Eccleſiam, canentibus interim Antiph. cum pſalm.

Ant. Tu iuſſiſti naſci me Dne. *Pſal.* Quemadmodum.

Audi vocem de cœlo. *Pſal.* Dilexi quoniam exaud.

℣. In memoria æterna. *Al.* Redemit Dominus.

Al. Ne tradas Domine. *Al.* Exaudi nos Deus. *Al.* Exaudi orationem ad te. *Al. Ant.* Non derelinquas me Deus. *Al.* Delicta iuventutis meæ. *Et can.* Miſerere mei Deus.

Omnipotentis Dei miſericordiam deprecamur, cuius iudicio & naſcimur & fini-

ſinimur; ut ſpiritum fratris noſtri ill. quem Domini pietas de incolatu mundi huius tranſire præcepit, requies æterna ſuſcipiat, & eum in beata reſurrectione repræſentet, & in ſinibus Abrahæ & Iſaac & Iacob conlocare dignetur. Per Dnm. *g.*

Item Oratio.

Deum iudicem univerſitatis, Deum cœleſtium & terreſtrium & infernorum Dominum deprecamur pro ſpiritu Cari noſtri ill. uti eum in requiem conlocare dignetur, & in partem primæ reſurrectionis reſuſcitet. Per. *g.*

Poſtea deputandi ſunt, qui ibidem ſine intermiſſione, uſque dum ipſum corpus ſepel. pſallant pſalmos, vel reſponſ. permixta, & ipſum corpus ſemper in Eccleſia debet (1) *uſque pro anima Miſſa celebratur; cum vero ipſa expleta fuerit, antequam &c.*

Deus universorum Creator & Conditor, qui cum ſis tuorum beatitudo Sanctorum, præſta nobis petentibus, ut ſpiritum fratris noſtri ill. a corporis nexibus abſolutum in prima reſurrectione facias repræſentari. Per Dnm. *g. Gall.*

Levatur ipſum corpus, procedentes ante (illud) *cum cereis vel turibulum* (thuribulo) *cum incenſis, cantibus, antiphonis cum pſalm. An.* In Paradiſum deducant te. *Pſal.* Ad te Domine levavi. (2)

Ant. Ingrediar in locum tabernaculi. *Pſal.* Quemadmodum deſiderat.

Et ponunt in ſarcophago, & antequam cooperiant, orant omnes pariter pro ipſa anima & cantant: Miſerere mei Deus.

Et Sacerdos dicit præfationem ſepulturæ.

Debitum humani corporis ſepeliendi officium fidelium more complentes, Deum, cui omnia vivunt, fideliter deprecemur, ut hoc corpus a nobis in infirmitate ſepultum, in virtute & ordine Sanctorum reſuſcitet, & eius ſpiritum Sanctis & Fidelibus iubeat adgregari; cuique in iudicio miſericordiam tribuat, quemque morte redemptum, debitis ſolutum, Patri reconciliatum, boni Paſtoris humeris reportatum, Spiritum ſanctum (l. *Spiritu ſancto*) protectum, in comitatu & (omitt. &) æterni regis perenni gaudio perfrui concedatur. Per Dnm. *g. gg.*

Poſtea cooperitur, cant. interim Antiph. Aperite mihi portas. *Pſal.* Confitemini D.

Commendatio Animæ

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui ill. ut defunctus a ſæculo tibi vivat, & ſi quæ per fragilitatem carnis errorum peccata in mundi converſatione commiſit, tu venia veriſſimæ pietatis abſterge. Per. *gg.*

MISSÆ PRO DEFUNCTIS. (3)

Miſſa pro defuncto Sacerdote.

Deus, qui inter apoſtolicos Sacerdotes famulum tuum ill. Pontificali feciſti digni-

(1) Hæc ex parte leguntur in ed. *Gelaſ.* apud THOMASIUM opp. T. IV. p. 339. ſeq. inde forte ſuppleri poſſunt, quæ hic deficiunt, aut corrupta ſunt: *Semper in eccleſia debet cuſtodiri, quousque . . . antequam ipſum corpus elevetur*, dicitur oratio.

(2) In vulg. *Gelaſiano* l. c. hæc & ſequentia non habentur.

(3) Has priori ordine ex cod. *Rhenaugienſi* antiquiſ-

Digitized by Google

dignitate vigere: præſta quæſumus, ut eorum quoque & perpetuo adgregetur conſortio. Per. *g. gg.*

Coll.

Preces noſtras, quæſumus Dne, quas in famuli tui ill. depoſitione deferimus, propitiatus exaudi: ut qui nomine (l. *nomini*) tuo myſterio fideli (ed. *myſterium fidele*) dependit, perpetua Sanctorum ſocietate lætetur. Per. *g.*

Suſcipe, quæſumus Domine, pro anima famuli tui ill. & Sacerdotis tui ill. quas offerimus hoſtias: ut cui pontificale donaſti meritum, dones & præmium. Per. *l. g.*

VD. Quamvis enim humano generi mortis inlata conditio pectora noſtra contriſtet, tamen clementiæ tuæ dona (l. *dono in*) ſpem futuræ immortalitatis erigimur,

---

ſimo *Gelaſiano*, & noſtro *Gregoriano San-Blaſiano* damus: illas vero ex *San-Gallenſi* triplici ritus, quæ omnes *Gelaſianæ* ſunt aut *Gregorianæ*, hic in notis recenſemus; quæ autem in editis non habentur, integras exhibemus.

Miſſa pro defuncto Sacerdote.

Deus, qui inter apoſtolicos &c. Ut ſupra. Alia: *Preces noſtras, quæſumus Dne &c.* Item alia: *Præſta, quæſumus Dne, ut anima &c.* ſupra. Alia: *Deus, cuius miſericordiæ &c.* Item Secreta: *Suſcipe, quæſumus Dne &c.* ſupra. Alia: *Hæc oblatio, quæſumus Dne, animam famuli & Sacerdotis tui ill. ab omnibus vitiis humanæ conditionis abſolvat. Per.* El. Præfatio: *VD. æterne Deus! quamvis enim humano &c.* ſupra. Infra actionem *Hanc igitur oblationem, quam tibi pro depoſitione &c.* ſupra. Ad Commun. *Propitiare Dne &c.* ſupra. Alia ad Compl. *Da veniam, Dne Deus, per hæc ſancta myſteria animæ famuli & Sacerdotis tui N. ut occurſo non terreatur malo, ſed tuo ſemper protegatur auxilio. Per.* El.

Alia: *Quæſumus, omnipotens Deus! ut animam famuli & Sacerdotis tui N. in congregatione &c.* ſupra.

Item alia Miſſa.

Miſerere, quæſumus Dne, animæ famuli tui N. Epiſcopi; & quem in corpore conſtitutum ſedis apoſtolicæ gubernacula tenere voluiſti, in electorum tuorum numero conſtituas Sacerdotum. Per.

Secreta.

Suſcipe, Dne quæſumus, hoſtias pro anima famuli tui N. Epiſcopi: ut cui pontificale donaſti meritum, ſempiternum concedas & præmium. Per. *l. g. El. ſupra.*

Ad Commun. *Præſta quæſumus &c.* Ut ſupra.

Alia ad Complend.

His ſacrificiis, quæſumus omnipotens Deus! purgata anima & ſpiritus famuli tui N. Epiſcopi ad indulgentiam & refrigerium ſempiternum pervenire mereatur. Per. *El.*

Miſſa pro Sacerdote defuncto.

Præſta, quæſumus Dne, ut anima &c. ſupra. Alia: *Deus cuius miſericordiæ non &c.* ſupra. Secreta: *Suſcipe, quæſumus Dne, pro anima &c.* ſupra.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro anima famuli tui Sacerdotis deferimus, quæſumus Dne, placatus intende: pro qua Maieſtati tuæ ſupplices fundimus preces, ut eam in numero Sanctorum tuorum tibi placentium facias dignanter adſcribi.

Ad Complend.

Proſit, quæſumus Dne, animæ famuli tui N. Sacerdotis miſericordiæ tuæ implorata clementia: ut eius, in quo ſperavit & credidit, æternitatis capiat, te miſerante, conſortium. Per. *g.*

Item alia Miſſa.

Omnipotens ſempiterne Deus! qui contuliſti fidelibus tuis remedia vitæ poſt mortem: præſta, quæſumus, propitius ac placatus, ut anima famuli & Sacerdotis tui N. a peccatis omnibus expiata, in tuæ redemtionis ſorte requieſcat. Per. *l. g.*

Secreta.

Hoſtias, quæſumus Dne, quas tibi pro anima famuli & Sacerdotis tui N. deferimus, propitiatus intende: & cui dediſti fidei chriſtianæ meritum, dones & præmium. Per. *g. gg.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro requie famuli & Sacerdotis tui N. quæſumus Dne, propitiatus accipias: ut per hæc ſalutis humanæ ſubſidia in tuorum numero redemtorum ſorte perpetua cenſeatur. Per Xpm.

Ad Commun.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut anima famuli & Sacerdotis tui N. quicquid converſatione contraxit humana, per huius ſacramenti myſterium & clementer indulgeas, & in tuorum ſede conſtituas redemtorum. Per.

Digitized by Google

mur, ac memores ſalutis æternæ non timemus lucis huius ſuſtinere iacturam, quoniam beneficio gratiæ tuæ fidelibus vita non tollitur, ſed mutantur (l. *mutatur*); atque animæ corporeo ergaſtulo liberatæ horrent mortalia, dum inter mortalia (l. *immortalia*) conſequuntur. Unde quæſumus, ut famulus tuus ill. beatorum tabernaculis Spiritu tuo (f. leg. *Spirituum*) conſtitutus evaſiſſe carnales glorietur anguſtias, diemque iudicii cum fiducia voto gratulationis expectet. Per Chriſtum.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, Domine, quam tibi pro depoſitione famuli tui & Sacerdotis tui ill. deferimus, quæſumus Dne, intende; pro quo Maieſtati tuæ ſupplices fundimus preces, ut eum in numero tuo (ed. *tibi*) placentium cenſeri facias Sacerdotum. Per. *g.*

Poſt Commun.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus (*noſtris*) & animam famuli tui ill. Epiſcopi in vivorum regione æternis gaudiis iube aſſociare. Per. *g.*

Item alia Miſſa pro Sacerdote Epiſcopo.

Præſta, quæſumus Dne, ut anima famuli tui vel (ed. *tui ill. Epiſc.*) Epiſcopi, quam in hoc ſæculo commorantem ſacris muneribus decoraſti, cœleſti ſede glorioſa ſemper exultet. Per. *l. g. El.*

Deus, cuius miſericordiæ tuæ non eſt numerus, ſuſcipe pro anima famuli tui ill. Epiſcopi preces noſtras: & luces ei lætitiæ cui (ed. *lucis ei lætitiæque*) in regione Sanctorum tuorum ſocietatem concedi (ed. *concede*) Per. *g.*

Secreta.

Suſcipe, Dne quæſumus, hoſtias pro anima famuli tui ill. Epiſcopi: ut cui pontificale donaſti præmium, dones & meritum. Per. *l. g. qui habent*, donaſti meritum, dones & præmium.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, quam tibi offerimus pro famulo tuo ill. Epiſcopo, quæſumus Dne, placatus accipias; & cum Præſulibus Apoſtolicæ dignitatis, quorum eſt ſecutus officium, habere tribuas ſempiternæ beatitudinis portionem. Diesque noſtros. *g.*

Poſt Commun.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut anima famuli tui ill. Epiſcopi, congregationis (ed. *in congregatione*) iuſtorum ac æternæ beatitudinis iubeas eſſe conſortem. Per. *g.*

Alia Miſſa pro Epiſcopo defuncto. (1)

Da nobis, Dne, ut anima famuli & Sacer-

---

(1) Hæc Miſſa Cod. *San-Blaſiani* deeſt in editis, habetur autem in Miſſali, & in *San-Gallenſi* quoque Oratio ſuper Epiſcopum defunctum. *Da nobis Dne &c.* Secreta: *Annue nobis &c.* Infra act. *Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro commem.* ſuper Dypticia (i. e. *Diptycha*) *Memento etiam, Dne, & eorum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei &c.* Item poſt Lectionem: *Ipſis & omnibus, Dne, in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerii, lucis & pacis ut indulgeas, deprecamur. Per.* Ad Commun. *His ſacrificiis &c.*

Item Miſſa pro defuncto Epiſcopo.

Da, quæſumus omnipotens Deus! ut famulus tuus N. cui eccleſiaſticæ curæ talenta tradidiſti, cum multiplici laboris fructu gaudia Dni ſui ingrediatur æterna, qui totius mundi tulit etiam immolatus peccatum. Per.

Secreta.

Hæc oblatio, quæſumus Dne, animam famuli tui N. ab omnibus vitiis humanæ conditionis abſolvat. Per. *El.*

Ad Commun.

Da veniam, Dne Deus, per hæc ſancta myſteria animæ famuli tui N. ut occurſu non terreatur malo, ſed tuo ſemper protegatur auxilio. Per. *Supra.*

Digitized by Google

Sacerdotis tui Epiſcopi, quam de ſeculo educens (ed. ſeculi eduxiſti) laborioſo certamine, Sanctorum tuorum cœtui tribuas eſſe conſortem. Per. g.

Secreta.

Annue, nobis Dne, ut animæ famuli tui Sacerdotis tui hæc profit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per. g g.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro commemoratione depoſitionis animæ famuli & Sacerdotis tui ill. Epiſcopi, quæſumus Dne, ut placatus accipias: & quem in corpore conſtitutum ſedis apoſtolicæ gubernaculo præeſſe voluiſti, in electorum tuorum numero conſtitue Sacerdotum. Diesque.

Supra Diptycha.

Memento etiam, Dne, & eorum nominum, qui nos præceſſerunt, & dormiunt in ſomno pacis, per.

Item poſt Lect.

Iſtis & omnibus, Dne, in Chriſto quieſcentibus locum refrigerii, lucis & pacis indulgentiam deprecamur. Per.

Ad Commun.

His ſacrificiis, quæſumus omnipotens Deus! purgata anima & ſpiritus famuli tui ill. Epiſcopi ad indulgentiam & refrigerium ſempiternum pervenire mereatur. Per. Vid. ſupra S. Gall. in notis.

Item alia Miſſa pro Sacerdote ſive Abbate. (1)

Deus, qui famulum tuum ill. Sacerdotem atque Abbatem & ſanctificaſti vocatione miſericordiæ, & adſumpſiſti conſummatione felici: ſuſcipe propitius preces noſtras, & præſta; ut ſicut ille tecum eſt meritis, ita a nobis non recedat exemplis. Per. *g.*

Secreta.

Concede, quæſumus omnipotens Deus! ut anima famuli tui ill. Abbatis atque Sacerdotis per hæc ſancta myſteria in tuo conſpectu ſemper clara conſiſtat, quæ tibi fideliter miniſtravit. Per. *g.*

Infra Oct.

Hanc igitur oblationem, Dne, quam tibi pro anima famuli tui ill. Abbatis atque Sacerdotis offerimus, quæſumus Dne, placatus intende: pro qua Maieſtati tuæ ſupplices fundimus preces, ut eam in numero

---

(1) Eandem miſſam exhibet San-Gallenſis: *Deus, qui famulum &c.*

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus! Maieſtatem tuam ſupplices exoramus, ut famulo & Sacerdoti tuo N. atque Abbati, quem in requiem tuam vocare dignatus es, dones ſedem honorificatam, & fructum beatitudinis ſempiternæ: ut ea, quæ in oculis noſtris docuit & geſſit, non iudicium nobis pariant, ſed profectum attribuant; ut pro quo nunc in te gaudemus in terris, cum eodem apud te exultare mereamur in cœlis. Per. *g.*

Secreta: *Concede &c.* ut ſupra; in fine: *Quæ tibi in hoc exilio fideliter miniſtravit. Per.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! Devotis clementiam tuam mentibus obſecrantes: ut animam famuli tui N. in electorum tibimet Pontificum numero iubeas conſiſtere gaudentem; ut qui hic tuo pro eis ſupplex deſerviebat altari, glorioſa illic cum eis tua gratuletur & laude. Per Xpm.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, quam tibi offerimus pro commemoratione animæ famuli tui N. quæſumus Dne, placatus accipias; & cum Præſulibus Apoſtolicæ dignitatis, quorum eſt ſecutus officium, habere tribuas ſempiternæ beatitudinis portionem, atque inter ſummi Paſtoris efficias præcipua membra cenſeri, per Xpm. *g. Supra.*

Ad Commun.

Profit, quæſumus &c. *Ut ſupra.*

Digitized by Google

mero Sanctorum tuorum tibi placentium facias dignanter adscribi. Quam oblat.

Post Commun.

Prosit, quæsumus Domine, animæ famuli tui ill. Sacerdotis misericordiæ tuæ implorata clementia tua: ut eius, in quo speravit & credidit, æternum accipiat, te miserante, consortium. Per. *g.*

ORAT. AD OMNES.

In Natl. Sanctorum, sive Agenda Mortuorum. (1)

Beati Martyris tui ill. quæsumus, intercessione nos protege; & animam famuli ill. Sacerdotis Sanctorum tuorum iunge consortiis. Per. *l. g.*

Adiuva nos, Dne Deus noster, Beati ill. precibus exoratus; & animam famuli tui ill. Sacerdotis in beatitudinem sempiternæ lucis constitue. *l. g.*

Secreta.

Suscipe, quæsumus Dne, hostias placationis & laudis, quas tibi in honore sancti Martyris tui ill. nomini tuo consecrandas deferimus; & pro requie famuli tui ill. Sacerdotis tibi suppliciter immolamus. Per. *g.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi in honore sancti Martyris tui ill. vel pro requie famuli tui ill. Sacerdotis offerimus, quæsumus Dne, placatus (ed. *intende*): pro quo Maiestati tuæ supplices fundimus preces, ut eum in numero Sanctorum tibi placentium facias dignanter adscribi. Quam oblat. *g.*

Post Comm.

Ascendant ad te, Dne, preces nostræ, & anima famuli tui ill. gaudia æterna suscipiat: ut quem fecisti adoptionis participem, iubeas hæreditatis tuæ esse consortem. Per. *g.*

Missa pro defuncto nuper baptizato (2)

Deus, qui ad cœleste regnum nonnisi renatis per aquam & Spiritum sanctum pandis introitum: multiplica super ani-

(1) In *San-Gallensi* Item Missa pro defuncto Sacerdote, in commemoratione Sanctorum:

Beati Galli Confessoris tui, quæsumus Dne &c. Alia. *Adiuva nos, Dne Deus noster, omnium Sanctorum tuorum &c.* supra. Secreta: *Suscipe ... quas in honore omnium Sanctorum nomini &c.* supra. Ad Complend. *Ascendant &c.* supra.

Item Missa pro defuncto Sacerdote.

Fidelium, Deus, animarum conditor & redemtor! famulo & Sacerdoti tuo N. cunctorum remissionem tribue peccatorum: ut, quam semper optavit, misericordiam consequatur. Per. *g. g g.*

Secreta.

Offerimus tibi, Dne, hostiam placationis & laudis: ut per tuæ misericordiæ largitatem, animam famuli & Sacerdotis tui N. in lucis æternæ facias regione gaudere. Per.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro anima famuli & Sacerdotis tui N. quæsumus Dne, ut placatus accipias & miserationum tuarum largitate concedas: ut quidquid terrena conversatione contraxit, his sacrificiis emundetur, ac mortis vinculo absoluta, transitum mereatur ad vitam. Diesque nostros. *l. g.*

Ad Commun.

Præsta, quæsumus Dne, ut anima famuli & Sacerdotis tui N. his purgata sacrificiis, indulgentiam pariter & requiem capiat sempiternam. Per. *g g.*

(2) Hæc eadem Missa legitur in *San-Gallensi.*

Deus, qui cœlestis regni nonnisi &c. Alia. *Deus, qui omne meritum vocatorum donis tuæ pietatis anticipas: propitiare animæ famuli tui N. quem in fine istius vitæ regenerationis unda mundavit; & quem fecisti non timere de culpa, fac gaudere de gratia. Per. g.* Reliqua ut superius.

Cæterum in *Rhenaugiensi* hanc Missam sequitur alia Missa pro semetipso Sacerdote, quam supra suo ordine posuimus; in cuius fine hæc leguntur: *Pro I. Sol. C. psalmus, aut III. Miss. pro I. untia CL. psalmus aut III. Miss. pro VI. untias VI. psalterios & Miss. III. pro I. libra XII. psalter. & XII. Miss.* quæ suffragia pro defuncto persolvenda indicare videntur.

Digitized by Google

animam famuli tui ill. miſericordiam tuam; & cui donaſti cœleſtem & incontaminatum tranſitum poſt baptiſmi ſacramentum, da ei æternorum plenitudinem gaudiorum. P. *g. gg. Secreta.*

Propitiare, Dne, ſupplicationibus noſtris pro anima famuli tui ill. pro qua tibi offerimus ſacrificium laudis: ut eam Sanctorum tuorum cœtibus conſociare digneris. *g. gg.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus, Domine, pro anima famuli tui ill. benignus adſume: eumque regenerationis fonte purgatum, & periculis vitæ huius exutum Beatorum numero digneris inſerere Spiritum (l. *Spirituum*). Quam oblationem. *g. gg.*

Poſt Commun.

Propitiare, Domine, animæ famuli tui ill. ut quem in finem (al. *in fine*) iſtius vitæ regenerationis fonte mundaſti, ad cœleſtis regni beatitudinem facias pervenire. Per. *g. gg.*

Oratio pro defunctis deſiderantibus pœnitentiam, & minime conſequentibus. (1)

Si quis pœnitentiam petens, dum Sacerdos venit, fuerit officio linguæ privatus, conſumtus ſit & ſi (*al.* conſtitutum eſt, ut ſi) *idonea teſtimonia hoc dicere* (dixerunt) *& ipſe per motus aliquos ſatisfacit, Sacerdos impleat omnia circa pœnitentiam, ut mos eſt.*

Item ad Miſſam.

Omnipotens & miſericors Deus, in cuius humana conditio poteſtate conſiſtit, animam famuli tui ill. quæſumus, ab omnibus abſolve peccatis: ut pœnitentiæ fructum, quem voluntas eius optavit, præventus mortalitate non perdat. Per. *l. g. gg. Secreta.*

Satisfaciat tibi, Dne quæſumus, pro anima famuli tui ill. ſacrificii præſentis oblatio, & peccatorum veniam, quam quæſivit, inveniat: ut quod officio linguæ implere non potuit, deſideratæ pœnitentiæ compenſatione percipiat. *l. g. gg.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offert famula tua ill. pro anima famuli tui ill. cuius depoſitionis diem celebramus, quæſumus Dne, ut placatus accipias, & ineffabili pietate concedas; ut quod exſequi præventus conditione mortali, miniſterio linguæ non potuit, mereatur indulgentiam ſempiternam, quæ in eius mente non defuit pœnitenti. Diesque. *g. gg.*

Poſt Commun.

Deus, a quo ſperatur humanum corpus (ed. *humani corporis*) omne quod bonum eſt; tribue quæſumus, ut ſicut animæ famuli tui ill. pœnitentiam velle donaſti: ſic indulgentiam tribue miſeratus optatam. Per. *l. g. gg.*

Miſſa unius defuncti Laici. (2)

Omnipotens ſempiterne Deus, cui numquam ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur: propitiare animæ famuli tui ill. ut qui de hac vita in tui nominis confeſſione diſceſſit, Sanctorum tuorum numero facias adgregari. Per. *g. gg.*

Secreta.

(1) Eadem Miſſa eſt in *San-Gallenſi.*

(2) In *San-Blaſiano* & *San-Gallenſi* eadem Miſſa habetur, ſed ſine præfatione.

Digitized by Google

Secreta.

Propitiare, quæſumus Dne, animæ famuli tui ill. pro qua tibi hoſtias placationis offerimus: ut qui in hac luce fide manſit catholica, & in futura vita ei retributio condonetur. Per. *g. g g.*

Præfatio.

VD. In cuius adventu, cum geminam iuſſerit ſiſtere plebem, iubeas famulum tuum ill. a numero diſcernere malorum, quem tribuas pœnæ æternæ evadere flammas, & iuſtæ potius adipiſci præmia vitæ, induique iubeas devicta morte victorem (gg. *vigorem*), ſemper inextinctam habere luminis auram, dignare, perpetuam præclaro in corpore vitam, ubi nox nulla ſuas defendet atras tenebras, ſecurus de ſalute placitus (gg. *placidis*) lætetur in horis (f. *hortis*) ſemper victurus, ſemperque in luce futurus. Per Chr. *g g.*

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro requie animæ famuli tui ill. offerimus, quæſumus Dne, placatus accipias, & tua pietate concedas, ut mortalitatis nexibus abſoluta inter fideles tuos habere (gg. *mereatur*) conſtitutam portionem, diesque noſtros. *g. g g.*

Poſt Commun.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus! ut animam famuli tui ill. ab Angelis lucis ſuſceptam in præparatis habitaculis deducere (g. *deduci*) facias Beatorum. P. *g. gg.*

Alia Miſſa pro uno Defuncto. (1)

Inclina, Domine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſuppliciter deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc ſeculo migrare iuſſiſti, in pacis ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum iubeas eſſe conſortem. Per. g. gg.

Alia.

Annue nobis, Dne, ut anima famuli tui remiſſionem, quam ſemper optavit, mereatur percipere peccatorum. Per.

Secreta.

Annue nobis, Dne, ut animæ famuli tui hæc proſit oblatio, quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per. g. gg.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro requie animæ famuli tui offerimus, quæſumus Dne, ut placatus accipias, & tua pietate concedas: ut mortalitatis nexibus abſolutam, inter fideles tuos habere conſtituas manſionem. Diesque noſtros. g.

Ad Commun.

Præſta, quæſumus Dne, ut anima famuli tui his purgata ſacrificiis, indulgentiam pariter & requiem capiat ſempiternam. Per. g. gg.

Item Miſſa unde ſupra.

Deus, cui ſoli adiacet medicinam præſtare poſt mortem, tribue quæſumus, ut anima famuli tui N. a terrenis exuta contagiis, in tuæ redemtionis munere glorietur. Per. g.

Secreta.

Annue nobis, Dne &c. Ut ſupra.

Præ-

---

(1) Hæc Miſſa in *San-Gallenſi* inſcribitur pro *quolibet catholico defuncto*, eſtque prorſus eadem, niſi quod tertiam adhuc orationem addat. *Abſolve, Dne, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria inter Sanctos tuos reſuſcituri mereatur. Per.* nec habet *infra actionem.*

Digitized by Google

Præfatio.

VD. æterne Deus! Exaudi nos, quæſumus, & animæ famuli tui N. indulgentiam largire culparum: quatenus & quæ in hoc ſeculo peregit, relaxes delicta, & cum beneplacitis tribuas lucidiſſimas manſiones. Per.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne, quam tibi offerimus pro anima famuli tui, cuius commemorationem agimus, tribuens ei remiſſionem omnium peccatorum, quæſumus Dne, ut placatus.

Ad Commun.

His ſacrificiis, quæſumus omnipotens Deus! purgetur anima famuli tui: ut ad indulgentiam & refrigerium pervenire mereatur. Per. g.

Miſſa pro defuncta Femina. oo. (1)

Quæſumus, Dne, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ: & a contagiis mortalitatis exutam in æternæ ſalvationis parte reſtituas. Per. gg.

Secreta.

His ſacrificiis, Dne, anima famulæ tuæ a peccatis omnibus exuatur, ſine quibus nemo liber extitit: ut per hæc pia placationis officia perpetuam miſericordiam conſequatur. Per. gg.

Ad Commun.

Inveniat, quæſumus Dne, anima famulæ tuæ lucis æternæ conſortium; cuius perpetua gratia conſecuta eſt ſacramentum. Per. gg.

Item alia Miſſa in agenda plurimorum. (2) Pro-

(1) Tota hæc Miſſa habetur etiam in *San-Gallenſi*, & hodierno Miſſali.

(2) Huic Miſſæ, ex *Rbenaugienſi* codice deſumtæ, concordat alia ex *San-Blaſiano*, & *Petrobuſano*, qui poſterior cum priore conſentit, niſi quod *Hanc igitur* ut *Rbenaugienſis* habeat: uterque tamen hic *Gregorianus* Præfatione caret. *In San-Gallenſi* vero ſequens legitur:

Miſſa communis pro fidelibus Defunctis.

Propitiare, quæſumus Dne &c. *Ut ſupra.* Alia: *Deus, cui ſoli competit &c.* Item

Alia.

Fidelium, Deus, omnium conditor & redemtor! animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Per. g. gg. *Alia.*

Maieſtatem tuam, Dne, ſupplices exoramus: ut animæ famulorum famularumque tuarum ab omnibus, quæ humanitus commiſerunt, exutæ contagiis, in tuorum cenſeantur ſorte Iuſtorum. Per. g.

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne &c. Ut ſupra.

Alia Secreta.

Hoſtias, quæſumus Dne, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitius intende: ut quibus fidei chriſtianæ meritum contuliſti, dones & præmium. Per. g. gg.

Præfatio.

VD. P. X. D. N. cuius ſacram paſſionem pro immortalibus & bene quieſcentibus animabus ſine dubio celebramus, pro his præcipue, quibus ſecundæ nativitatis gratiam præſtitiſti: quoniam exemplo Dni nri Ihu Xpi cœperunt eſſe de reſurrectione ſecuri, credentes, quia qui feciſti quæ non erant, potes reparare quæ fuerant; & reſurrectionis futuræ nobis documenta non ſolum per propheticam & apoſtolicam doctrinam, ſed eiusdem Unigeniti tui Redemtoris noſtri reſurrectione dediſti: ut quod per Prophetas eſt nuntiatum, per Apoſtolos traditum, ipſius reſurrectionis exemplo ſit firmatum; per quem &c. gg.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro requie &c. Ut ſupra. *Alia.*

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro commemoratione animarum in pace dormientium ſuppliciter immolamus, quæſumus Dne, benignus accipias, & tua pietate concedas: ut & nobis proficiat huius pietatis affectus, & illis impetret miſericordiam ſempiternam, quam oblationem. g. gg.

Poſt Commun.

Inveniant, quæſumus &c. Ut ſupra.

Alia.

Animabus &c. Ut ſupra.

Digitized by Google

Propitiare, quæſumus Dne, animabus famulorum famularumque tuarum miſericordia ſempiterna: ut mortis nexibus expeditas lux eas æterna poſſideat. Per. *l. gg.* *Alia.*

Deus, cui ſoli competit medicinam præſtare poſt mortem: tribue quæſumus; ut animæ famulorum famularumque tuarum ab omnibus exutæ peccatis in Electorum tuorum ſocietatibus adgregentur. Per. *l g.* *Secreta.*

Hoſtias tibi, Domine, humili ſupplicatione deferimus: ut animæ famulorum famularumque tuarum per hæc placationis officia tuam miſericordiam conſequantur. Per. *l. g. gg.*

Conteſtatio.

VD. Qui es redemtor animarum ſuarum (g g. *Sanctarum*) quamvis (*enim*) mortis humani generis illata conditio pectora humana mentesque contriſtet, tamen clementiæ tuæ dono ſpe futuræ immortalitatis erigimur, & memores æternæ, non timemus lucis huius ſubire diſpendium: quoniam miſericordiæ tuæ munere fidelibus vita mutatur, non tollitur, & timoris obſervatione defunctis domicilium perpetuæ felicitatis adquiritur. Tibi igitur, clementiſſime Pater! preces ſupplices fundimus, & Maieſtatem tuam devotis mentibus exoramus: ut animæ famulorum famularumque tuarum, quorum diem commemorationis celebramus, mortis vinculis abſolutæ tranſitum mereantur ad vitam, & in ovium placitarum benedictione numerentur ad vitam. Per Chriſtum Dominum. *gg.*

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro requie, & animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, quæſumus Dne, propitius intuere, & concede: ut mortuis proſit ad veniam, quod cunctis viventibus præparare dignatus es ad medelam. Diesque noſtros. *g. gg.*

Alia.

Hanc igitur oblationem, Dne quæſumus, intende placatus, quam pro animabus famulorum famularumque tuarum tuæ ſupplices exhibemus pietati: ut per hæc ſancta myſteria ab omnibus abſolutæ peccatis, æternæ beatitudinis participes efficiantur. Diesque.

Poſt Commun.

Inveniant, quæſumus Dne, animæ famulorum famularumque tuarum, omnium in Chriſto quieſcentium, lucis æternæ conſortium, qui in hac luce poſitum (ed. *poſiti tuum*) conſecuti ſunt ſacramentum. Per. *g. gg.*

Alia.

Fidelium, Deus, animarum conditor & redemtor, famulis & famulabus tuis cunctorum remiſſionem tribue peccatorum: ut quam ſemper optaverunt, indulgentiam conſequantur. Per. l. g. gg.

Alia.

Animabus famulorum famularumque tuarum oratio proficiat ſupplicantium: ut eas & a peccatis exuas, & tuæ redemtionis facias eſſe participes. Per. g. gg.

Alia Miſſa pro Defunctis. (1)

Deus, *cui proprium eſt miſereri, & preces exaudire ſupplicantium, propitia-*

(1) Hæc Miſſa cod. *San-Blaſiani* in editis deeſt: quam ampliorem ex *San-Gallenſi* hic ſubiicimus.

Digitized by Google

re animabus famulorum famularumque tuarum: ut te miſerante a peccatorum vinculis abſolutæ, ad æternæ beatitudinis requiem pervenire mereantur. Per. gg.

Secreta.

Hoſtias tibi, Dne, humili ſupplicatione deferimus: ut animæ famulorum famularumque tuarum per hæc placationis officia tuam miſericordiam conſequantur. Per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui nobis in Chriſto unigenito Filio tuo Dno Deo noſtro ſpem beatæ reſurrectionis conceſſiſti: præſta quæſumus, ut animæ, pro quibus hoc ſacrificium redemtionis noſtræ tuæ offerimus Maieſtati, ad beatæ reſurrectionis requiem, te miſerante, cum Sanctis tuis pervenire mereantur. Per Xpm Dnm.

Hanc igitur oblationem, Dne quæſumus, quam tibi pro requie animarum famulorum &c. Ut ſupra. gg.

Ad Commun.

Divina libantes ſacramenta, concede, quæſumus, omnipotens Deus! ut hæc eadem nobis proficiant ad ſalutem, & animabus, pro quibus tuam deprecamur clementiam, proſint ad indulgentiam. Per. gg.

Alia.

Deus vita viventium, ſpes morientium, ſalus omnium in te ſperantium: præſta propitius, ut animæ famulorum famularumque tuarum a noſtræ mortalitatis tenebris abſolutæ, in perpetua cum Sanctis tuis luce lætentur. Per. gg.

Alia Miſſa pro Defunctis. (1)

Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator! quæſumus clementiam tuam: ut

---

Item unde ſupra. gg.

Deus, cui proprium eſt &c. Ut ſupra.

Alia.

Animabus, quæſumus Dne, famulorum famularumque tuarum, miſericordiam concede perpetuam, ut eis proficiat in æternum, quod in te ſperaverunt & crediderunt. Per. gg.

Super oblata.

Hoſtias tibi, Dne, humili &c. Supra.

Alia Secreta.

His, quæſumus Dne, placatus intende muneribus: & quod ad laudem tui nominis ſupplices offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per. gg.

Præfatio.

VD. æterne Deus! qui nobis in Chriſto &c. Ut ſupra.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne quæſumus, placatus intende, quam pro animabus fidelium noſtrorum tuæ ſupplices exhibemus pietati: ut per hæc myſteria ab omnibus abſoluti peccatis, & æternæ beatitudinis participes efficiantur: Diesque noſtros.

Ad Commun.

Divina libantes &c. Ut ſupra.

Alia.

Deus vita viventium &c. Ut ſupra.

Alia.

Supplices, Dne, pro animabus famulorum famularumque preces effundimus, ſperantes: ut quidquid converſatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum ſede lætantium conſtituas redemtorum. Per. gg.

Item alia Miſſa.

Animabus, quæſumus &c. Ut ſupra. Secreta: *His, quæſumus Dne, placatus intende &c.* Supra.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum veneranter deferimus, quæſumus Dne, placatus intende, & tua dignatione concede: ut mortis vinculis abſolutæ, tranſitum mereantur ad vitam. Quam oblationem. g.

Ad Comm. *Supplices, Dne, pro animabus &c.* Ut ſupra.

(1) Hæc Miſſa in ſolo *Gregoriano San-Blaſiano & Petrobuſano* occurrens fere convenit cum ſequente pro fratribus defunctis. Cui hic ſubiungitur, quæ in ſolo *San-Gallenſi* habetur.

Miſſa pro his, qui ob defenſionem Eccleſiæ occubuerunt.

Deus vera pietas, invicta clementia, & bonitas ſempiterna! qui nos a morte volens eripere, Dnm nrm

ut nomina famulorum famularumque tuarum, quæ hic piæ dilectionis officio pariter conſcripſimus, in libro vitæ miſerationis tuæ gratia iubeas conſcribi. Per.

Secreta.

Præſta, quæſumus, miſericors Deus! ut animæ, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuæ offerimus Maieſtati, per huius virtutem ſacramenti a peccatis omnibus expiatæ, lucis perpetuæ te miſerante recipiant conſortium. Per. gg.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, quæſumus Dne, ut placatus accipias, & tua dignatione concedas, ut mortis vinculis abſoluti, tranſire mereantur ad vitam. Diesque noſtros. gg.

Ad Commun.

Proficiat, quæſumus Dne, ad indulgentiam animabus, pro quibus tuam obſecramus clementiam, divini celebratio ſacramenti: ut per hæc ſancta a contagiis terrenæ converſationis emundatæ ad cæleſtem mereantur venire habitationem. Per.

Miſſa pro defunctis Fratribus. (1)

Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator! quæſumus clementiam tuam: ut noſtræ Congregationis fratres, qui ex hoc ſeculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas. Per. gg.

Secreta.

Deus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, ſuſcipe propitius preces humilitatis noſtræ: & animabus, quibus tui nominis dediſti confeſſionem, per hæc ſacramenta ſalutis noſtræ tribue peccatorum remiſſionem. Per. gg.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro animabus fratrum noſtrorum, quæſumus Dne, placatus intende: pro quibus Maieſtati tuæ ſuppliciter fundimus preces, ut eas in numero Sanctorum tuorum tibi placentium facias dignanter aſcribi. Diesque.

Ad Commun.

Præſta, quæſumus miſericors Deus! ut animæ, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuæ obtulimus &c. ut in priore Miſſa

Secreta. Alia.

Ihm Xpm mortem feciſti ſubire, ut illius uſque infernum deſcenſus noſter eſſet uſque ad cœlum aſcenſus: te ſuppliciter poſtulamus, ut ſpiritus famulorum tuorum, qui de huius ſæculi ærumnoſa peregrinatione pro defenſione catholicæ eccleſiæ migraverunt, univerſa delictorum conceſſa remiſſione, in Abrahæ gremio iubeas collocari. Per.

Secreta.

Hoſtiam tibi, Dne, placationis pro ſpiritibus famulorum tuorum N. offerimus, obſecrantes: ut ſacri huius libaminis interventu propitius illis locum lucis, & refrigerium beatæ quietis indulgeas. Per.

Præfatio.

VD. æquum & ſalutare, omnipotens Deus! nos tibi & pro noſtra & pro conviventium temporali vita, atque illa, quæ defunctis æterna eſt, gratiarum actione preces cum laudibus exhibere. Pro hoc ergo, Dne, famuli tui nimium proſtrati ſupplices rogamus ac petimus, ne ſpiritus eorum aut triſtibus ignis gehennæ caminis, aut perpetui tartari fulgoribus locum habitationis introeant: ſed eos in ſinu Abrahæ, Iſaac & Iacob collocare digneris, ubi nullam læſionem ſentiant eorum animæ & caro, per Xpm.

Ad Commun.

Oramus te, Dne ſancte Pater omnipotens æterne Deus! pro ſpiritibus famulorum tuorum, qui de huius ſeculi ærumnoſa peregrinatione pro defenſione catholicæ eccleſiæ migraverunt: ut eos in locum lucis & refrigerii propitius deputare digneris. Per.

(1) Eadem Miſſa eſt etiam in *Petrobuſano*, cum præfatione: *Qui nobis in Chriſto Unigenito tuo &c.* quæ ſupra iam habetur. In *San-Gallenſi* vero ita notatur.

Orat. *Deus veniæ largitor, & humanæ &c.* Ut ſupra. Secreta: *Deus, cuius miſericordiæ non eſt numerus &c.* Item Ad Commun. *Proficiat, quæſumus &c.* Ut in priore Miſſa.

Digitized by Google

Alia.

Deus vita viventium, ſpes morientium, ſalus omnium in te ſperantium! præſta propitius: ut animæ huius Congregationis vel hic requieſcentium, a noſtræ mortalitatis tenebris abſolutæ, beata Maria ſemper Virgine intercedente: in perpetua cum Sanctis tuis luce lætentur. Per. Supra.

Miſſa in Cœmeteriis. (1)

Deus, cuius miſeratione animæ fidelium requieſcunt, famulis tuis ill. & ill. vel omnibus hic in Chriſto quieſcentibus da propitius veniam peccatorum: ut a cunctis reatibus abſoluti ſine fine lætentur. Per. *g. gg.*

Secreta.

Pro animabus famulorum tuorum illorum & illarum, & hic omnium Catholicorum dormientium, hoſtiam, Dne, ſuſcipe benignus oblatam; ut (*per*) hoc ſacrificium ſingulare vinculis horrendæ mortis exutæ vitam mereantur æternam. Per. *g. gg.*

Alia.

Propitiare, Dne, ſupplicationibus noſtris pro animabus famulorum famularumque tuarum, vel omnium hic & ubique in Chriſto quieſcentium, pro quibus tibi offerimus ſacrificium laudis: ut eas Sanctorum tuorum conſortio ſociare digneris. Per. gg.

Infra Actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus, Domine, pro tuorum requie famulorum & famularum ill. & ill. (&) omnium fidelium catholicorum orthodoxorum in hac baſilica in Chriſto quieſcentium, & qui in circuitu huius eccleſiæ tuæ requieſcunt, quæſumus Dne, placatus accipias: ut per hæc ſalutis humanæ ſubſidia

(1) Codex *Petrobuſanus* hic concordat cum *Rhenaugienſi*, *San-Blaſianus* vero aliter nonnihil habet, quod hic notavimus. In *San-Gallenſi* duæ habentur Miſſæ in Cœmeteriis, quas ſubiungimus. Orat. *Deus, cuius miſeratione &c.* Ut ſupra.

Alia.

Omnipotens ſempiterne Deus! annue precibus noſtris etc, quæ poſcimus, & dona omnibus, quorum hic corpora requieſcunt, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem: ut qui peccatorum ſuorum pondere prægravantur, eos ſupplicatio commendet eccleſiæ. Per.

Secreta: *Pro animabus famulorum &c.* ſupra. *Hanc igitur oblationem . . . pro tuorum requie &c.* ſupra. Ad Comm. *Deus fidelium lumen &c.* ſupra.

Item alia Miſſa.

Adeſto, quæſumus Dne, pro animabus famulorum famularumque tuarum, & omnium hic quieſcentium: ut ſi quæ carnales maculæ in eis de terrenis contagiis inhæſerunt, miſerationis tuæ venia deleantur. Per. *g.*

Secreta.

Munera, quæſumus Dne, quæ tibi pro requie animarum famulorum famularumque tuarum ill. & omnium in Chriſto quieſcentium offerimus, ad eorum redemtionem proficiant. Per. *g.*

Præfatio.

VD. P. X. Dnm nrm: Cuius ſacram paſſionem pro immortalibus & bene quieſcentibus animabus ſine dubio celebramus, pro his præcipue, quibus ſecundæ nativitatis gratiam præſtitiſti, qui exemplo Ihu Xpi Dni nri cœperunt eſſe de reſurrectione ſecuri; quippe qui feciſti quæ non erant, poſſeque reparari quæ fuerant. Nam ut in illo pleno aridis oſſibus campo ad vocem tubæ diſperſa oſſa ad oſſa, membra ad iuncturas corporum, ac lineamenta nervorum compaginata ſunt; ſic credimus, Dne, in reſurrectione futura, ut officium ſuum redivivum corpus accipiat; Et ideo &c. *gg. vid. etiam ſupra pag.* 322.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro defunctis offerimus, quæſumus Dne, ut propitiatus accipias, & miſerationis tuæ largitate concedas: ut ab omnibus, quæ per terrenam converſationem contraxerunt, vitiis his ſacrificiis emundentur, per Xpm. *g. mox ſupra.*

Ad Commun.

Multiplica, Dne, ſuper animas famulorum famularumque tuarum miſericordiam tuam: & quibus donaſti baptiſmi ſacramentum, da eis æternorum plenitudinem gaudiorum. Per. *g.*

Digitized by Google

ſubſidia in tuorum numero redemtorum ſorte perpetua cenſeantur: Diesque noſtros. *g. gg.*

Alia.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro animabus famulorum famularumque tuarum, vel omnium fidelium hic & ubique in Chriſto quieſcentium, & in circuitu huius eccleſiæ, quæſumus Dne, ut propitiatus accipias, & miſerationum tuarum largitate concedas: ut quidquid terrena converſatione contraxerunt, his ſacrificiis emundetur, ac mortis vinculis abſoluti tranſitum mereantur ad vitam. Per. g.

Poſt Commun.

Deus fidelium lumen animarum, adeſto ſupplicationibus noſtris: & da omnibus fidelibus in Chriſto, quorum corpora hic requieſcunt, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem. Per. *g. gg.*

Item alia Miſſa in die Depoſitionis Defuncti, vel III. VII. & XXX^mo. (1)

Adeſto, Dne quæſumus, pro anima famuli tui ill. vel III. VII. & XXX^mi, cuius in die depoſitionis ſuæ officium commemorationis impendimus: ut ſi quæ ei ſecularis macula inhæſit, aut vitium mundi alefecit (l. *mundiale infecit*), dono tuæ pietatis indulgeas & extergas. Per. *g.*

Quæſumus, Domine, ut famulo tuo ill. cuius VII^mum obitus ſui diem commemoramus, Sanctorum atque Electorum largire (l. *largiri digneris*) conſortium; & rorem miſericordiæ tuæ perennem infunde. Per. *g.*

Pro anniverſario.

Deus indulgentiarum Domine! da famulo tuo ill. cuius anniverſarium depoſitionis diem commemoramus, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem largiaris oramus. Per. *g.*

Secreta.

Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, & hanc oblationem, quam tibi offerimus ob diem depoſitionis III. vel VII^mi XXX^mi pro anima famuli tui ill. placatus ac benignus adſume. Per. *g.*

Præfatio.

VD. Per Chriſtum Dnm noſtrum: per quem ſalus mundi, per quem vita omnium, per quem reſurrectio mortuorum. Per ipſum te, Domine, ſuppliciter deprecamur, ut animæ famuli tui ill. cuius diem ill. celebramus, indulgentiam largiri digneris perpetuam, atque contagiis mortalitatis exutam in æternam ſalvationis partem conſtituas. Per quem. *El. gg.*

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Dne, quam tibi offerimus pro anima famuli tui ill. cuius depoſitionis diem III.^ium VII.^mum vel XXX.^mum celebramus, qui depoſito corpore animam creatori reddidit, quam dediſti: pro qua petimus divinam clementiam, ut mortis vinculis abſoluta tranſitum mereatur: Diesque noſtros. *g.*

Poſt Commun.

Omnipotens ſempiterne Deus! collocare

(1) In vulg. *Gelaſ.* additur *vel annuali*, nihilque peculiare habet pro anniverſario, cuius prima tantum oratio hic eſt adiecta. Quæ vero in eodem *Rhenaugienſi* ſequitur *Miſſa pro defunctis*, proprie ad anniverſarium ſpectat.

Digitized by Google

care dignare corpus & animam & ſpiritum famuli tui ill. cuius III. VIImum & XXXmum ſive depoſitionem celebramus, in ſinum Abrahæ, Iſaac & Iacob; & cum dies agnitionis venerit, inter Sanctos & Electos tuos eum reſuſcitare præcipias. Per. *g. El.*

Alia Miſſa in die Depoſitionis Tertii, Septimi vel Triceſimi. (1)

Quæſumus, Dne, ut famulo tuo, cuius tertium, vel ſeptimum vel triceſimum obitus ſui diem commemoramus, Sanctorum atque Electorum tuorum digneris largiri conſortium; & rorem miſericordiæ tuæ perennis infunde. Per. g. gg.

Secreta.

Adeſto, Dne, ſupplicationbus noſtris, & hanc oblationem, quam tibi offerimus ob diem depoſitionis tertium, vel ſeptimum, vel triceſimum, pro anima famuli tui placidus (*al.* placatus) *ac benignus aſſume. Per.*

Præfatio.

VD. æterne Deus! per quem ſalus mundi, per quem vita omnium, per quem reſurrectio mortuorum. Per ipſum te, Dne, ſuppliciter deprecamur, ut animæ famuli tui, cuius diem depoſitionis tertium, vel ſeptimum, vel triceſimum celebramus, indulgentiam largiri digneris perpetuam, atque a contagiis mortalitatis exutam in æternæ ſalvationis parte reſtituas. Per Chriſtum. gg.

Hanc igitur oblationem, Dne, quam tibi offerimus pro anima famuli tui, cuius diem depoſitionis tertium, vel ſeptimum, vel triceſimum celebramus, quo depoſito corpore animam tibi Creatori reddidit, quam dediſti: pro qua petimus divinam clementiam tuam, ut mortis vinculis abſoluta tranſitum mereatur ad perennem vitam. Diesque noſtros. g.

Ad Commun.

Præſta, quæſumus, omnipotens Deus! ut animam famuli tui ab Angelis lucis ſuſceptam in præparata habitacula deduci facias Beatorum. Per. g. gg.

Orationes pro Defunctis ad Miſſam. (2)

Præſta, Domine quæſumus, ut anima famuli tui ill. huius mortalitatis nexibus abſoluta indulgentiam pariter & requiem capiat ſempiternam. Per. *g. gg.*

Alia.

Deus indulgentiarum Domine, da famulo tuo, cuius anniverſarium depoſitionis diem

(1) Ita inſcribitur in utroque *Gregoriano*, quam ex *San-Blaſiano* priore multo correctiorem damus: quacum etiam convenit illa ex *San-Gallenſi* hic ſubiecta.

Miſſa in die depoſitionis defuncti Tertio, Septimo vel Triceſimo.

Orat. *Quæſumus Dne, ut famulo tuo N.* Ut ſupra. Secreta: *Adeſto Dne &c.* Ut ſupra. Præfatio: *Per quem ſalus mundi &c. & Hanc igitur &c.* Ut ſupra.

Poſt Commun.

Omnipotens ſempiterne Deus! collocare dignare animam & ſpiritum famuli tui N. cuius diem tertium, ſeptimum, vel triceſimum depoſitionis celebramus, in ſinibus Abrahæ, Iſaac & Iacob: ut cum dies agnitionis tuæ venerit, inter Sanctos & Electos tuos eum reſuſcitari præcipias. Per. *g.*

(2) Sic prænotatur in *Rhenaugienſi*, eſt tamen pro anniverſario, uti in *San-Blaſiano* inſcribitur: *Miſſa in anniverſario*: in *San-Gallenſi* vero *Miſſa annualis pro defuncto*, & ita habet:

Adeſto, Dne, quæſumus pro anima famuli tui N. cui in depoſitionis ſuæ die officium commemorationis impendimus: ut ſi qua ei ſecularis macula inhæſit, aut vitium mundiale infecit, dono tuæ pietatis indulgeas & extergas. Per. *g. ſupra.* Alia: *Deus indulgentiarum &c.* ſupra. Secreta: *Propitiare Dne ſupplicationibus &c.* ſupra. Infra act. *Hanc igitur.* Ad Commun. *Suſcipe.* & *Inclina.* Ut ſupra.

Digitized by Google

diem commemoramus, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem. Per. g.

Secreta.

Propitiare, Dne ſupplicationibus noſtris pro anima & ſpiritu famuli tui ill. cuius hodie annua dies agitur, pro qua tibi offerimus ſacrificium laudis, ut eam Sanctorum tuorum conſortio ſociare digneris. Per. *g. gg.*

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Domine, quam tibi offerimus pro anima famuli tui ill. cuius hodie annua dies agitur, quæſumus Dne, placatus intende, eamque mortalitatis nexibus abſolutam inter tuos fideles miniſtros habere perpetuam iubeas portionem. Quam oblationem. *gg.*

Poſt Commun.

Suſcipe, Dne, preces noſtras pro anima famuli tui ill. ut ſi quæ in eum (l. *eo*) maculæ de terrenis contagiis adhæſerunt, remiſſionis tuæ miſericordia deleantur. Per. *gg.*

Alia.

Inclina, Dne, precibus noſtris aures tuæ pietatis, & animæ famuli tui remiſſionem tribue omnium peccatorum: ut uſque ad reſurrectionis diem in lucis amœnitate requieſcat. Per.

Miſſa, de cuius anima deſperatur. GG. (1)

Omnipotens & miſericors Deus! inclina, quæſumus, venerabiles aures tuas ad exiguas preces noſtras, quas ante conſpectum Maieſtatis tuæ pro anima famuli tui N. fratris noſtri humiliter fundimus: ut dum de qualitate vitæ eius diffidimus, de abundantia pietatis tuæ conſolemur; & ſi ad plenum veniam animæ ipſius obtinere non poſſumus, ſaltem vel inter ipſa tormenta, quæ forſitan patitur, refrigerium de abundantia miſerationum tuarum ſortiatur. Per.

Alia.

Miſericors & miſerator, patiens & multum miſericors! ſi iniquitates obſervaveris, quis ſuſtinebit? Precamur ergo immenſam clementiam tuam pro anima famuli tui N. & cui parva fiducia ſuppetit actionum, ſola gratia tua copioſe reſplendeat: ut vel veniam opus manuum tuarum ſentiat in inferis, quod (S. Gall. quem) *ad imaginem tuam creare dignatus es in terris. Per.*

Secreta.

Suſcipe Domine, clementiſſime Pater! pro commemoratione famuli tui N hoſtias placationis & laudis: ut ſacrificii præſentis oblatio ad refrigerium animæ eius, te miſerante, perveniat (l. proveniat.) *Per.*

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & famuli tui N. (2) *quam tibi offerimus pro anima fratris noſtri, quæſumus Domine, propitius intuere: & ſi in illo fructum boni operis non invenis, vel famuli tui fidem ac devotionem reſpicere*

---

(1) Ita in *San-Blaſiano* inſcribitur, in *San-Gallenſi* vero *Miſſa pro defuncto, de cuius anima dubitatur.* Vid. Diſquiſit. XI. cap. II. p. 1027. Orat. *Omnipotens.* Alia. *Miſericors & miſerator Dne, patiens &c.* Secreta: *Suſcipe &c.* Ut ſupra.

(2) In San-Gall. *Famuli tui, vel famule tuæ ill. quam tibi offerimus pro anima cari noſtri.*

cere digneris; & ut operi manuum tuarum locum refrigerii, lucis & pacis indulgeas, deprecamur. Diesque. (1)

Ad Commun.

Sumſimus, Domine, Corporis & Sanguinis Chriſti Filii tui remedia, obſecrantes Maieſtatis tuæ clementiam: ut & viventibus ſint ad tutelam, & defunctis obtineant veniam. Per.

Alia.

Omnipotens clementiſſime Pater! pro abundantia clementiæ tuæ propitiare animæ famuli tui N. & pium te ſentiat in inferis, quæ multorum cruciatus forſitan tormentorum pro iuſtitiæ merito ſentit in pœnis. Per.

---

(1) In San-Gallenſi poſtea habetur:

Poſt orationem Dominicam. Libera nos, quæſumus Dne, ab omnibus malis præteritis, præſentibus & futuris: & intercedentibus Sanctis tuis anima famuli tui N. pro abundantia clementiæ tuæ pium te ſentiat in inferis, quæ multorum forſitan tormentorum cruciatus pro iuſtitiæ merito ſentit in pœnis. Per Dnm nrm &c. quæ ex altera oratione poſt commun. ſunt deſumta, quæ hic deeſt, & ſolum habetur *Sumſimus Dne &c.* Ut ſupra.

IN-

Digitized by Google

INCIPIUNT

BENEDICTIONES EPISCOPORUM. (1)

In Vigilia Natalis Domini.

Omnipotens Deus, qui incarnatione Unigeniti ſui mundi tenebras effugavit, & eius glorioſa nativitate hanc ſacratiſſimam noctem irradiavit, effuget a vobis tenebras vitiorum, & irradiet corda veſtra luce virtutum. Amen.

Quique ſacratiſſimæ eius nativitatis gaudium magnum paſtoribus ab Angelo voluit nuntiari, ipſe ſuper vos benedictionis ſuæ gratiſſimum imbrem infundat, atque ipſo paſtore vos ad æternorum gaudiorum paſcua æterna perducat. Amen.

Et qui per eius incarnationem terrena cœleſtibus ſociavit, internæ pacis & bonæ voluntatis vos nectare repleat, & cœleſtis militiæ conſortes efficiat. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum & imperium ſine fine permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti,

Et pax Dni ſit ſemper vobiscum.

In die Natalis Domini.

Benedicat vobis omnipotens Deus, veſtramque ad ſuperna excitet intentionem, qui hanc ſacratiſſimam diem nativitate Filii ſui fecit eſſe ſolemnem. Amen.

Et qui panis eſt Angelorum, in præſepi eccleſiæ cibum fecit eſſe fidelium animalium, ipſe vos & in præſenti ſæculo deguſtare faciat æternorum dulcedinem gaudiorum, & in futuro perducat ad ſatietatem æternorum præmiorum. Amen.

Quique eius infantiam vilibus voluit indui pannis, ipſe vos cœleſtium veſtimentorum induat ornamentis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum & imperium ſine fine permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedictio Dei Patris & Filii & Spiritus ſci, & pax Dni ſit ſemper vobiscum.

Benedictio in Nat. ſancti Stephani.

Deus, qui beatum Stephanum Protomartyrem coronavit, & confeſſione fidei

&

(1) Quas Codex *Eligianus* ſingulis iungit Dominicis & feſtis, easdem ex ſacramentario *San-Blaſiano* in unum collectas hic damus *Benedictiones Epiſcoporum*, in eodem pariter ad calcem relectas: quas pariter ad unam omnes complectitur alter *Gregorianus Petrobuſanus*. Quis earum ſit Auctor, & ubinam fuerint in uſu, vid. Diſquiſit. II. Cap. I. pag. 113. ſeq. Cæterum ſæculo XIV. adhuc fuiſſe uſitatas, patet ex altero codice *San-Blaſiano* huius ſæculi, in quo eædem occurrunt, pauciores licet numero: ut tamen alias ibi reperire liceat, quæ in antiquiori Codice deſiderantur, unde illas uncinis incluſas ſuis quasque locis ſubiungimus.

Digitized by Google

& agone martyrii, veſtras mentes circumdet & in præſenti ſæculo corona iuſtitiæ, & in futuro perducat vos ad coronam gloriæ. Amen.

Illius obtentu tribuat vobis Dei & proximi caritate ſemper exuberare, qui hanc ſtuduit etiam inter lapidantium impetus obtinere. Amen.

Quo eius exemplo roborati, & interceſſione muniti, ab eo, quem ille a dextris Dei vidit ſtantem, mereamini benedici. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre & Spu ſco vivit & gloriatur Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedictio Dei Patris. Ut ſupra.

In Nat. ſci Iohannis Evangeliſtæ.

Omnipotens Deus dignetur vobis per interceſſionem beati Iohannis Apli & Evangeliſtæ benedicere, qui per eum arcana Verbi ſui voluit eccleſiæ revelare, amen.

Concedat vobis, ut quod ille Spiritus ſci munere afflatus veſtris auribus infudit, eiusdem Spiritus dono capere mente valeatis, amen.

Quo eius documento de divinitate nri Redemtoris edocti, & amando quod tradidit, & prædicando quod docuit, & exequendo quod iuſſit, ad dona pervenire mereamini, quæ idem Dn9 nr Ih9 Xp9 repromiſit. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre & Spu ſco vivit & gloriatur Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedictio Dei Patris.

In Nat. Innocentum.

Omnipotens Deus, pro cuius Unigeniti veneranda infantia infantium innocentum catervas Herodis funeſti peremit ſævitia, ſuæ vobis benedictionis tribuat dona gratiſſima. Amen.

Et qui eis conceſſit, ut unicum Filium eius Dnm nrm non loquendo, ſed moriendo confiterentur, concedat vobis, ut fidem veram, quam lingua vra fatetur, etiam mores probi, & vita inculpabilis fateatur. Amen.

Quique eos primitivum fructum ſcæ ſuæ ſuſcepit eccleſiæ, cum fructu bonorum operum vos pervenire faciat ad gaudia æternæ patriæ. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur. Ut ſupra.

Benedictio Dei Patris & Filii & Spus ſci.

In Octava Domini.

Omnipotens Deus, cuius Unigenitus hodierna die, ne legem ſolveret, quam adimplere venerat, corporalem ſuſcepit circumciſionem, ſpirituali circumciſione mentes vras ab omnibus vitiorum incendiis expurget, & ſuam infundat in vos benedictionem. Amen.

Et qui legem per Moyſen dedit, ut per mediatorem nrm benedictionem daret, exuat vos mortificatione vitiorum, & faciat perſeverare in novitate virtutum. Amen.

Quod ſic in ſenarii numeri perfectione in hoc ſæculo vivatis, & in ſeptenario inter beatorum Spirituum agmina requieſcatis, quatenus in octavo reſurrectione renovati, iubilei remiſſione ditati, ad gaudia ſine fine manſura perveniatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur.

Bene-

Digitized by Google

Benedict. In Theophania.

Deus lumen verum, qui Unigenitum ſuum hodierna die ſtella duce gentibus voluit revelare, ſua vos benedictione dignetur ditare. Amen.

Quo exemplo Magorum myſtica Dno Ihu Xpo munera offerentes, ſpreto antiquo hoſte ſpretisque contagiis vitiorum, ad æternam patriam redire valeatis per viam virtutum. Amen.

Detque vobis veram mentium innocentiam, qui ſuper Unigenitum ſuum Spiritum ſcm demonſtrari voluit per columbam, eaque virtute mentes vræ exerceantur ad intelligenda divinæ legis arcana, qua in Cana Galileæ lympha eſt in vinum converſa. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius.

Benedictio in Purificatione ſcæ Mariæ.

Omnipotens Deus, qui Unigenitum ſuum hodierna die in aſſumpta carne in templo voluit præſentari, benedictionis ſuæ vos munere fultos, bonis operibus faciat exornari. Amen.

Et qui eum, ut legem adimpleret, miniſtrum voluit effici legis, mentes vras inſtruat legis ſuæ ſpiritualibus documentis. Amen.

Quo ei & pro turturibus caſtitatis ſeu caritatis munera offerre valeatis, & pro pullis columbarum ſci Spus donis exuberetis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum.

[*In Annuntiatione Dnca.*

Dominus Ieſus Chriſtus, qui in ſeculorum fine proceſſit ex Virgine, cor veſtrum corona clarificet virginitatis incorruptæ. Amen.

Et qui Virginis ingreſſus eſt uterum nuntiante Angelo, eius vos miniſterii & inſtruat & muniat ſacramento. Amen.

Quique hodie Virginis conceptionem devotiſſime celebratis, ad nativitatem nri Redemptoris exultantibus animis & mundo corde perveniatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen. Et Bene†dictio Dei Omnipotentis Patris †, & Filii †, & Spiritus ſancti † deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.]

Dominica I. in Quadrageſima. (1)

Benedicat vobis omnipotens Deus, qui quadragenarium numerum in Moyſi & Heliæ, nec non & Mediatoris nri ieiunio conſecravit, concedatque vobis ita tranſigere præſentis vitæ diſpenſationem, ut accepto a patrefamilias remunerationis denario, perveniatis ad peccatorum omnium remiſſionem, & ad glorioſam cum Sanctis omnibus reſurrectionem. Amen.

Detque vobis ſpiritualium invictricia arma, quibus exemplo Dni devincere valeatis antiqui hoſtis ſagaciſſima tentamenta. Amen.

Quo non in ſolo pane, ſed in omni verbo, quod de ore eius procedit, ſpiritualem ſumentes alimoniam, per ieiuniorum

---

(1) Benedictio hæc apud MURATORIUM T. II. p. 366. *in initio Quadrageſimæ*; & ſic deinceps inſcriptio, neutiquam vero benedictiones differunt: unde pro dominica quinta, ſeu *de Paſſione*, benedictio deſideratur apud MURATORIUM; quod palam facit, inſcriptiones cod. *Vat.* & *Ottob.* in vitio cubare. Quod eorum benedictiones attinet, ubique eædem ſunt.

Digitized by Google

rum obſervationem, & cæterorum bonorum operum exhibitionem, percipere mereamini immarceſcibilem gloriæ coronam. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius.

Dom. II. in Quadrageſima.

Omnipotens Deus, ieiunii cæterarumque virtutum dedicator, atque amator, ſua vos benedictione ſanctificet. Amen.

Accendat in vobis piæ devotionis affectum, & præbeat ſupplicantibus ſuum benignus auditum. Amen.

Quatinus mentes vræ ſinceris purgatæ ieiuniis, bonorum omnium exuberent incrementis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius.

Dominica Tertia.

Omnipotens Deus ieiuniorum vrorum victimas clementer accipiat, & ſua vos benedictione dignos efficiat. Amen.

Mentes vras ita parſimoniæ bono contra vitia muniat, præceptorum ſuorum doctrinis erudiat, caritatis dono repleat, ut vos in omnibus ſibi placere concedat. Amen.

Quatinus præſentis Quadrageſimæ diebus devotiſſime celebratis, ad Paſchalia feſta purificatis cordibus accedere valeatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius.

Dominica Quarta.

Deus, qui vos ad præſentium Quadrageſimalium dierum medietatem dignatus eſt perducere, ipſe vos ſua miſeratione dignetur benedicere. Amen.

Abſtinentiam vram præteritam acceptet, futuram ita ſibi placitam reddat, ut ſicut ab inlicitis cibis, ita vos etiam a vitiis omnibus abſtinere concedat. Amen.

Quo de præteritis & futuris ſpiritualium chariſmatum frugibus ei gratias perſolventes, ad ſcm Paſcha pervenire poſſitis indemnes. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius.

Dominica Quinta.

Accendat in vobis Dnꝰ vim ſui amoris, & per ieiuniorum obſervantiam infundat in vobis donum ſuæ benedictionis. Amen.

Sic ei parſimoniæ victimas offeratis, ut contriti ei cordis & humiliati ſacrificio placeatis. Amen.

Quatinus oratio vra ieiunii & eleemoſynæ alis ſubvecta, ita ad aures vri conditoris aſcendat, ut vos æternæ beatitudinis heredes & ſupernorum civium conſortes efficiat. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum.

In Ramis Palmarum.

Benedicat vobis omnipotens Deus, cui & ieiuniorum maceratione, & præſentium dierum obſervatione placere ſtudeatis. Amen.

Concedatque vobis, ut ſicut ei cum ramis palmarum, cæterarumque frondium præſentari ſtuduiſtis, ita cum palma victoriæ & fructu bonorum operum ei poſt obitum apparere valeatis. Amen.

Quique unigeniti Filii eius paſſionem puro corde creditis, mente devota venerari ſtudetis, ad reſurrectionis eius facta, & veſtræ remunerationis præmia, ipſius fulti munimine veniatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius.

De

Digitized by Google

De Paſſione Domini.

Omnipotens Deus, qui Unigeniti ſui paſſione tribuit vobis humilitatis exemplum, concedat vobis per eandem humilitatem percipere ſuæ benedictionis ineffabile donum. Amen.

Ipſius reſurrectionis percipiatis conſortia, cuius patientiæ veneramini documenta. Amen.

Quo ab eo ſempiternæ vitæ munus percipiatis, per cuius temporalem mortem æternam vos evadere creditis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

In Cœna Domini.

Benedicat vos Deus, qui per unigeniti Filii ſui paſſionem vetus Paſcha in novum voluit converti, concedatque vobis, ut expurgato veteris fermenti contagio, nova in vobis perſeveret conſperſio. Amen.

Et qui ad celebrandam Redemtoris nri cœnam mente devota conveniſtis, æternarum dapium vobiſcum epulas reportetis. Amen.

Ipſius opitulante clementia mundemini a ſordibus peccatorum, qui ad inſinuandum humilitatis exemplum pedes voluit lavare diſcipulorum. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum P.

In Sabbato ſancto.

Deus, qui eccleſiæ ſuæ intemerato utero novos populos producens eam virginitate manente nova ſemper prole fœcundat, fidei, ſpei, & caritatis vos munere repleat, & ſuæ in vos benedictionis dona infundat. Amen.

Et qui hanc ſacratiſſimam noctem Redemtoris nri reſurrectione voluit illuſtrare, mentes vras peccatorum tenebris mundatas, virtutum copiis faciat coruſcare. Amen.

Quo eorum, qui modo renati ſunt, innocentiam imitari certetis, & vaſcula mentium vrarum exemplo præſentium luminum illuſtretis, ut cum bonorum operum lampadibus ad huius ſponſi thalamum, cuius reſurrectionem celebratis, cum prudentibus virginibus intrare poſſitis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum P.

In Die Paſchæ.

Benedicat vos omnipotens Deus, hodierna interveniente paſchali ſolemnitate, & ab omni miſeratus dignetur defendere pravitate. Amen.

Et qui ad æternam vitam in Unigeniti ſui reſurrectione vos reparat, in ipſius adventu immortalitatis vos gaudiis veſtiat. Amen.

Et qui expletis ieiuniorum ſive paſſionis dominicæ diebus paſchalis feſti gaudia celebratis, ad ea feſta, quæ non ſunt annua ſed continua, ipſo opitulante exultantibus animis veniatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum. (1)

In Octava Paſchæ.

Deus, cuius Unigenitus hodierna die diſcipulis ſuis ianuis clauſis dignatus eſt

(1) In *San-Elig.* pro ſingulis Feriis Oct. Paſch. peculiares habentur benedictiones. *Vaticanus* aut *Othobonianus* MURATORII cum noſtro *San-Blaſiano* hic & ubique convenit.

Digitized by Google

eſt apparere, ſuæ vos benedictionis dono locupletare, & cœleſtis vobis regni ianuas dignetur aperire. Amen.

Et qui ab eorum pectoribus attactu ſui corporis vulnus amputavit dubietatis, concedat, ut per fidem, qua eum reſurrexiſſe creditis, omnium delictorum maculis careatis. Amen.

Et qui eum cum Thoma Deum & Dnm creditis, & cernuis vocibus invocatis, ab eo & in hoc ſæculo a malis omnibus tueri, & in futuro Scorum cœtibus aſſciſci valeatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Benedictio de Reſurrectione.

Benedicat vos omnipotens Deus, qui vos gratuita miſeratione creavit, & in reſurrectione Unigeniti ſui ſpem vobis reſurgendi conceſſit. Amen.

Reſuſcitet vos de vitiorum ſepulchris, qui eum reſuſcitavit a mortuis. Amen.

Et cum eo ſine fine feliciter vivatis, quem reſurrexiſſe a mortuis veraciter creditis. Amen.

Quod ipſe præſtare.

Item alia Benedictio. (1)

Deus, qui per reſurrectionem Unigeniti ſui vobis contulit & bonum redemptionis & decus adoptionis, ſuæ vobis conferat præmia benedictionis. Amen.

Et quo redimente percepiſtis donum perpetuæ libertatis, eo largiente conſortes efficiamini æternæ hereditatis. Amen.

Ut qui conſurrexiſtis in baptiſmate credendo, adiungi mereamini in cæleſti regione bene vivendo. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Benedictio de Ieiunio. (2)

Omnipotens Deus devotionem veſtram dignanter intendat, & ſuæ vobis benedictionis dona concedat. Amen.

Indulgeat vobis mala omnia, quæ geſſiſtis, & tribuat vobis veniam, quam ab eo depoſcitis. Amen.

Sicque ieiunii veſtri & precum vota ſuſcipiat, ut a vobis adverſa omnia, quæ peccatorum retributione mereamini, avertat, & donum in vos Spiritus Paracliti infundat. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

In Aſcenſa Domini.

Benedicat vos omnipotens Deus, cuius Unigenitus hodierna die cælorum alta penetravit, & vobis, ubi ille eſt, aſcendendi aditum patefecit. Amen.

Concedat propitius, ut ſicut poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis viſus eſt manifeſtus, ita vobis in iudicium veniens videatur placatus. Amen.

Et qui eum conſedere Patri in ſua Maieſtate creditis, vobiscum manere uſque in finem ſeculi ſecundum ſuam promiſſionem ſentiatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Bene-

(1) In S. Elig. adſcribitur hæc benedictio Dom. II. poſt octavam Paſchæ.

(2) In uno Codicum Murat. deeſt hæc benedictio; habetur vero in altero eodem titulo; in S. Eligii adſcribitur Fer. II. Rogat. quæ hic nomine *ieiunii* venit.

Digitized by Google

Benedictio in Vigilia Pentecoſt.

Benedicat vobis omnipotens Deus, ob cuius Paracliti Spiritus adventum mentes veſtras ieiunii obſervantia præparatis, & præſentem diem ſolemnibus laudibus honoratis. Amen.

Inſtar modo renatorum infantium talem innocentiam habeatis, ut templum ſci Spiritus ipſo tribuente eſſe poſſitis. Amen.

Atque Spiritus ſcus ita vos hodie ſua benedictione dignos efficiat, ut cras ſe veſtris mentibus vobiſcum perpetim habitaturus infundat, & peracto præſentis vitæ circulo, vos ad cœleſtia regna perducat. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Dominica in Pentecoſt.

Deus, qui hodierna die diſcipulorum mentes Spiritus Paracliti infuſione dignatus eſt illuſtrare, faciat vos ſua benedictione repleri, & eiusdem Spiritus donis exuberare. Amen.

Ille ignis, qui ſuper diſcipulos deſcendit, peccatorum veſtrorum ſordes expurget, & ſui luminis infuſione corda veſtra perluſtret. Amen.

Quique dignatus eſt diverſitatem linguarum in unius fidei confeſſione adunare, in eadem fide faciat perſeverare, & per hanc ab ſpe ad ſpeciem pervenire. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Benedictio Dei Patris & Filii, & Spiritus ſci. (1)

[*De Sancta Trinitate.*

Omnipotens Trinitas, unus & verus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus det vobis ſe deſiderare feliciter, agnoſcere veraciter, diligere ſinceriter. Amen.

Æqualitatem, atque incommutabilitatem ſuæ eſſentiæ ita veſtris mentibus infigat, ut ab ea nunquam vos quibuscumque phantaſiis aberrare permittat. Amen.

Sicque vos in ſua fide & caritate perſeverare concedat, ut per eam poſtmodum ad ſuam manifeſtationem, viſionemque interminabilem introducat. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui.]

In Natale S. Iohannis Bapt.

Benedicat vobis omnipotens Deus beati Iohannis Baptiſtæ interceſſione, cuius hodie natalitia celebratis, concedatque vobis, ut cuius ſolemnia colitis, patrocinia ſentiatis. Amen.

Illius obtentu ab omnibus adverſis tueamini, & bonis omnibus perfruamini, qui adventum Redemptoris mundi necdum natus

(1) S. Elig. habet etiam benedictiones pro Dominicis Pentecoſtes; cum noſtro convenit ubique Murator. tantum quod diverſum haud raro notet cod. *Vaticani* benedictionem.

Digitized by Google

tus cognovit, matris ſterilitatem naſcendo abſtulit, patris linguam natus abſolvit. Amen.

Quatinus ipſius Agni, quem ille digito oſtendit, cuius immolatione eſtis redempti, ita virtutum lana veſtiri, & innocentiam valeatis imitari, ut & in æternæ patriæ felicitate poſſitis adiungi. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

De ſca Cruce.

Benedicat vobis omnipotens Deus, qui per unigeniti ſui Ihu Xpi Dni nri paſſionem, & crucis patibulum genus redemit humanum. Amen.

Concedatque vobis, ut cum omnibus Scis, quæ ſit eiusdem crucis latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum, mente devota comprehendere poſſitis. Amen.

Quatinus vosmetipſos abnegando, crucemque geſtando, ita in præſentis vitæ ſtadio Redemptorem nrm ſequi poſſitis, ut ei inter choros Angelorum poſt obitum mereamini aſſciſci. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

In Nat. Aplorum.

Benedicat vobis omnipotens Deus, qui vos beati Petri ſaluberrima confeſſione in eccleſiaſticæ fidei fundavit ſoliditate. Amen.

Et quos beati Pauli ſanctiſſima inſtruxit prædicatione, ſua vos tueatur gratiſſima defenſione. Amen.

Quatinus Petrus clave, Paulus ſermone, utrique interceſſione, ad illam vos certent patriam introducere, ad quam illi alter cruce, alter gladio hodierna die pervenit. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

[*In Aſſumptione beatæ Mariæ.*

Deus, qui beatam Mariam Virginem Dni nri Ieſu Chriſti glorioſiſſimam genitricem hodierna die ad cœlos voluit evocare, & ſuper choros Angelorum ſublimitus exaltare, ſuæ vos benedictionis gratia per interceſſionem eius & merita dignetur taliter ditare, qualiter a vitiis ad virtutes mereamini transmigrare. Amen.

Concedatque vobis in hoc ſeculo ſic fide vigere, ſpe gaudere, & caritate pollere, caſtitatis iugiter eminentia fulgere, & humilitatis excellentia ſplendere, quo ipſi per omnia bonis operibus adornati valeatis placere. Amen.

Faciatque vos omnia præterita flagitia & facinora ita die noctuque gemitibus & fletibus expiare, præſentia & futura ſalubriter evitare, quatenus cum ipſa poſſitis æternaliter in cœleſtibus emicare. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur.]

In

In Feſtivitate ſcæ Mariæ.

Deus, qui per beatæ Mariæ Virginis partum genus humanum dignatus eſt redimere, ſua vos dignetur benedictione locupletare. Amen.

Eiusque ſemper & ubique patrocinia ſentiatis, ex cuius intemerato utero auctorem vitæ ſuſcipere meruiſtis. Amen.

Et qui ad eius celebrandam feſtivitatem hodierna die devotis mentibus conveniſtis, ſpiritualium gaudiorum & æternorum præmiorum vobiſcum munera reportetis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

[*In Nativitate beatæ Mariæ.*

Omnipotens Deus ſua vos dignetur protectione benedicere, qui hunc diem per nativitatem beatæ Mariæ fecit clareſcere. Amen.

Et qui per eam Filium ſuum voluit naſci, eius interceſſione ab omni vos adverſitate faciat defendi. Amen.

Quo in præſenti eius meritis & precibus adiuti, ſempiterna valeatis gratanter felicitate perfrui. Amen.

Quod ipſe.]

In Decollatione ſci Iohannis. (1)

Deus, qui vos beati Iohannis Baptiſtæ concedit ſolemnia frequentare, tribuat vobis & eadem devotis mentibus celebrare, & ſuæ benedictionis dona percipere. Amen.

Et qui pro legis eius præconio, & carceralibus eſt retruſus in tenebris, interceſſione ſua a tenebroſorum operum vos liberet incentivis. Amen.

Et qui pro veritate, quæ Deus eſt, caput non eſt cunctatus amittere, ſuo interventu ad caput vrm, quod Xpus eſt, vos faciat pervenire. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

[*In Feſtivitate Omnium Sanctorum.*

Benedicat vos omnipotens Deus benedictione perpetua, qui omnium vobis Sanctorum tribuit celebrare ſolemnia. Amen.

Et quorum in terris glorioſum celebratis triumphum, eorum in celeſti beatitudine mereamini habere conſortium. Amen.

Quo eorum interceſſione a præſentibus malis liberati, cum eisdem valeatis æterna hereditate feliciter perfrui. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur.]

De Adventu Domini.

Omnipotens Deus, cuius Unigeniti adventum & præteritum creditis, & futurum expectatis, eiusdem adventus vos illu-

(1) Apud MURATORIUM inſcribitur : In. feſtivitate S. IOANNIS de Martyrio.

illuſtratione ſanctificet, & ſua benedictione locupletet. Amen.

In præſentis vitæ ſtadio vos ab omni adverſitate defendat, & ſe vobis in iudicio placabilem oſtendat. Amen.

Quo a cunctis peccatorum contagiis liberati, illius tremendi examinis diem expectetis interriti. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Item Alia.

Omnipotens Deus, vos placito vultu reſpiciat, & in vos ſuæ benedictionis donum infundat. Amen.

Et qui hos dies incarnatione Unigeniti ſui fecit ſolemnes, a cunctis præſentis & futuræ vitæ adverſitatibus vos reddat indemnes. Amen.

Ut qui de adventu Redemptoris nri ſecundum carnem devota mente lætamini, in ſecundo, cum in maieſtate venerit, præmiis æternæ vitæ ditemini. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

In Nat. unius Apli.

Deus, qui vos in apoſtolicis tribuit conſiſtere fundamentis, benedicere vos dignetur beati Apli ſui ill. intercedentibus meritis. Amen.

Defendatque vos a cunctis adverſis apoſtolicis præſidiis, qui vos eorum voluit ornari, & munerari exemplis & documentis. Amen.

Quo per eorum interceſſionem perveniatis ad æternæ patriæ hereditatem, per quorum doctrinam tenetis fidei integritatem. Amen.

In Nat. unius Martyris.

Beati Martyris ſui ill. interceſſione vos Dnus benedicat, & ab omni malo defendat. Amen.

Extendat in vos dexteram ſuæ propitiationis, qui eum ſuſcepit per ſupplicia paſſionis. Amen.

Quo eius in cælo mereamini conſortium, cuius devotis mentibus in terra celebratis triumphum. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

In Nat. plur. Martyrum.

Benedicat vobis Dominus beatorum Martyrum ſuorum ill. ſuffragiis, & liberet ab adverſitatibus cunctis. Amen.

Commendet vos eorum interceſſio glorioſa, quorum in conſpectu Dni eſt mors pretioſa. Amen.

Ut ſicut illi per diverſa tormentorum genera cæleſtis regni ſunt ſortiti hereditatem, ita vos eorum mereamini conſortium per bonorum operum exhibitionem. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum.

De uno Confeſſore.

Omnipotens Dnus det vobis copiam benedictionis, qui beatum ill. ſibi aſcivit virtute confeſſionis. Amen.

Et

Et qui illum fecit coruſcare miraculis, vos exornet bonorum operum incrementis. Amen.

Quo eius exemplis eruditi, & interceſſione muniti, cuius depoſitionis diem celebratis, in cæleſti regione illi poſſitis adiungi. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

In Nat. plur. Confeſſorum.

Sanctorum Confeſſorum ſuorum ill. meritis vos Dnus faciat benedici, & contra adverſa omnia eorum interceſſione muniri. Amen.

Eorum vos efficiat ſuffragiis felices, quorum feſtivitatis diem celebratis ovantes. Amen.

Quo eorum imitantes exemplum ad cæleſtia pervenire poſſitis promiſſa. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

In Nat. unius Virginis.

Benedicat vos Dnus, qui beatæ Virgini ill. conceſſit & decorem virginitatis, & gloriam paſſionis. Amen.

Et cuius opitulatione illa meruit & ſexus fragilitatem & perſequentium rabiem devincere, vos poſſitis & veſtrorum corporum illecebras, & antiqui hoſtis machinamenta ſuperare. Amen.

Quo ſicut illa ſexu fragili virile viſa eſt certamen adire, & poſt certamen de hoſtibus triumphare, ita vos in hac mortalitate viventes valeatis & antiquum hoſtem devincere, & ad regna cæleſtia pervenire. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

In Nat. plur. Virginum.

Omnipotens Deus, intercedentibus ſcis Virginibus ſuis, vos dignetur benedicere, qui de antiquo hoſte non ſolum per viros, verum etiam per feminas voluit triumphare. Amen.

Et qui illis voluit centeſimi fructus donum decore virginitatis & agone martyrii conferre, vos dignetur & vitiorum ſqualoribus expurgare, & virtutum lampadibus exornare. Amen.

Quatinus virtutum oleo ita pectorum veſtrorum lampades poſſint repleri, ut cum eis cæleſtis Sponſi thalamum valeatis ingredi. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

[*In Dedicatione.*

Benedicat & cuſtodiat vos omnipotens Deus, domumque hanc ſui luminis præſentia illuſtret, atque ſuæ pietatis oculos ſuper eam die ac nocte dignetur aperire. Amen.

Concedatque propitius, ut omnes, qui ad dedicationem huius baſilicæ devote conveniſtis, intercedente beato N. & ce-

teris Sanctis ſuis, quorum reliquiæ hic pio venerantur amore, vobiscum hinc veniam peccatorum veſtrorum reportare valeatis. Amen.

Quatenus eorum interventu ipſum templum ſancti Spiritus, in qua ſancta una Trinitas iugiter habitare dignetur, efficiamini, & poſt huius vitæ labentis excurſum ad gaudia æterna feliciter pervenire mereamini. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur.]

In cottidianis diebus.

Benedicat vobis Dnus, & cuſtodiat vos. Amen.

Illuminet faciem ſuam ſuper vos, & miſereatur veſtri. Amen.

Convertat vultum ſuum ad vos, & donet vobis pacem. Amen.

Alia Benedictio.

Omnipotens Deus ſua vos clementia benedicat, & ſenſum in vobis ſapientiæ ſalutaris infundat. Amen.

Catholicæ fidei vos documentis enutriat, & ſcis operibus perſeverabiles reddat. A.

Greſſus veſtros ab errore convertat, & viam vobis caritatis (&) pacis oſtendat. A.

Alia Benedictio.

Inclinet Dnus aurem ſuam ad preces veſtræ humilitatis, & det vobis gratiam ſuæ benedictionis, & præmium ſempiternæ ſalutis. Amen.

Semper & ubique Dum propitium habeatis, & in eius laudibus exultetis. Am.

Omnium peccatorum veſtrorum vincula ſolvat, & ad gloriam ſempiternam pervenire vos faciat. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

Alia.

Multiplicet in vobis Dnus copiam ſuæ benedictionis, & confirmet vos in ſpe regni cœleſtis. Amen.

Actus veſtros corrigat, vitam emendet, mores componat, & vos ad cœleſtis paradiſi hereditatem perducat. Amen.

Talique intentione repleri valeatis, qua in perpetuum Dno placeatis. Amen.

Quod ipſe præſtare.

Alia.

Devotionem veſtram Dnus dignanter intendat, & ſuæ vobis benedictionis dona concedat. Amen.

Talique vos in præſenti ſæculo ſubſidio muniat, ut paradiſi vos in futuro habitatores efficiat. Amen.

Sicque corda vra ſanctificando benedicat, & benedicendo ſanctificet, ut vobiscum immo in vobis eum iugiter habitare delectet. Amen.

Quod ipſe præſtare.

Item Alia.

Det vobis Dnus munus ſuæ benedictionis, & repleat vos Spū veritatis & pacis. Amen.

Quatinus ſic per viam ſalutis devota mente curratis, ut ſurripientium delictorum laqueos ſalubriter evadatis. Amen.

Sicque

Digitized by Google

Sicque efficiamini in eius ſupplicatione devoti, & in mutua dilectione ſinceri, ut ad cœleſte regnum pervenire poſſitis ſecuri. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

Alia Benedictio.

Concedat vobis omnipotens Deus munus ſuæ benedictionis, qui veſtræ eſt conſcius infirmitatis. Amen.

Et qui vobis tribuit ſupplicandi affectum, tribuat conſolationis auxilium. Amen.

Ut ab eo & præſentis & futuræ vitæ ſubſidium capiatis, cuius vos bonitate creator eſſe creditis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Item Alia.

Omnipotens Deus cœleſti vos benedictione circumdet, & ſuæ benedictionis dono locupletet. Amen.

Concedatque vobis, ut qui in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innitimini, cœleſti etiam protectione muniamini. Amen.

Quatinus & in præſenti ſæculo mortalis vitæ ſolatia capiatis, & ſempiterna gaudia comprehendere valeatis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Alia.

Omnipotens Deus dexteræ ſuæ perpetuo vos circumdet auxilio, & benedictionum ſuarum repleat dono. Amen.

Ab omni vos pravitate defendat, & donis cœleſtibus exuberare concedat. Amen.

Quo corpore mundati ac mente talem ei exhibeatis ſervitutem, per quam ſuam conſequi valeatis propitiationem. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum.

Item Alia.

Purificet omnipotens Deus vrorum cordium arcana, & benedictionis ſuæ vobis tribuat incrementa. Amen.

Ab omnibus vitæ præſentis periculis exuamini, & virtutum ſpiritualium ornamentis induamini. Amen.

Quo illius adiutorio fulti ſic ei ſerviatis in terris, ut ei coniungi valeatis in cœlis. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum.

Item Alia

Omnipotens Deus univerſa a vobis adverſa excludat, & ſuæ ſuper vos benedictionis dona infundat. Amen.

Corda veſtra efficiat ſacris intenta doctrinis, quo poſſint repleri beneficiis ſempiternis. Amen.

Quatinus & exequenda intelligentes, & intellecta exequentes, & inter adverſa mundi inveniamini indemnes, & beatorum ſpirituum efficiamini coheredes. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius.

Alia Benedictio.

Omnipotens Deus dies noſtros (1) *in ſua*

(1) MURAT. *veſtros*, prout alias ſemper in noſtro etiam cod. *San-Blaſ.* unde hic ſcribæ oſcitantia dignoſcitur; alias vero ad apicem convenit noſter cum *Othoboniano* MURATORII, ſimiliter etiam benedictione ſuper regem tempore ſynodi concludente, quæ in cod. *Vatic.* deſideratur, uti etiam nonnullæ aliæ in eodem codice aut deſunt, aut diverſæ ſunt ſemper etiam cum noſtro *San-Blaſiano*, qui ab *Othoniano* nec quidquam differt.

Digitized by Google

ſua pace diſponat, & ſuæ vobis benedictionis dona concedat. Amen.

Ab omnibus vos perturbationibus liberet, & mentes veſtras in ſuæ pacis tranquillitate conſolidet. Amen.

Quatinus fidei, ſpei & caritatis gemmis ornati, & præſentem vitam tranſigatis illæſi, & ad æternam perveniatis ſecuri. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre.

Super Regem tempore Synodi.

Benedicat tibi Dnus cuſtodiens te, ſicut voluit ſuper populum ſuum conſtituere regem, ita & in præſenti ſæculo felicem, & æternæ felicitatis tribuat eſſe conſortem. Amen.

Clerum ac populum, quem ſua voluit opitulatione tua ſanctione congregari, ſua diſpenſatione, & tua adminiſtratione, per diuturna tempora faciat feliciter gubernari. Amen.

Quatinus divinis monitis parentes, adverſitatibus omnibus carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo miniſterio fideli amore obſequentes, & in præſenti ſæculo pacis tranquillitate fruantur, & tecum æternorum civium conſortio potiri mereantur. Amen.

Quod ipſe præſtare dignetur, cuius regnum.

Digitized by Google

PRÆPARATIO
EPISCOPI AD MISSAM SOLEMNEM.

Ex Codice San-Blaſ. Sec. XIV. (1)

Epiſcopus ad Miſſam celebrandam in pleniſ pontificalibus ſolemniter proceſſurus dicat:

Adiutorium noſtrum in nomine Dni, qui fecit cœlum & terram. Sit nomen Dni benedictum, ex hoc nunc & uſque in ſeculum.

Pſal Quam dilecta. *Pſal.* Benedixiſti. *Item Pſal.* Inclina Dne. *Item Pſ.* Credidi. *Item* De profundis. *Epiſcopus dicat:* Ne reminiſcaris Domine delicta mea vel parentum meorum, neque vindictam ſumas de peccatis meis. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos.

Precer. Ego dixi, Domine miſerere mei &c.

Convertere Dne aliquantulum! Et deprecabilis eſto ſuper ſervum tuum.

Fiat miſericordia tua Dne ſuper nos, quemadmodum &c.

Sacerdotes tui induantur iuſtitiam.

Averte faciem tuam a peccatis meis.

Cor mundum crea in me Deus &c.

Ne proiicias me a facie tua, & Spiritum &c.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui &c.

Ab occultis meis munda me Dne!

Dne exaudi orationem meam, Et clamor &c.

Dominus vobiſcum. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

Aures tuæ pietatis, mitiſſime Deus! inclina precibus meis, & gratia ſancti Spiritus illumina cor meum: ut tuis myſteriis digne miniſtrare, teque æterna caritate diligere merear. Per Chriſtum Dnm nrm.

Item alia Oratio.

Ure igne ſancti Spiritus renes noſtros & cor noſtrum Domine! ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placere mereamur. Per Dnm nrm.

His dictis induatur (2) *cambagis, & dicat:*

Totius honeſtatis auctor omnipotens Deus! ad reprimendas antiqui hoſtis inſidias per noſtræ ſervitutis miniſterium, iube nos ſanctificari caligis iſtis: ut in ingreſſu earum reſplendeat Evangelii veritas, & in mente fidei exerceatur integritas. Per Chriſtum Dnm nrm.

Illud dicitur ad Sandalia.

Præſta Domine! ut calceentur pedes mei in præparationem Evangelii pacis. Per Chriſtum Dnm nrm.

Poſt hæc ſurgat, & ſupponat Humerale, & dicat:

Pone Dne galeam ſalutis in capite meo, & humeros meos ſub umbra alarum tuarum protege, & pectus meum vitiis omnibus exutum præcinge tibi ad ſacrificandum viventi in ſecula ſeculorum. Per Chriſtum Dnm nrm.

Ad Albam.

Indue me Domine lorica fortitudinis, & veſtimento caritatis circumda me: ut poſſim reſiſtere adverſariis meis, & nomen tuum laudare convenienter, & dignum tibi ſervitium offerre valeam. Per Chriſtum Dnm nrm.

Ad Zonam.

Præcinge me Dne Zona caſtitatis & iuſtitiæ, & conſtringe in me dilectionem Dei & proximi. Per Chriſtum D. N.

Ad

(1) De eiusmodi præparatione ad Miſſam aliqua diximus Diſquiſit. IV. cap. II. Tom. I. pag. 290. ſeq. Orationes autem hic poſitæ paſſim ab hodiernis differunt, quæ in Pontificali habentur.

(2) Legendum hic *compagis*. Eſt autem *compagum* ſeu *compagus* ſandaliorum genus, quæ ad modum retium conſibulabantur: ſed & caligas denotat, quo ſenſu hic accipiendum. De quo pluribus in MACRI hierolexico h. v. Cæterum de veſtibus pontificalibus hic memoratis vid. Diſquiſ. III. c. III. Tom. I. p. 230. ſeqq.

Digitized by Google

Ad Manipulum. Omnipotens ſempiterne Deus! da mihi manipulo hoc digne uti, ut per quem fructus deſignatur bonorum operum, eius miniſterio ad conſortium valeam pervenire Beatorum. Per Ch.

Ad Stolam. Stola innocentiæ circumda Dne cervicem meam, & ab omni corruptione peccati purifica mentem meam p. Ch. D. n.

Ad Dalmat. Tribue ſancte Pater! illum, qui pro omnibus crucem ſubiit, me ſic imitari, ut per ipſum utriusque teſtamenti mediatorem doctrina ſancti Evangelii percepta, ſanctarum virtutum percipiam effectum. p. Dominum.

Ad Subtile. Fac me, quæſo Dne, cœleſtibus deſideriis ita eſſe intentum: ut animi virtutibus adeptis, digne accedam ad tuum miniſterium. p. Dnm.

Ad Chirothec. Conſerva, Dne, quæſo manus meas ab omni pollutione, ut tibi ſoli Deo ſacrificium laudis dignanter poſſim offerre. Per Chriſtum.

Ad Annulum. Annulo perfectæ dilectionis orna me Dne, ut te Regem regum & lapidem angularem tota mente & intentione valeam diligere. Per Chriſtum.

Ad Caſulam. Indue me, Dne, ornamento humilitatis & caritatis, & concede mihi protectionem contra hoſtem & inſidiatorem, ut valeam puro corde laudare nomen tuum glorioſum in ſecula ſeculorum. p. Ch. D. n. (1)

Sanctiſſime Deus! qui es lux & veritas figurarum, Maieſtatem tuam humiliter deprecamur; ut, quod noſtro merito non valemus, per hæc pontificatus inſignia & tuæ propitiationis dona facilius impetremus. p. Ch. D. n.

Ad Mitram. Pone Dne ſignum in capite meo, ut nullum præter te amatorem admittam. Per Ch. D. n.

Ad Baculum. Plebem tuam, Dne, mihi commiſſam paſtorali ſollicitudine ita fac me regere, ut in futuro talentum mihi commiſſum duplicatum tibi poſſim reportare. Per Chrm Dnm nrm.

Qualiter Epiſcopus ſe debeat habere in Officio Miſſæ.

Primo, cum iam ad altare proceſſit, dicat: Introibo ad altare Dei: Ad Deum, qui lætificat iuventutem meam. *Pſalm.* Iudica me Deus & diſcerne &c. *Epiſcopus dicat:* Confitemini Dno, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. *Epiſcopus mitra depoſita dicat:* Confiteor Deo & beatæ Virgini & omnibus Sanctis, quod ego peccator peccavi contra legem Dei cogitatione, locutione, opere & omiſſione. Ideo preco glorioſam Virginem Mariam & omnes Sanctos Dei & vos, orare pro me ad Dnm nrm Ieſum Chriſtum, ut miſereatur mei. *Miniſter dicat:* Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimittat vobis omnia peccata veſtra, liberet vos ab omni malo, conſervet me (2) in omni opere bono, & perducat vos in vitam æternam. *Epiſc.* Amen. *Miniſter.* Confiteor. *Epiſc.* Miſereatur. *Epiſc.* Indulgentiam & abſolutionem & remiſſionem omnium peccatorum veſtrorum tribuat vobis omnipotens Pater & miſericors Dominus.

Miniſter. Amen. *Reponatur mitra. Epiſc. dicat:* Adiutorium nrm in nomine Domini. *Miniſter.* Qui fecit cœlum & terram. *Epiſc.* Dne exaudi orationem meam. *Miniſter.* Et clamor meus ad te veniat. *Epiſc.* Dominus vobiſcum. *Miniſter.* Et cum ſpiritu tuo.

Epiſc. accedat ad altare & dicat: Oremus. Aufer a nobis, quæſumus Dne, omnes iniquitates noſtras, ut ad Sancta Sanctorum puris mentibus introire mereamur. p. Ch. *Item inclinet ſe & dicat:* Oramus te Dne, ut per merita Sanctorum, quorum reliquiæ hic ſunt repoſitæ; & omnium ſanctorum tuorum meritis, noſtra nobis dimitte peccata. per Ch. Dominum.

Deinde accedat ad librum miſſale, & oſculatur Evangelium officii: dicens:

Pax Chriſti, quam nobis per Evangelium ſuum tradidit, confirmet & conſervet corda & corpora noſtra in vitam æternam. Amen. *Deinde incipitur Miſſa, & depoſita mitra Epiſc. dicat:* Gloria in excelſis Deo. *Quo dicto reponatur mitra, & converſus ad populum diſiunctis & extenſis manibus dicat:* Pax vobis. *Miniſtri.* Et cum ſpiritu tuo. Oremus. *Incipiens Collectam, iterum deponat mitram. Et cum perventum fuerit ad* per Dominum *mitra reponatur. Et ſi duæ Collectæ ſub eodem* per Dominum *concludendæ fuerint, uſque ad finem ſecundæ Collectæ mitra non reponatur. Et cum ad Evangelium in Miſſa perventum fuerit, Diaconus fixis genibus benedictionem ab Epiſc. petat dicens:* Iube Dne benedicere. *Epiſc.* Dnus ſit in corde tuo & in labiis tuis ad pronuntiandum Evangelium IESU Chriſti in nomine Domini. Amen. *Lecto Evangelio deportatur liber ad oſculum Epiſcopi & ipſe dicat:* Per evangelica dicta deleantur noſtra delicta in nomine Domini amen. *Poſt hæc Epiſc. incipiat:* Credo in unum. *Quo dicto reponatur mitra, & agatur Miſſa*

(1) Sequens oratio non prænotatur, nec etiam hodie amplius dicitur: videtur autem ante aſſumtionem mitræ & baculi, quæ proprie ſunt pontificatus inſignia, fuiſſe dicenda. (2) Forte leg. *Conſervetque.*

Digitized by Google

Miſſa uſque ad Secretam, ubi dicto Oremus. *deponatur mitra & non reponatur ex tunc uſquequo dici debet:* Et pax eius ſit ſemper. *Ubi Diaconus converſus ad populum dicat:* Humiliate vos ad benedictionem. *Clerus:* Deo gratias. *Hic Epiſc. reſumptis mitra, annulo & baculo, & verſus ad populum dicat benedictionem pontificalem officio diei competentem. Qua dicta iterum remotis ab eo mitra, annulo, baculoque converſus ad altare dicat:* Et pax eius ſit ſemper vobiscum. *Sic perficiatur Miſſa uſque ad complendam. Ubi dicta communione, Epiſcopus reinduat chirotheeas, & ſuperpoſita mitra, aſſumptis inſuper annulo & baculo converſus ad populum dicat:* Dnus vobiſcum. Oremus *Quo dicto perficiat complendam ante*, per Dominum. *repoſita mitra, & miſſam perficiat more conjuncto.*

In eodem codice iſti habentur ritus ad Miſſam ſolemnem Epiſcopi.

Primo eſt ſciendum, quod Epiſcopus in omni officio pontificali debet portare baculum in manu ſiniſtra, propter benedictiones per manum dextram dandas. Item ſciendum eſt, quod in officio miſſæ ſemper debet baculus ſequi librum miſſalem, ita, ut ante Evangelium in parte dextra altaris, & poſt Evangelium in parte ſiniſtra teneatur . . . Item ſciendum, quod in officio miſſæ in veſperis & in matutinis, quum Epiſcopus prædicta officia met ſollemniter fecerit, ſedes pontificalis ante medium altaris locanda eſt, & cum ſedendum eſt, Epiſcopus verſo vultu ad populum ſuper eam debet reſidere. Hic eſt ſciendum, quod in miſſa pro defunctis nunquam dicitur *pax vobis*, nec in miſſa pro defunctis datur benedictio pontificalis, ſed omnia fiunt ad modum ſimplicis Presbyteri. Item ſciendum, quod etiam in quacunque alia miſſa tantum ad primam collectam & ſemel in miſſa dicitur *pax vobis* . . . Item ſciendum, quod ſemper ad *Gloria in excelſis Deo*, & ad inceptionem *Credo in unum*, ad textum Evangelii, ſive in miſſa, ſive in matutinis fuerit, ſemper Epiſcopus mitram deponere debet . . . Item idem faciet ad *Magnificat* in veſperis & ad *Benedictus* in matutinis Item ſciendum, quod in veſperis & in matutinis, quum Epiſcopusmet facit officium, ac etiam in reconciliationibus eccleſiarum & cœmeteriorum plenis pontificalibus ipſum indui non oportet, ſed tantum alba, ſtola, manipulo, & deſuper pluviali, id eſt cappa pro choro, in præmiſſis poterit contentari. Item ſciendum, quod quum Epiſcopus in privato & ſine ſollemnitate miſſam legit, indumentis presbyteralibus contentetur. Item quod ſuper altare, ubi Epiſcopus in privato vel ſolemniter miſſam dicit, illa die nullus Presbyter ſimplex deſuper celebrare debet, nec conſuevit. Item ſciendum, quod Epiſcopus circa principium canonis debet deponere chirothecas & annulum, uſque ad illum locum: *Et pax eius*: tunc pro benedictione pontificali tantum annulus cum baculo reſumitur. Data benedictione, uſque poſt ablutionem annulus iterum removetur. Item ſciendum, quod poſt miſſam, veſperas & poſt matutinum, ubi Epiſcopus ad finem prædictorum præſens adeſt, dabit benedictionem in hæc verba: *Sit nomen Domini benedictum.* Aſſiſtentes: *Ex hoc nunc & uſque in ſeculum.* Epiſcopus: *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.* Aſſiſtentes: *Qui fecit cœlum & terram.* Epiſcopus: *Benedicat vos divina Maieſtas, una Deitas, Pater & Filius & Spiritus † ſanctus.* Item ſciendum, quod poſt menſam Epiſcopus præſens dabit benedictionem iſtam: *Sit nomen Domini benedictum* ut ſupra &c. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*, ut ſupra: *Benedicat, qui creavit, redemit & pavit nos, & animæ fidelium per miſericordiam Dei requieſcant in pace.* Aſſiſtentes: *Amen.*

Alia Præparatio ex Cod. *S. Blaſiano* fæc. X. circ. (1)

Epiſcopus vel Presbyter, cum ſe ad Miſſam parat, cantet hos Pſalmos:

Quam dilecta. Benedixiſti. Inclina D. Credidi propter. De profundis. (2) Pater noſter.

Deinde ſequuntur Preces.

Exſurge Dne adiuva nos. Fiat miſericordia tua Dne ſuper nos. Deus tu converſus vivificabis nos. Oſtende nobis Dne miſericordiam tuam. Ne intres in iudicium cum ſervis tuis Dne. Domine exaudi orationem.

Oratio.

Fac me, quæſo omnipotens Deus, ita iuſtitia indui, ut in Scorum tuorum merear exultatione lætari, quatenus emundatus ab omnibus ſordibus peccatorum, conſortium adipiſcar tibi placentium Sacerdotum, meque tua miſericordia a vitiis omnibus

(1) De hac iam diximus Diſquiſit. IV. cap. II. pag. 290. revera enim appendix illa ſec. XII circ. ſapere videtur.

(2) Pſalmus iſte recentiore manu ſuperſcriptus eſt.

Digitized by Google

nibus exuat, quem reatus propriæ conſcientiæ gravat, per Dnm.

Alia.

Aures tuæ pietatis, mitiſſime Deus, inclina precibus meis, & gratia ſci Spiritus illumina cor meum, ut tuis myſteriis digne miniſtrare, teque æterna caritate diligere merear, per.

Cum manus lavat, ſive ante Miſſam ſive poſtea, dicat:

Largire ſenſibus noſtris omnipotens Pater, ut ſicut exterius abluuntur inquinamenta manuum, ſic a te mundentur interius pollutiones mentium, & creſcat in nobis augmentum ſacrarum virtutum, per Dnm.

Poſtquam Eccleſiam intrat, dicat:

Introibo ad altare Dei. *cum Pſalmo*: Iudica me Deus & diſcerne. *Deinde* Confiteor *decantet & dicat:* Converte nos Deus. Dignare Dne die iſto. Fiat miſericordia tua Dne ſuper. Dne exaudi orat. meam. Aufer a nobis, Dne quæſumus, cunctas iniquitates noſtras, ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire, per.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui me peccatorem ſacris altaribus adſtare voluiſti, & ſancti nominis tui laudare potentiam, concede, quæſumus, per huius Sacramenti myſterium meorum mihi veniam peccatorum, ut tuæ Maieſtati digne miniſtrare merear, per.

Cum Evangelium oſculabitur, dicat:

Pax Xpi, quam nobis per Evangelium ſuum tradidit, confirmet & conſervet corda & corpora nra in vitam æternam. Amen.

Cum incenſum, antequam Evangelium legatur, in turibulum mittit, dicat:

Odore cœleſtis inſpirationis ſuæ accendat & impleat Dnꝰ corda noſtra ad audienda & implenda Evangelii ſui præcepta.

Deinde inclinanti Diacono benedicat dicens:

Dnꝰ ſit in corde tuo & in labiis tuis, ut nunties competenter Evangelium pacis. Pax tibi.

Allato autem Evangelio Epo vel cæteris dicat:

Per iſtos ſermones ſci Evangelii Filii tui (l. *ſui*) Dni nri Ihu Xpi indulgeat nobis Dnꝰ omnia peccata nra.

Et oblationem accipiendo dicat:

Acceptabilis ſit Deo omnipotenti oblatio tua.

Tunc rediens Epus vel Sacerdos ad altare, antequam Secreta dicat, accuſet ſeipſum dicens:

Dne Deus omnipotens, fac me peccatorem hodie ſecundum magnam miſericordiam tuam accedere ad ſcm altare tuum, & præſta, ut non ſit mihi hoc ſacrificium reatus ad pœnam, ſed ablutio ſalutaris ad veniam, per.

Tunc puro corde offerat Dno oblatas altari impoſitas dicens:

Suſcipe ſca Trinitas hanc oblationem, quam tibi offero in memoriam incarnationis, nativitatis, paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis Dni nri Ihu Xpi, & in honore omnium Scorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi, & eorum, quorum hodie feſtivitas celebratur, & quorum hic nomina & reliquiæ habentur, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem, ut illi omnes pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris, per Xpm Dnm nrm.

Alia.

Suſcipe ſce Pater omnipotens æterne Deus hanc immaculatam hoſtiam, quam ego indignus famulus tuus tibi offero Deo meo vivo & vero, quia te pro æterna ſalute cunctæ eccleſiæ tuæ ſuppliciter exoro per X. D. N.

Alia.

Suſcipe ſca Trinitas hanc oblationem, quam tibi offero pro ſalute famulorum tuorum, quatenus te donante percepta venia peccatorum, vitæ quoque ſemper immenſa gaudia percipere mereamur, per X. D. N.

Suſcipe ſca Trinitas hanc oblationem, quam tibi offoro pro animabus famulorum tuorum, ut per hoc ſalutare ſacrificium purgatæ, Scorum tuorum conſortio adunari mereantur, per X. D. N. (1)

Sanctifica, quæſumus Dne, hanc oblationem, & concede, ut nobis unigeniti Filii tui Dni noſtri Ihu Xpi Corpus fiat.

Ad offerendum Calicem.

Offerimus tibi Dne Calicem ſalutaris, ſuppliciter deprecantes clementiam tuam, ut intercedente beata Maria ſemper Virgine cum omnibus Sanctis tuis in conſpectu divinæ Maieſtatis tuæ cum odore ſuavitatis aſcendat. Amen.

Item.

Oblatum tibi Dne Calicem ſanctifica, & concede, ut nobis unigeniti Filii tui Dni nri Ihu Xpi Sanguis fiat.

Super utrosque.

In nomine Dni nri Ihu Xpi ſit ſignatum, ordinatum, & benedictum hoc ſacrificium.

Poſtea incenſum accipiens, ponat in turibulum dicens:

Per

(1) Quæ hic habentur in plurali, etiam pro uno tantum ſuperſcripta ſunt in codice.

Digitized by Google

Per interceſſionem ſci Gabrielis (1) Archangeli ſtantis a dextris altaris incenſi, & omnium Electorum ſuorum incenſum iſtud Dnus dignetur benedicere, & in odorem ſuavitatis accipere.

Item.

Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo Domine. *Item.*

Incenſum iſtud a te benedictum, aſcendat ad te Dne, & deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

Quando odor eiusdem incenſi unicuique porrigitur, dicat:

Accendat in nobis Dnꝰ ignem ſui amoris, & flammam æternæ caritatis.

Item.

Illo nos igne, quæſumus Dne, Spiritus ſcꝰ inflammet, quem Dnꝰ nr Ihꝰ Xpꝰ miſit in terram, & voluit vehementer accendi.

Oratio ante Canonem.

Facturus memoriam ſalutaris hoſtiæ totius mundi, cum illius dignitatem, & meam intueor fœditatem, conſcientia torqueor peccatorum meorum. Verum quia tu Deus miſericors es, imploro, ut digneris mihi dare ſpiritum contribulatum, quod tibi gratum ſacrificium revelaſti, ut eo purificatus, vitali hoſtiæ manus admoveam, quæ oia peccata mea aboleat, & ea deinceps in perpetuum vitandi mihi tutelam infundat, omnibusque, pro quibus tibi offertur, præſentis vitæ & futuræ ſalutis commercia largiatur, per Dnm.

Tunc convertat ſe Sacerdos ad circumſtantes, & dicat:

Orate pro me peccatore, ut orao vra deleat peccata mea.

Infra Actionem.

Memento Dne famulorum famularumque tuarum N. præcipue deprecor pro his, qui memoriam mei coram te in ſuis precibus faciunt, vel qui ſe meis indignis precibus commendaverunt, quique etiam in tuo conſpectu ſua mihi delicta confeſſi ſunt, & qui mihi vel congregationi tuæ aliquid caritatis officio, ſive pietatis vel largitatis ſuæ ſtudio impenderunt, quique etiam mihi propinquitatis vel conſanguinitatis, ſeu tuæ caritatis affectu coniuncti ſunt: mihi quoque indigniſſimo famulo tuo propitius eſſe digneris, & ab omnibus delictorum offenſionibus me emundare. Et omnium circumſtantium.

Expleta autem Te igitur, *& oratione dominica, cum dixerit*, Pax Dni ſit ſemper vobiſcum, *miſceatur Corpus dominico ſanguini.*

Hæc ſacroſancta commixtio corporis & ſanguinis Dni nri Ihu Xpi fiat omnibus nobis ſumentibus ſalus mentis & corporis, & ad æternam vitam capeſſendam præparatio ſalutaris.

Fiat commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis Dni nri Ihu Xpi omnibus accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

Tunc oſculetur altare dicens:

Dne Ieſu Xpe, qui dixiſti aplis tuis: pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſiæ, eamque ſecundum tuam voluntatem pacificare & aduna re dignare.

Deinde convertat ſe, pacemque ferat circumſtantibus dicens:

Habete vinculum caritatis & pacis, ut apti ſitis ſacroſanctis myſteriis.

Et ipſi accipiendo dicant:

Pax Xpi & eccleſiæ abundet in cordibus noſtris.

Quando Corpus in manus accipit, dicat:

Panem cœleſtem accipiam, & nomen Dni invocabo.

Item Oratio.

Perceptio corporis tui Dne Ihu Xpe, quam indignus ſumere præſumo, non mihi proveniat in iudicium & condemnationem, ſed per tuam pietatem proſit mihi ad tutamentum mentis & corporis.

Quando Calicem accipit, dicat:

Quid retribuam Dno pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem ſalutaris accipiam, & nomen Dni (invocabo). *Item.*

Laudans invocabo Dnm, & ab inimicis meis ſalvus ero.

Item.

Communicatio & confirmatio ſci ſanguinis tui Dne Ihu Xpe proſit mihi in remiſſionem omnium peccatorum meorum, & conſervet me, & perducat ad vitam æternam, Amen.

Item Oratio.

Dne Ihu Xpe Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris cooperante ſco Spiritu, per mortem tuam mundum vivificaſti, libera me per hoc ſacrum Corpus & Sanguinem tuum a cunctis iniquitatibus meis, & univerſis malis, & fac me tuis obedire mandatis, & a te nunquam in perpetuum digneris ſeparari, qui vivis &.

Deinde cum cœperit communicare, dicat ſingulis:

Per-

(1) Sic paſſim legitur in antiquis codicibus, ſecus ac hodie, ubi pro Gabrielis nomine illud Michaelis perperam irrepſit: quod probat Ven. Card. THOMASIUS Opp. T. VII. pag. 41.

Perceptio Corporis Dni nri Ihu Xpi prosit animæ tuæ & corpori in vitam æternam, amen.

Finita Missa, postquam dicit: Ite Missa est, *veniat ante altare, & eo osculato dicat:*

Placeat tibi sca Trinitas obsequium servitutis meæ, & præsta, ut sacrificium, quod oculis tuæ Maiestatis indignus obtuli, sit tibi placens, mihique & omnibus, pro quibus illud obtuli, te miserante sit propitiabile.

Expletis omnibus ad sacrarium redient, cantet hymnum trium puerorum, & Laudate Dnm in Scis eius. Kyrie eleison, Pater noster. *Deinde preces:*

Confiteantur tibi Dne omnia opera tua. Et Sancti tui benedicant tibi.

Exultabunt Sci in gloria. Lætabuntur in cubilibus suis.

Exultent iusti in conspectu Dei. Et delectentur in lætitia.

Non nobis, Dne, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Sacerdotes tui induantur iustitia. Et Sancti tui exultent.

Benedicat nos Deus, Deus nr. Benedicat nos Deus.

Dne exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. *Oratio.*

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius, per interventum eorum & merita omnium Scorum tuorum, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum, per.

Alia Oratio.

Actiones nras, quæsumus Dne, & aspirando præveni, & adiuvando prosequere, ut omnis oratio, & cuncta nra operatio, & a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur, per D. nrm.

Oratio antequam ad Altare accesseris.

Maiestatem tuam totis viribus, Deus piissime! humili prece deposco, & exoro, ut remittas crimina, quæ caro fragilis a tentatione iniquorum spirituum nequiter admisit, & iam reverti ad ea non sinas ultra, sed confirma me (*in*) iustificationibus tuis, & perseverantiam mihi tribue in illis, & fac me dignum ante conspectum Maiestatis tuæ astare, & sacrificium tibi Dne casto corpore & mundo corde digne offerre, per Dnm.

Alia Oratio.

Ignosce mihi Dne, quem maculatæ vitæ conscientia trepidum, & criminum meorum confusio fecit esse captivum. En! qui pro me veniam obtinere non valeo, pro aliis rogaturus assiste. Profero, si digneris Dne, captivorum gemitus, tribulationes plebium, pericula populorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, despectus senum, suspiria iuvenum, lamenta monachorum vel viduarum, desolationes ecclesiarum. Sed quoniam me eadem quæ populum peccati catena constringit, ideo communes lugeo passiones. Non obsit Dne populo tuo oratio subiugata peccatis: per me offertur votum, per te Dne meum compleatur officium, per.

Oratio ante Altare.

Ignosce Dne, quod dum rogare compellor, dum per immunda labia nomen scm tuum assumo, & immundorum actuum secreta confiteor, non habeo apud te verba sine crimine. Tu enim conscientiæ meæ vulnera, tu cogitationum mearum occulta nosti, & immunditias meas tu solus agnoscis. Miserere mihi Dne miserere mihi! ignosce mysterii tui secreta tractanti, nec indignum misericordiæ tuæ iudices, quem pro aliis rogare permittis; & in quo testimonium boni operis non agnoscis, officium saltim dispensationis creditæ non recuses, Sal.

Oratio Sci AMBROSII Epi & Confessoris. (1)

Ante conspectum divinæ Maiestatis tuæ reus assisto! qui nomen scum tuum invocare præsumo. Miserere mihi Dne homini peccatori, ignosce indigno sacerdoti, per cuius manus hæc oblatio videtur offerri. Parce peccatorum labe capitalium præ cæteris polluto, & non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens, scilicet vitiis ac voluptatibus carnis aggravatus sum. Recordare quod caro sum. In tuo conspectu etiam cœli non sunt mundi, quanto magis ego homo terrenus, immundus velut pannus menstruatæ. Indignus sum Ihu Xpe, ut sim vivens; sed tu, qui non vis mortem peccatoris, dona mihi veniam in carne constituto, ut per pœnitentiæ labores vita æterna fruar in cœlo, Amen.

Alia Oratio.

Dne Ihu Xpe redemptor mundi, propitius esto mihi peccatori, omnibus modis in peccatis iacenti, quia tu solus Dne Deus nr immortalis es, & sine peccato. Indulge mihi miserrimo præsumenti accedere ad scm altare tuum, & invocare te, quia peccavi ab infantia mea usque nunc coram te, & coram obꝫ Scis tuis. Sed per illorum intercessionem tribue mihi divinam clementiam, veniamque

(1) Oratio hæc in Cod. bibliothec. Cæsar. *Vindob* sec. IX. inscribitur *Confessio Sacerdotis*, atque eadem omnino est, nisi quod ibi in plurali ponantur, quæ hic circa medium & deinceps habentur in singulari.

Digitized by Google

aiamque delictorum meorum, & doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vitæ meæ, qui vivis & regnas.

Confessio peccatorum.

Ego miser & peccator, qui me præ obꝯ Xpianis sceleratissimum esse computo & scio, confiteor Dno & omnibus Scis eius, & vræ paternitati Sacerdos & legate Xpi, omnibus sceleribus & flagitiis infinitis ab ineunte ætate usque in præsentem diem me semper occupatum esse sine aliquo divini timoris intuitu, maxime autem in fornicationibus nimiis & variis, sedula ebrietate hoc perpetrante, negligentiis omnigenis, periuriis, mendaciis, invidia, superbia, malitia, gula, avaritia, rapina, furto, in vana gloria, in arrogantia, in inobedientia, in contumacia, in duritia mentis, in contradictione, in murmuratione, in indignatione, in detractione, in ira, in odio, in maledictione, in susurratione, in tristitia, in lætitia, in loquendo, in reticendo, in increpando immoderate, in remittendo incaute, in dilectione vana, in risu, in ioco, in scurrilitate, in discordia, in seminando discordiam, in ficta amicitia, in dando & accipiendo, & in obꝯ sensibus corporis me corruptum esse confiteor, & in omnibus pestibus, quæ ad mortem meam pertinent, me gravatum & repletum esse profiteor, in tantum, ut nec homicidii securum confidam, quia plurimos per meam negligentiam fame mortificatos esse timeo, quos aliquatenus vivificare potuissem, si de his, quæ mihi superflua erant, propensiorem eis curam impendissem. Hæc omnia cum semper feciſſem, numquam pura confessione ea purgavi, vel debita pœnitentia minui, sed semper gravibus graviora adieci. Pro his omnibus & aliis innumerabilibus, quæ non solum non numerare, sed nec ad memoriam reducere potero, veniam a misericordissimo Dno peto, quia nescio ubi fugiam ab ira eius nisi ad illum: quod per vram intercessionem & absolutionem credo me posse obtinere venerande Sacerdos Xpi. Idcirco precor vos, quatinus intentissime, ut necessarium est, dignemini orare pro me.

De Indulgentia.

Ipse occultorum omnium cognitor, per Dnm nrm Ihm Xpm Filium suum, una cum sco Spu, contritionem spiritus, gemitum cordis, & confessionem oris vri, blande & veniabiliter suscipere dignetur: quique mulieri peccatrici omnia peccata dimiserat lacrymanti, & latroni ad unam confessionem claustra paradisi aperuit, ipse vos redemptionis suæ participes ab omni vinculo peccatorum absolvat, & membra aliquatenus debilitata suæ medicina misericordiæ sanata, corpori scæ ecclesiæ redintegrata restituat, atque in perpetuum solidata custodiat, qui cum Deo Patre.

Oratio sancta ad Filium.

Deus meus & Dnꝯ meus Ihꝯ Xpꝯ, tu scis, quod sine te nihil possum boni nec incipere nec perficere, sed habeo in te magnam fiduciam, & totam spem meam ponam in te, quia tu tam dives es in misericordia, ut traderes te ipsum pro me. Et ideo obsecro te per scam incarnationem tuam, & per scam ecclesiam, quam proprio sanguine redemisti, ut sis mihi mitis & misericors, & dimittas mihi omnia peccata mea, & adiuves me, ut possim continue in memoria mea habere incognitum diem mortis meæ, & terribile tribunal iudicii tui, & desiderabilem aspectum beatorum angelorum, & diras facies dæmonum, & triste aspectum horrendi tartari, & incognitum iudicium meum, & te semper rogare, & misericordiam tuam quærere, nec terribilem vocem cum impiis & peccatoribus propter peccata mea audiam: Discedite a me maledicti in ignem æternum; sed etiam merear propter tuam solam bonitatem ac misericordiam & pietatem, illam amabilem vocem audire: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Et ut hæc omnia recordando continue possim inutiles cogitationes terrenarum curarum & cupiditatum seculi his cogitationibus superare, & te in memoria mea continua habere, invoco te Deum & Dnm meum Ihm Xpm, protectorem & propitiatorem, consolatoremque meæ necessitatis & angustiæ imminentis, qui cum Deo Patre.

Alia Oratio.

Deus meus & Dnꝯ meus Ihꝯ Xpꝯ, nunc confiteor tibi peccata mea, quia es æternus pontifex, & Scorum minister, & veri tabernaculi sacerdos, qui semel in anno in huius seculi mystica sancta intrasti, & sanctum & immaculatum agnum proprii Corporis tui ad hostiam dedisti pro peccatis meis, & nunc sedes ad dexteram Dei Patris, semper vivens & interpellans pro delictis meis. Scio Dne, scio, quod pro omnium delictis intercedis ad Patrem; sed mea delicta non sunt aliis similia, nequiorem me cunctis peccatoribus penso, comparationi meæ nullus nequior est: sed ad quem clamabo nisi ad te? Tuæ misericordiæ nullo fine con-

concluduntur. Tu pius es, tu benignus, miſericordia tua plena eſt terra. Scio te ſuperiorem & inferiorem & latiorem ſuper peccata mea. Propterea clamo ad te, ut per infinitam miſericordiam tuam me eripere digneris de faucibus lupi peſſimi, qui mihi invidet te paſtorem ſequi, Deum & Dnm meum Ihm Xpm. Sum enim ovis perdita, & de grege tuo proiectus pro peccatis meis. Veni Dne, veni, qui latronem confitentem ſalvaſti, & tecum regnaturum in paradiſo collocaſti, & eripe me famulum tuum de captivitate draconis, & perduc me ad caulas ovium tuarum, Salvator mundi, qui cum Patre.

Carmina cum ſuperis chorus hæc hymnite fidelis.

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Dne Deus rex cœleſtis, Deus Pater omnipotens. Dne Fili unigenite Ihu Xpe. Dne Deus agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationem nram. Qui ſedes ad dexteram Patris miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dnꝰ, tu ſolus altiſſimus Ihu Xpe cum ſco Spiritu in gloria Dei Patris, amen.

Ne fuerit violata fides, hæc norma tenenda eſt.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium; & in unum Dnm Ihm Xpm Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter nram ſalutem (*deſcendit*) de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſco & Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spm ſcm Dnm & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſeculi. Amen.

(1) Sequuntur poſtea intonationes hymni angelici ac ſymboli latine & græce cum notis antiquis. Inde carmen angelicum græce, item græce & latine, ac demum duo ſymbola Apoſtolorum & *Nicænum* græce, ubique tamen litteris latinis, quibus textus græcus ſatis corrupte exprimitur: quæ adeo hic edenda eſſe haud cenſemus. De hoc ritu vid. Diſquiſit. IV. cap. I. Tom. I. pag. 287.

GRA-

Digitized by Google

GRADUALE

ex Codice Mſc. *Rhenaugienſi* Sæc. circ. VIII. cum Supplemento ex Codice *San-Blaſiano* Sæc. XII.

Oeconomia ſequentis Gradualis.

Non reſpondet titulus: *Dominicalis* (de) *anni circulo*, obvio verborum ſenſui, dum non ſolum multa adduntur ferialia per hebdomadam officia, verum etiam feſta quædam præcipua, extra Dominicas celebrari ſolita. Hæc ſi ſpectes, ſic accipi poſſunt hæ *Dominicales*, ut S. P. BENEDICTUS in S. ſua Regula c. 14. feſtivitates celebrandas præſcribit cum officio Dominicali: *In Sanctorum vero feſtitatibus, vel omnibus ſolemnitatibus, ſicut diximus Dominico die, ita agatur.* Idem hoc eſt, quod in Regula CHRODEGANGI Ep. *Metenſis* poſt recenſionem Feſtorum dicitur: *Plenarium officium celebretur.* Quæ quidem ad rationem celebrandi feſtum in choro attinent: quod forum vero ſpectat ac etiam laicos, in Conc. *Agathenſi* an. 506. ſtatuitur Can. 21. *Paſcha vero, Natale Domini, Epiphaniam, Aſcenſionem Domini, Pentecoſten, & Natalem S. Ioannis Baptiſtæ, vel ſi qui maximi dies in feſtivitatibus habentur, nonniſi in civitatibus, aut in parochiis teneant.* Unum hic ex feſtis Sanctorum S. IOANNIS *Baptiſtæ* notatur,

Digitized by Google

quod in Concilio *Claromontano* an. 535. Can. 27. cum feſto Epiphaniæ & Aſcenſionis Domini omittitur; habentur vero tria hæc cum octava Natalis Domini (quod ſub nomine feſti Circumciſionis Domini in Concilio *Turonenſi* II. an. 567. notatur) in noſtro hoc Dominicali Graduali: ubi inter feſta Sanctorum primum occurrit Nat. S. LUCIÆ poſt Dominicam III. ante Natale Domini menſe *Decembri*, quo hodie ad diem XIII. S. LUCIÆ *Syracuſanæ* in *Sicilia* feſtum agitur, illud vero S. LUCIÆ *Romanæ* die XVI. *Septembris*. Feſtum S. LUCIÆ hic poni ob ſingulare patrocinium, extra dubium ponit, quod ex reliquorum Sanctorum feſtis pauca, eaque antiquiſſima tantum in hoc Graduali habeantur: veluti ea, quæ proximis poſt Natale Domini diebus hodie celebrantur; de quo antiquiſſimo uſu S. GREGORIUS *Nyſſænus* in funebri oratione de S. BASILIO *Præclarum*, inquit, *Deus hisce noſtris anniverſariis feriis, quas certa quadam ſerie per iſtos dies iam celebravimus, ac rurſum celebramus, impoſuit ordinem.*

Sequitur in Graduali noſtro IIII. Non. Febr. *Purificatio Sanctæ Mariæ*, uti in ſacramentario *Gregoriano*, & Ordine *Romano* appellatur, notaturque in Capitularibus CAROLI M. L. I. c. 164. inter *feſtivitates in anno, quæ per omnia venerari debent. Natalis Domini, Sancti Stephani, Sancti Ioannis Evangeliſtæ, Innocentium, Octavæ Domini, Epiphania, Octava Epiphaniæ, Purificatio Sanctæ Mariæ, Paſcha dies octo, Letania maior, Aſcenſio Domini, Pentecoſte, S. Ioannis Baptiſtæ, Sancti Petri & Pauli, Sancti Martini, Sancti Andreæ. De Aſſumtione beatæ Mariæ interrogandum relinquimus.* Verba

ba hæc dubium relinquunt, an feſtum Aſſumtionis perinde ac Nativitatis B. M. V. contentum fuerit in una alterave pagina exciſa ex vetuſtiſſimo noſtro codice (CAROLO M. certe coævo) a Dominica XII. poſt Pentecoſten uſque ad Dominicam XVIII. ſeu III. Kal. *Oct.* quo die feſtum S. MICHAELIS agitur, quod poſt lacunam in codice noſtro comparet. De feſto S. LAURENTII eo magis eſt dubitandum, quod eſt *Romanum*, haud tamen celebre adeo vel antiquum per orbem catholicum, ut feſtum SS. Apoſtolorum PETRI & PAULI, id quod tamen in noſtro codice deſideratur. Certe in capitulari AHYTONIS *Baſileenſis* Epiſcopi ſæc. IX. in feſtorum ſolemnium recenſione nulla fit mentio S. LAURENTII, ſed enim *duodecim Apoſtolorum, maxime tamen SS. Petri & Pauli, qui Europam ſua prædicatione illuminarunt.* Nihilominus in Regula CHRODEGANGI *Metenſis* Epiſcopi ſub PIPINO & CAROLO M. plenarium officium præſcribitur poſt feſta Natali Domini proxima *in Purificatione & in Aſſumtione Sanctæ Mariæ; ſimiliter in beatorum Apoſtolorum feſtis, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Sancti Laurentii & Sancti Martini.* Iam tum temporis plura Apoſtolorum feſta fuiſſe celebrata, patet ex antiquiſſimo noſtro ſacramentario *Rhenaugienſi*, quod eadem manu ſcriptum eodemque codice compactum eſt cum noſtro hoc dominicali Graduali: in ſacramentario autem plerorumque Apoſtolorum diſtincta leguntur feſta, forte non omnia inter dies feriatos computata. Hos inter in Concilio *Moguntino* anni 813. unum feſtum SS. PETRI & PAULI connumeratur, feſto S. IOANNIS *Evangeliſtæ* inter quatuor dies feſtos Natalis Domini concluſo inter feſtum S. STEPHANI & SS. In-

Digitized by Google

nocentum, quæ habentur in noſtro dominicali Graduali, excluſis reliquis (præter feſtum Purificationis, S. IOANNIS *Baptiſtæ*, & S. MICHAELIS) in Conc. *Moguntino* notatis. Eſt autem hic Can. 36. eius Concilii: *Feſtos dies in anno celebrare ſancimus, hoc eſt, diem dominicum Paſchæ cum omni honore & ſobrietate venerari; ſimili modo totam hebdomadam illam obſervari decrevimus. Diem Aſcenſionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecoſten ſimiliter ut in Paſcha. In natali Apoſtolorum Petri & Pauli diem unum. Nativitatem S. Ioannis Baptiſtæ, Aſſumtionem ſanctæ Mariæ. Dedicationem S. Michaelis. Natalem S. Remigii, ſancti Martini, ſancti Andreæ. In natali Domini dies quatuor. Octavas Domini, Epiphaniam Domini. Purificationem ſanctæ Mariæ. Et illas feſtivitates Martyrum vel Confeſſorum obſervare decrevimus, quorum in unaquaque parochia ſancta Corpora requieſcunt. Similiter etiam Dedicationem templi.*

Vides hic integram hebdomadam Paſchatis & Pentecoſtes feriandam ſanciri: in noſtro autem dominicali Graduali poſt Dominicam Reſurrectionis nonniſi Feriæ II. IV. & Sabbati officium ponitur; poſt Pentecoſten vero Feriæ II. tantum cum octava Pentecoſtes ſicut in die; cum tamen in antiquiſſimis quibusque *Gelaſianæ* & *Gregorianæ* Liturgiæ exemplaribus pro ſingulis diebus legantur officia, perinde ac pro Quadrageſima: in qua hic ſingularis deprehenditur varietas in officiis feriarum diverſarum per hebdomadas ſingulas. Poſt Dominicam primam, *Initium Quadrageſimæ* inſcriptam, Feria II. Feria III. & ſabbatum in XII. lectiones notatur,

Digitized by Google

tur, quod ad quatuor tempora ſpectat, cum tamen his conſtanter Feria IV. & VI. coniungantur. Niſi hoc officium ſabbati in XII. lect. hic legeretur, dicerem, Feriam II. & III. hic poni, ut locus eſſet officiis quatuor temporum, quæ olim, ut P. III. Diſquiſit. X. c. 6. oſtendimus, non erant fixa ad hanc primam Quadrageſimæ hebdomadam, ſed poſt Kal. *Martii* celebrabantur. Poſt Dominicam I. Quadrag. iuxta codicem, quæ nobis ſecunda eſt, unum Feriæ IV. habetur officium; proximis vero duabus hebdomadibus notatur Feria V. VI. & Sabbatum, qui erant legitimi ſtationum dies inde a prima Eccleſiæ ætate, ut P. III. Diſquiſit. X. c. 1. explicavimus. Sequentibus hebdomadibus celebrantur ſcrutinia catechumenorum. In uno antiquiſſimo *Rhenaugienſi* codice ad Fer. VI. hebdomadæ II. annotatur: *Hic facis ſcrutinium.* Communiter tamen Fer. II. vel IV. hebdomadæ tertiæ, quæ ſecunda dicitur in noſtro Graduali, celebrabatur primum ſcrutinium catechumenorum, quod Feria II. proxime antecedente, ſecundum autem Feria IV. qua primum agebatur, denuntiabatur ad ſabbatum proximum. Et ſic etiam fiebat ſequenti hebdomada poſt Dominicam IV. (in hoc codice III.) circa tertium & quartum ſcrutinium itidem Feria IV. & ſabbato, ac quidem Feria IV. *maximum eſt inter ſeptem ſcrutinia*, ut legitur in ordine divini officii a nobis infra edendo. In antiquiſſimo autem ſacramentario *Rhenaugienſi* ad hanc diem notatur: *Hic facis ad aurium apertionem.* P. COUSTANT tamen in not. ad epiſt. SIRICII P. p. 694. vult, in *Romana* eccleſia tria tantum primis ſeculis celebrata fuiſſe ſcrutinia, quot in ſacramentario *Gelo-*

nenſi pro ſolemni baptiſmo in Pentecoſte & Epiphania, ac perinde etiam in Paſchate præſcribuntur. Quæſtionem hinc movit SENARIUS IOANNI diacono: *Quare tertio ante Paſcha ſcrutinentur infantes?* A tribus Miſſis pro ſcrutiniis incipit ordo baptiſterii in antiquiſſimo noſtro ſacramentario *Alemannico*, ubi *incipit liber ſecundus de extrema parte.* In vulgato *Gelaſiano* tres conſequenter Dominicæ in Quadrageſima aſſignantur *pro ſcrutinio* III. IV. & V. *de paſſione Domini*: poſt quam iterum variant officia ferialia in noſtro Graduali, ac duo tantum ponuntur, ſcilicet Fer. IV. & V. præter Stationum ordinem ac vetuſtiſſimum uſum, iuxta quem Fer. V. in Quadrageſima officio carebat, ut in vulgato *Gelaſiano.* A Dominica Palmarum, *paſcha petitum, ſive competentium & capitolavium* ob catechumenos vocata, habentur officia tota hebdomada, per quam a Sabbato ante Palmas incipiendo catechumeni orationem dominicam ſingulis diebus reddebant antiquiſſimis temporibus (teſte S. AUGUSTINO hom. 42. inter 50. & ſerm. 136. de temp.) uſque ad Sabbatum S. quo ultimum ſcrutinium ipſeque baptiſmus celebrabatur. Quonam vero delectu officia feriarum Quadrageſimæ in noſtro dominicali Graduali diſpoſita ſint, cum arbitrarius prorſus non videatur ordo, determinare non licet, neque aſſerere, eadem, quæ hic occurrunt certarum feriarum officia, in illis, quæ omittuntur, feriis eſſe repetita. Ex epiſtola S. AUGUSTINI ad IANUARIUM conſtat, alibi ſingulis, alibi certis tantum per hebdomadam diebus ſacrificium celebratum eſſe. In lectionario Cod. *Fuldenſis* S. BONIFACII præter Dominicam duæ tantum lectiones notantur

tur per hebdomadas Quadrageſimæ, excepta maiore hebdomada. In Miſſali *Mozarabico*, præter Dominicales, duæ tantum ſunt Miſſæ per hebdomadam quamlibet, pro ſingulis nimirum feriis quartis & ſextis. In Miſſali *Gothico* ſeptem leguntur quadrageſimales Miſſæ, ex quibus nonnullæ tantum, ſicut in ſacramentario *Gallicano*, generales quædam ſpecialem titulum a ritibus circa catechumenos accipiunt. Hic autem nihil deſignatur, quid ſive initiandos ſive initiatos attinuerit.

Initiandis iam S. CYRILLUS *Hieroſol.* quadraginta dies præſtitutos meminit: *Tempus*, ait in Pro-catecheſi, *præſcriptum tibi multum, quadraginta dierum pœnitentiam habes.* Et S. HIERONYMUS in epiſtola ad PAMMACHIUM: *Conſuetudo*, inquit, *apud nos huiusmodi eſt, ut iis, qui baptizandi ſunt, per quadraginta dies publice tradamus ſanctam & adorandam Trinitatem.* SIRICIUS P. ad HYMERIUM *Tarraconenſem, generalia*, ſcribit, *baptiſmatis tradi convenit ſacramenta his dumtaxat electis, qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, & exorciſmis, quotidianisque orationibus atque ieiuniis fuerint expiati.* S. AUGUSTINUS ſerm. 13. ad neophytos, *Per omnem*, inquit, *quadrageſimam competentes vacaverunt orationibus & ieiuniis, in ſacco & cinere dormierunt, futuram vitam peccatorum ſuorum confeſſione quærentes.*

Sic cum pœnitentibus cenſebantur catechumeni, dimittebanturque in ſacra liturgia ſuo ordine, ut in Concil. *Laodiceno* c. 19. de tertia claſſe pœnitentium ordinatum eſt:

Quod

Digitized by Google

Quod non oporteat ſeorſum primum poſt allocutiones Epiſcoporum orationes ſuper catechumenos celebrare, & poſtquam catechumeni egreſſi fuerunt, ſuper eos, qui ſunt in pœnitentia, precem fieri: his etiam accedentibus ad manus Sacerdotis & diſcedentibus tres orationes conſummari fidelium. Huc pertinet, quod in Conc. *Africano* IV. Can. 80. ſtatuitur: *Omni tempore ieiunii manus pœnitentibus a Sacerdotibus imponantur.* Et Can. 82. *pœnitentes etiam diebus remiſſionis genua flectant.* Conſtituta ſunt hæc, antequam caput ieiunii eſſet feria quarta ante Dominicam primam Quadrageſimæ, quæ in noſtro Graduali *initium Quadrageſimæ* nominatur, nihilque prorſus de feria IV. antecedente legitur, qua ſuſcipiebantur pœnitentes. Et quidem, ut apud REGINONEM & GRATIANUM quidam *Agathenſis* Canon 63. diſt. 50. habet: *Eos in eccleſiam introducant, & cum omni Clero ſeptem pſalmos pœnitentiales in terra proſtratus Epiſcopus cum lacrymis pro eorum abſolutione decantet... Poſt hæc iubeat miniſtris, ut eos extra ianuas eccleſiæ expellant; Clerus vero proſequatur eos cum reſponſorio:* In ſudore vultus tui &c. Et *poſtmodum eant in circuitu eccleſiæ cantando antiphonam:* In ſudore. Quæ quidem in noſtro Graduali omittenda penitus non fuiſſent, ſi iam tuliſſet uſus, antiquato veteri, per ſuas claſſes & tempora, pœnitentiæ publicæ ritu: quæ mutatio in Occidente ſerius accidit, ſubſtitutis una aut pluribus quadrageſimis per annum. Hoc vero uſuvenit, poſtquam publica pœnitentium ſuſceptio ſtatuta eſt in capite Quadrageſimæ feria IV. ante Dominicam I. quæ, utpote celebris & a ieiunio ſoluta dies, huic ritui accommodata eſſe non poterat. Hæc-

que

Digitized by Google

que cauſa fuerit, cur Feria IV. anticiparetur, media inter *Quinquageſimam* & *Quadrageſimam*, ut phraſi utar Concilii *Aurel.* I. & IV. quibus hic lux aliqua accendi videtur, dum in primi Can. 24. ſtatuitur: *Ut ante Paſchæ ſolemnitatem non Quinquageſima, ſed Quadrageſima teneatur.* Et in quarti Can. 2. *Ut Quadrageſima ab omnibus eccleſiis æqualiter teneatur; neque Quinquageſimam aut Sexageſimam ante Paſcha quilibet Sacerdos præſumat indicere.* Si officium dominicale ſpectes, legitur id in noſtro Graduali cum ſequentibus ſuo nomine Quinquageſimæ, Sexageſimæ ac Septuageſimæ ritu *Romano*, licet ritu *Gallicano* infra poſt Dominicam IV. poſt octavam Paſchæ cantus Miſſæ notetur in *Letania maiore* (quod eſt *triduum Rogationum*, in Concilio *Aurelianenſi I.* an. 511. præcipuis feſtis, quæ hoc Graduali continentur, annumeratum) ante officium *in Vigilia Aſcenſa Domini*, & *in Aſcenſa Domini.* Deinceps vero, præterquam in Sabb. Pentecoſtes & Fer. II. poſt Pentecoſten, in vigilia item, & feſto S. IOANNIS *Baptiſtæ*, nullum (feſtivitatis S. MICHAELIS fragmentum tantum ex lacuna ſupereſt) recurrit officium, niſi Dominicarum poſt Pentecoſten ad uſque XXIII. cuius Dominicæ officium mancum eſt, una, an pluribus reſciſſis paginis? incertum. Quod quidem, uti & cætera, quæ in antiquiſſimo hoc *Rhenaugienſi* alicubi deficientibus paginis deſiderantur, ex noſtro *San-Blaſiano* ſæc. XII. circ. charactere minutiore, & Sanctorum quidem feſta in margine inferiore, ſupplemus.

INCIPIUNT DOMINICALES

Anni Circulo. (1)

Dom. V. ante Nat. Dni. (2)

Ant. (3) Dicit Dominus, Ego cogito cogitationes pacis, & non adflictionis. Invocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captivitatem veſtram de cunctis locis. *Pſal.* Deus venerunt.

Pſ. *Benedixiſti Dne terram tuam.*

℟. (4) Timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

℣. (5) Quoniam elevata eſt magnificentia.

Grad. Liberaſti nos Dne ex affligentibus nos, & eos, qui nos oderunt, confudiſti.

℣. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſecula.

All. Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui, viſita.

All. Lauda Ieruſalem Dnm, lauda Deum tuum Sion.

℣. Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te. (6)

Off. De profundis clamavi ad te Domine, Domine.

Off. Audi Iſrael, Ecce venio ego Dominus, & abſolvo peccata plebi tuæ.

Ad Comm. Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. (7)

Dom.

(1) *L.* De anni circulo.

(2) Alii Codices tam editi quam Mſſ. hanc Miſſam Dominica XXIII. poſt Pentecoſten exhibent, in qua tamen noſter hic codex aliam habet, quæ in miſſalibus Dominica XXII. poſita eſt. Cæterum nulla hic Adventus Domini fit mentio, nulla etiam in vetuſtioribus ſacramentariis noſtris, licet ab antiquiſſimis temporibus præparatio quædam ante feſta natalitia Domini obtinuerit, & quidem per quadraginta dies ſeu hebdomadas ſex, ita ut tribus per hebdomadam diebus ieiunium obſervaretur poſt feſtum S. MARTINI; quod a S. PERPETUO *Turonenſi* inſtitutum iam T. II. Diſquiſ. X. cap. 2. pag. 931. ex S. GREGORIO *Turonenſi* memoravimus. In Conc. *Matiſconenſi* I. an. 581. Can. 9. præſcribitur: *Ut a feria S. Martini uſque ad Natale Domini ſecunda & quarta & ſexta Sabbati ieiunetur, & ſacrificia quadrageſimali debeant ordine celebrari.* In Capitular. CAROLI M. lib. VI. cap. 185. nullo dierum diſcrimine legitur: *Admoneant Sacerdotes, ut ieiunia tria legitima in anno agantur, id eſt, quadraginta dies ante Nativitatem Domini, & quadraginta ante Paſcha, ubi decimas anni ſolvimus, & poſt Pentecoſten quadraginta dies.* Quadrageſimæ ante Natale Domini etiam AMALARIUS meminit. Apud nos vero *Rhabanus* MAURUS lib. VI. de Inſtitut. Clericor. cap. 22. Imo NICOLAUS I. P. in epiſtola ad conſulta *Bulgarorum* inter quatuor Quadrageſimas per annum eam etiam ante Natale Domini recenſet, cuius adhuc ſec. XI. S. PETRUS *Damiani* lib. III. epiſt. 10. & 37. meminit. Licet vero numquam ritu *Romano*, uti veteri *Gallicano*, *Mozarabico & Ambroſiano*, ſex Dominicæ ante Natale Domini computarentur, quinque tamen in antiquis libris miſſalibus & lectionariis AMALARIUS a nobis loc. cit. relatus notavit: quod & hic cernis in antiquiſſimo antiphonario graduali, quod infertum eadem manu legitur in vetuſtiſſimo ſacramentario *Rhenaugienſi* ritus *Gelaſiani*, in quo perinde ac in vulgato *Gelaſiano* Dominica quinta ante Natale Domini cum quatuor ſequentibus, quas ſec. XI. BERNO *Augienſi* ſolas notat apud nos, occurrit.

(3) Seu antiphona ad Introitum Miſſæ.

(4) *Reſponſorium*, ſive *Gradale* aut *Graduale* promiſcue occurrunt.

(5) In aliis leg. *Quoniam ædificavit.*

(6) Quod tanta in codicibus tam editis, quam Mſſ. occurrat varietas quoad Grad. verſus, & Allel. inde eſt, quod liberum fuerit eligere, quod placuerit, ut quandoque in codicibus legere eſt *Grad. v. Allel. quale volueris.* Offertor. alt. nuſpiam alias occurrit.

(7) In *Pameliano*, aliisque quibusdam editis codicibus in fine additur Pſalm.

Digitized by Google

Dom. IIII. Ante Natl. Dni. (1)

Ant. Ad te levavi animam meam, Deus meus in Te confido, non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei; etenim univerſi, qui te expectant, non confundentur. *Pſal.* ipſe. (2)

Grad. Univerſi qui te expectant, non confundentur Domine.

℣. Vias tuas Domine.

All. Oſtende nobis Domine miſericordiam.

Off. Ad te Domine levavi animam.

Ad Comm. Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Off. Deus tu converſus vivificabis nos, & plebs tua lætabimur (*lætabitur*) in Te. Oſtende Domine.

Ad Comm. Hieruſalem ſurge, & ſta in excelſo, & vide iocunditatem, quæ veniet, all.

Dom. III. ante Natl. Dni. (3)

Ant. Populus Sion! ecce Dominus veniet ad ſalvandas gentes, & auditam faciet Dominus gloriæ (l. *gloriam*) vocis ſuæ in lætitia cordis veſtræ. (l. *veſtri*) *Pſal.* Qui regis Iſrael, intende.

Grad. Ex Sion ſpecies decoris eius, Deus manifeſte veniet.

℣. Congregate illi Sancto (*os*) eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrum. (4)

All. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domo (*um*) Domini ibimus.

In Nat. S. LUCIÆ. (5)

Ant. Dilexiſti iuſtitiam. *Pſal.* Eructavit.

Grad. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti:

℣. Propterea unxit te Deus.

All. Specie tua & pulchritudine. (6)

Off. Offerentur regi virgines.

Ad Comm. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

Dom. II. ante Nat. Dni. (7)

Ant Gaudete in Domino ſemper, iterum dico, gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, Dominus prope eſt; nihil ſolliciti ſitis, ſed in omni oratione petitionis (*es*) veſtræ innoteſcant pud Dominum. *Pſal.* Benedixiſti Domine terram.

Grad. Qui ſedes Domine ſuper Cherubim, excita potentiam tuam, & veni.

℣. Qui regis Iſrael, intende.

All.

(1) Al Dominica I. de Adventu Domini.

(2) Id eſt ipſe pſalmus, ſeu eius verſus ſequentes: *Vias tuas Domine demonſtra mihi &c.* ut in *Pameliano* & *San-Blaſiano* notatur.

(3) Al. Dominica II. de Adventu.

(4) Pamel. *Sacrificia.*

(5) Unum hoc S. LUCIÆ *Syracuſanæ* ex feſtis Sanctorum minus celebribus per eccleſiam, ob ſingulare certe eccleſiæ, pro qua exaratum eſt, patrocinium poſitum eſt in hoc Graduali dominicali, ſeu feſtivo: iuxta regulam nempe CHRODEGANGI codici noſtro coævam cap. 74. *in Natali cuiuslibet Sancti, cuius honor in qualicunque parochia ſpecialiter celebretur, & bis reſiciatur.* Huc pertinent in capitulari ANYTHONIS Ep. *Baſilenſis* inter feſta ferianda: *Dedicatio cuiuslibet oratorii ſeu cuiuscunque Sancti, in cuius honore eadem eccleſia fundata eſt.* Sic NICOLAUS I. P. ab opere ſervili *Bulgaris* feriandum præſcribit, *nec non & in eorum Sanctorum natalitiis, quorum apud vos Deo favente memoria celebris, & dies feſtivus habebitur.*

(6) In *San-Blaſ.* Alleluia cum v. deeſt.

(7) Al. Dominica III. de Adventu.

All. Excita, Domine, potentiam tuam & veni, ut ſalvos facias.

Off. Benedixiſti, Domine, terram tuam, avertiſti captivitatem Iacob, remiſiſti iniquitatem plebi tuæ.

Ad Comm. Dicite puſillanimis, confortamini & nolite timere: ecce Deus noſter veniet, & ſalvabit nos.

Fer. IIII. ad Scam MAR.

Ant. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem. *Pſal.* Cœli enarrant.

Grad. Tollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

℣. Quis aſcendit in montem.

Gr. (1) Prope eſt Dns omnibus invocantibus eum, omnibus, qui invocant eum in veritate.

℣. Laudem Dni loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen ſanctum eius.

Off. Confortamini, & iam nolite timere: ecce enim Deus noſter retribuit iudicium, ipſe veniet & ſalvos nos facit. (2)

Ad Comm. Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel.

Fer. VI.

Ant. Prope eſto, Dne, & omnes viæ tuæ veritas, initio cognovi de teſtimoniis tuis, quia in æternum tu es. *Pſal.* Beati immaculati.

Grad. Oſtende nobis, Dne, miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.

℣. Benedixiſti Dne terram tuam, avertiſti captivitatem Iacob.

Offert. Deus tu convertens vivificabis nos, & plebs tua lætabitur in te.

Ad Comm. Ecce Dnus veniet, & omnes Sancti eius cum eo, & erit in die illa lux magna.

Sabb. ad ſcm PETRUM in XII. Lect.

Ant. Veni & oſtende nobis faciem tuam Domine, qui ſedes ſuper Cherubim, & ſalvi erimus. *Pſal.* Qui regis.

Gr. A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius uſque ad ſummum eius.

℣. Cœli enarrant.

Gr. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe. ℣. A ſummo cœlo.

Grad. Dne Deus virtutum converte nos.

℣. Excita Dne.

Gr. Excita Domine potentiam tuam & veni, ut ſalvos facias nos.

℣. Domine Deus virtutum converte. (3)

Tr. Qui regis Iſrael.

Off. Exulta ſatis filia Sion, prædica filia Hieruſalem: Ecce rex tuus veniet tibi (*Sanctus*) & Salvator.

Ad Comm. Exultavit ut gigas ad currendam viam ſuam; a ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius uſque ad ſummum eius.

Dom. I. Ante Natl. Dni.

Ant. Veni & oſtende nobis.

℣. Qui regis Iſrael intende.

Gr. A ſummo cœlo egreſſio eius.

℣. Cœli enarrant.

Off. Exulta ſatis filia Sion.

Ad Comm. Exultavit. (4)

Domi-

(1) Eſt hoc Grad. poſt II. lect. quod in *Rhen.* deeſt.

(2) In *Pamel.* aliisque *Thomaſianis* plures ad Offertorium ponuntur verſus.

(3) In *San-Blaſ.* & *Thomaſ.* ponitur poſt Grad. *Excita Dne. ℣. Qui regis Iſrael, intende, qui deducis velut ovem Ioſeph, qui ſedes ſuper Cherubim, appare coram Effraim, Beniamin, & Manaſſe.* Sequitur Canticum trium puerorum: *Benedictus es Dne Deus patrum noſtrorum*, cum *Gloria Patri*, ut in modernis Miſſalibus.

(4) Officium hoc idem eſt cum præcedenti; alterum autem ex Cod. *San-Blaſ.* quod & PAMELIUS refert, recentius eſſe, idem teſtatur in nota ad hanc Dnicam. Vid Opp. THOMASII T. V. p. 13. n. 2.

Digitized by Google

Dominica proxima.

Ant. Memento noſtri, Dne, in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo, ad videndum in bonitate Electorum tuorum, in lætitia gentis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua.

Pſal. Confitemini Dno, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Gr. Prope eſt Dns. ℣. Laudem Dni. *Ut ſupra Feria IV.*

Offert. Ave Maria gratia plena, Dns tecum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quomodo in me fiet hoc, quæ virum non cognoſco? Spiritus Dni ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.

Ad Comm. Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

In Vigl. Natl. Dni, Statio ad Scam MARIAM.

Ant. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus & ſalvabit vos, & mane videbitis gloriam eius. *Pſal.* Domini eſt terra.

Grad. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius.

℣. Qui regis Iſrael.

All. Veni, Dne, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ. All.

Off. Tollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introivit (*bit*) Rex gloriæ, tollite portas principes veſtras.

Si Dom. evenerit ipſa Vigilia, Alleluia de Adventu Dni, quale volueris.

Ad Comm. Revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri.

Item Miſſa de Vigl. Natl. Dni prima collocanda. (1)

Statio ad Scam MARIAM.

Ant. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

Pſal. Quare fremuerunt gentes.

Grad. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus Sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.

℣. Dixit Dominus Dno meo, ſede a dextris meis.

All. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

Off. Lætentur cœli & exultet terra ante faciem Domini, quoniam venit.

Ad Comm. In ſplendoribus Sanctorum ex utero ante luciferum genui te.

Item ad Miſſam Mane. prima in Die Natl. Dni. (2)

Ant. Lux fulgebit hodie ſuper nos, quia natus eſt nobis Dns, & vocabitur Admirabilis, Deus, Pater futuri ſeculi, cuius regni non erit finis.

Pſal. Dominus regnavit.

Grad. Benedictus, qui venit in nomine Dni: Deus Dnus & illuxit nobis.

℣. A Domino factum eſt, & eſt mirabile in oculis noſtris.

All. Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtutem.

Off. Deus enim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur: parata ſedes tua Deus ex tunc, a ſeculo tu es.

Ad Comm. Exulta filia Sion, lauda filia Hieruſalem, Ecce rex tuus venit iuſtus, & ſalvator mundi.

VIII. Kal. Ian.

Natl. Dni ad Miſſ. in Die ad Scm PETRUM.

Ant. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium

(1) Leg. ut in San-Blaſ. *In primo Gallicantu.*

(2) San-Blaſ. *In primo diluculo.*

Digitized by Google

ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius magni conſilii Angelus.

Pſal. Cantate Domino canticum.

Grad. Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri, iubilate Deo omnis terra.

℣. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, ante conſpectum gentium revelabit (*vit*) iuſtitiam ſuam.

All. Dies ſanctificatus illuxit nobis, venite gentes & adorate Dominum, quia hodie deſcendit lux magna ſuper terram.

Off. Tui ſunt cœli & tua eſt terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundaſti, iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.

Ad Comm. Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.

VII. Kal. Ian. Nat. Sci STEPHANI Mart. (1)

Ant. Etenim ſederunt principes, & adverſum me loquebantur, & iniqui perſecuti ſunt me: adiuva me Domine Deus meus, quia ſervus tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus. *Pſal.* Beati immaculati.

Grad. Sederunt principes, & adverſum me loquebantur, & iniqui perſecuti ſunt me.

℣. Adiuva me Domine Deus meus: ſalvum me fac propter miſericordiam.

All. Video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem a dextris virtutis Dei.

Off. In virtute tua Domine lætabitur iuſtus, & ſuper ſalutare tuum exultavit vehementer, deſiderium animæ eius tribuiſti ei.

Ad Comm. Video cœlos apertos (&) Ieſum ſtantem a dextris virtutis Dei; Domine Ieſu accipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt, quid faciunt.

VI. Kal. Ian. Nat. Sci IOHANNIS Evangel. (2)

Ant.

(1) Etſi ſcriptor huius antiphonarii Gradualis *Dominicales* tantum *de anni circulo* præferat in titulo, feſta tamen Natale Domini antiquiſſimo Eccleſiæ ritu ſubſequentia hic ponit: *Diem feſtum ex die feſto*, ut tem S. GREGORIUS *Nyſſ.* exprimit. Et S. ASTERIUS: *Feſtus dies feſtum diem excipit.* Uterque ſermone in feſto S. STEPHANI. Ex Latinis S. AUGUSTINUS eodem modo loquitur in ſerm. de S. STEPHANO. Huius feſti iam in Conſtit. Apoſt. fit mentio inter ferias, quibus ſit vacandum. Etſi in Oriente Natalis Domini alia die, ſexta nempe *Ianuarii*, celebraretur, tamen utrobique idem obtinebat mos, nonnihil tamen diverſus. Plura S. GREGORIUS *Nyſſ.* ſerm. funebri in honorem S. BASILII enumerat poſt Natale feſta Sanctorum: *Sunt autem*, inquit, *hi Stephanus, Petrus, Iacobus, Ioannes, Paulus, deinde Baſilius.* SS. PETRUS & PAULUS ſemper in Occidente peculiare habuerunt feſtum, IACOBUS autem & IOANNES ſimul veteri ritu *Gallicano*, ac hodieque *Ambroſiano* celebrantur, uti in antiquis Martyrologiis, noſtro etiam, quod antiquiſſimo ſacramentario *Rhemenſi* huicque Graduali adiectum eſt, notatur. Ritu *Mozarabico* feſtum S. IACOBI celebratur altero poſt S. IOANNIS die. *I.* GRANCOLAS comment. in Brev. *Rom.* c. 24. putat, poſtquam translatio reliquiarum S. IACOBI ad diem 25. *Iulii* feſtum huius Apoſtoli immobile ac perpetuum reddiderit, remanſiſſe poſt Nat. D. feſtum S. IOANNIS fratris eius, de quo in Conc. *Epheſ* ubi mortuus eſt S. IOANNES, duæ leguntur panegyricæ orationes a S. CYRILLO *Alex.* & THEODORO *Ancyrano*, tamen menſe *Iunio*, habitæ.

(2) Iunctum fuiſſe olim IOANNI *Evang.* fratrem ſuum IACOBUM, modo notavimus. In antiquiſſimo Calend. *Carthag.* a MABILLONIO ed. poſt Natale Domini inter feſta S. STEPHANI & *ſanctorum Infantium, quos Herodes occidit*, ponitur *ſancti Ioannis Baptiſtæ, & Iacobi Apoſtoli, quem Herodes occidit.* In hoc Graduali nullum deinceps Apoſtoli cuiuscunque occurrit feſtum.

Digitized by Google

Ant. In medio Eccleſiæ aperuit os eius: & implevit eum Dominus Spiritu ſapientiæ & intellectus, ſtola gloriæ induit eum. *Pſal.* Bonum eſt.

Gr. (1) Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

℣. Et vitam petiit a te, & tribuiſti ei.

All. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his: ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.

Off. Iuſtus ut palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Comm. Exiit ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur, & non dixit Ieſus: non moritur, ſed ſic eum volo manere, donec veniam. (2)

In Nat. S. IOANNIS Apoſt. & Evang.

Ant. Ego autem ſicut oliva fructificavi in domo Dni, ſperavi in miſericordia Dei mei, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt ante conſpectum Sanctorum tuorum.

Pſal. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

Grad. Iuſtus ut palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dni.

℣. Ad annuntiandam mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Offert. Gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum Dne.

Ad Comm. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo, gloriam & magnum decorem impones ſuper eum Dne.

Ad maiorem Miſſam.

Ant. In medio eccleſiæ. *Ut ſupra.*

V. Kal. Ian. Nat. Innocentum ad Miß.

Ant. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos.

Pſal. Domine Dominus noſter.

Grad. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.

℣. Laqueos (*us*) contritus, & nos liberati.

℣. Laus tibi Chriſte.

All. Te Martyrum candidatus laudat exercitus Dne. (3)

Off. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium, laqueos (*us*) contritus eſt, & nos liberati ſumus.

Ad Comm. Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. (a)

Dom. I. poſt Nat. Dni.

Ant. Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuum (*ſuo*) curſum (*ſu*) medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus Domine de cœlis a regalibus ſedibus venit. *Pſal.*

---

(1) Loco huius Grad. in *Pamel. San-Blaſ.* aliisque habetur: *Exiit ſermo inter fratres &c.* ℣. *Sic eum volo manere &c.*

(2) In Cod. *San-Blaſ.* duæ aſſignantur miſſæ, quæ & in *Pameliano*, paucis mutatis, notantur, quarum prima eadem eſt, quæ hodie in vig. unius Apoſtoli habetur. De hoc ritu vid. T. V. opp. THOMASII p. 21. n. 1.

(3) Tractus in utroque noſtro codice deeſt, ut & in *Pameliano*, ac *Othoboniano*. In Antiph. *Thomaſ.* legitur ſequens: *Effuderunt ſanguinem Sanctorum velut aquam in circuitu Ieruſalem.*

℣. *Et non erat qui ſepeliret. Vindica Dne ſanguinem Sanctorum tuorum, qui effuſus eſt ſuper terram.* Qualem nempe hodieque habemus.

(a) *In Nat. S. Silveſtri ex Cod. S. Blaſ.*

Ant. Sacerdotes tui, Dne, induant iuſtitiam, & Sancti tui exultent; propter David ſervum tuum non avertas faciem Chriſti tui.

Pſal. Memento Dne David.

Grad. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt iuſtus.

℣. Non eſt inventus ſimilis illi, qui conſervaret legem Excelſi. *All.* deeſt, quæ tamen cum ſuo ℣. habentur ad calcem codicis.

Offert. Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo unxi eum.

Ad Comm. Beatus ſervus, quem cum venerit Dus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Digitized by Google

Pſal. Dominus regnavit.

Grad. Specioſus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

℣. Eructavit cor meum.

All. Dominus regnavit, decore (*rem*) induit.

Off. Deus enim firmavit orbem terræ.

Ad Comm. Tolle (*puerum*) & matrem eius, & vade in terram Juda, defuncti ſunt, qui quærebant animam pueri.

Kal. Ian. Oct. Dni. (1)

Ant. Puer natus eſt nobis, & filius.

Pſal. Cantate Domino.

Grad. Benedictus qui venit in nomine.

℣. A Domino factum eſt, & eſt mirabile.

All. Dominus regnavit, decore ind.

Off. Tui ſunt cœli.

Ad Comm. Viderunt omnes fines terræ ſalutare.

Alia. In Octava Dni.

Ant. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis, adducentur Regi Virgines poſt eam, proximæ eius adducentur tibi in lætitia & exultatione.

Pſal. Eructavit cor meum verbum bonum.

Grad. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

All. deeſt. In Pamel. Poſt partum Virgo.

Offert. Offerentur Regi Virgines, proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exultatione, adducentur in templum regi Dno.

Ad Comm. Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas; inventa una pretioſa margarita dedit omnia ſua, & comparavit eam. (2)

VIII. Id. Ian. Theophania Dni ad Miſſam.

Ant. Ecce advenit Dominator Dominus, & regnum in manu eius, & poteſtas & imperium.

Pſal. Deus iudicium tuum regi.

Grad. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino adnuntiantes.

℣. Surge & illuminare Hieruſalem, quia gloria Domini ſuper te orta eſt.

All. Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare Dominum.

Off. Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient ei.

Ad Comm. Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare Dominum.

Dom. I. poſt Theophaniam.

Ant. In excelſo throno vidi ſedere virum, quem adorat multitudo Angelorum pſallentes in unum: Ecce cuius imperium nomen eius in æternum.

Pſal. Iubilate Deo.

Grad. Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus a ſeculo.

℣. Suſcipiant montes pacem populo tuo, & colles iuſtitiam.

All. Iubilate Deo omnis terra.

Off.

---

(1) Officium hoc temporibus D. GREGORII poſterius eſſe contendit PAMELIUS, miſſam alteram *Vultum tuum* authenticam & Graduale D. GREG. conformem ex Micr. c. 39. aſſerens. At ſimul notari meretur, duas olim hac die celebratas fuiſſe miſſas, alteram de Puerperio B. V. alteram de feſto ſeu octava. Illam proinde huic a D. Greg. ſuperadditam fuiſſe dicendum eſt. Vid. VEZZOSII not. ad hoc officium. T. V. Opp. V. THOMASII pag. 25. ubi utraque hac Miſſa habetur, addita adhuc alia. Miſſa: *Puer natus eſt.* deſideratur in *San-Blaſ.*

(2) De Vig. Epiph. in nostro codice noſtro fa mentio, cum idem ſit officium, quod Dom. I. poſt. Nat. Dni aſſignatur: *Dum medium ſilentium*

Digitized by Google

Off. Iubilate Deo omnis terra, ſervite Domino in lætitia, introite in conſpectu eius in exultatione.

Ad Comm. Fili quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus dolentes querebamus te. Et quid eſt, quod me querebatis? aut neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? (a)

Dom. II. poſt Theoph.

Ant. Omnis terra adoret te Deus, & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo Altiſſime.

Pſal. Iubilate Deo.

Grad. Miſit Dominus verbum ſuum & ſanavit eos; & eripuit eos de interitu eorum.

℣. Confiteantur Domino miſericordiæ eius.

All. Laudate Dominum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes.

Off. Iubilate Deo univerſa terra: pſalmum dicite nomini eius, venite, & adaudite: narrabo vobis, omnes qui timetis Dominum, quanta fecit Dominus animæ meæ.

Ad Comm. Dicit Dominus, implete hydrias aqua, & ferte architriclino: cum guſtaſſet architriclinus aquam vinum factum, dixit ſponſo: Servaſti vinum bonum uſque adhuc: hoc ſignum fecit Ieſus primum coram diſcipulis ſuis. (b)

Dom. III. poſt Theophan.

Ant. Adorate Dominum omnes Angeli eius: audivit, & lætata eſt Sion: & exultaverunt filiæ Iudæ.

Pſal. Dominus regnavit.

Gr. De neceſſitatibus meis eripe me Domine: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea.

℣. Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam.

Gr. Timebunt gentes nomen tuum, Dne, & omnes Reges terræ gloriam tuam.

℣. Quoniam ædificavit Dns Sion, & videbitur in maieſtate ſua.

All. Dominus regnavit, exultet terra, lætentur inſulæ.

Off. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, non moriar ſed vivam, & narrabo opera Dni.

Ad

a) *In Nat. S. Felicis Confeſſoris.* *Ant.* Os iuſti meditabitur. *Pſal.* Noli æmulari. *Grad.* Iuravit Dominus. ℣. Dixit Dnus Dno meo. *Offert.* Gloria & honore. *Commun.* Poſuiſti Dne.

(b) *In Nat. S. Marcelli Papæ.* *Ant.* Statuit ei Dnus. *Pſal.* Miſericordias Dni in æternum cantabo. *Grad.* Inveni David. ℣. Nihil proficit inimicus. *Offert* Veritas mea. *Commun.* Domine quinque talenta tradidiſti mihi.

In Nat. S. Priſcæ. *Ant.* Loquebar de teſtimoniis tuis. *Pſal.* Beati immaculati. *Grad.* Specie tua. ℣. Propter veritatem. *Offert.* Filiæ regum. *Commun.* Feci iudicium.

In Nat. SS. Fabiani & Sebaſtiani. *Ant.* Intret in conſpectu tuo. *Pſal.* Deus venerunt gentes. *Grad.* Glorioſus Deus in Sanctis ſuis. ℣. Dextera tua Dne glorificata eſt. *Offert.* Lætamini in Dno. *Commun.* Multitudo languentium, & qui vexabantur a ſpiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.

In Nat. S. Agnetis Virg. & Mart. *Ant.* Me exſpectaverunt. *Pſal.* Beati immaculati. *Grad.* Diffuſa eſt. *Offert.* Offerentur. *Commun.* Quinque prudentes Virgines.

Digitized by Google

Ad Comm. Mirabantur omnes de his, quæ procedebant de ore Dei. (a)

Dom. IIII. poſt Theoph. (1)

Ant. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. ℣. Subiecit.

Gr. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, humilia reſpicit in cœlo & in terra?

All. Venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro.

Off. Sicut in holocauſtum arietum, & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium, & ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi, quia non eſt confuſio confidentibus in te Domine.

Ad Comm. Inclina aurem tuam, accelera, ut eruas nos.

IIII. Non. Febr.

Purificatio Scæ MARIÆ. (2)

Ad Proceſſionem. (3)

Ant. Ave gratia plena, Dei genitrix Virgo! ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ, illuminans, quæ in tenebris ſunt. Lætare & tu, Senior iuſte, ſuſcipiens in ulnas liberatorem animarum noſtrarum, donantem nobis reſurrectionem.

Ant. Adorna thalamum tuum Sion, & ſuſcipe regem Chriſtum. Amplectere Mariam, quæ eſt cœleſtis porta; ipſa enim portat regem gloriæ novi luminis. Subſiſtit Virgo, adducens manibus Filium ante luciferum genitum, quem accipiens Simeon in ulnas ſuas prædicavit populis Dnum Deum eſſe vitæ & mortis, & Salvatorem mundi.

Ant. Reſponſum accepit Simeon a Spiritu S. non viſurum (*ſe*) mortem, niſi videret Chriſtum Dni. Et cum inducerent Puerum in templum, accepit eum in ulnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis Dne ſervum tuum in pace.

Ad Miſſam.

Ant. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui: ſecundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ, iuſtitia plena eſt dextera tua.

Pſ. Magnus Dominus.

Gr. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui, ſecundum nomen tuum Domine.

℣. Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum. *All.*

(1) Officium huius Dominicæ in editis Antiphonariis non deprehendi, cum in Ant. *Gregorianis* ſequentes cum tertia eædem ſunt. Nec tamen noſter hic codex plures quam quatuor numerat Dominicas poſt Theoph. Cæterum huic Miſſæ concinit alia T. V. opp. THOMASII pag. 154. Dominia VII. poſt S. Angeli, ſeu ultima poſt Pentecoſten notata, cum Grad. *Beata gens.* ℣. *Verbo Dni. Alla. Quoniam confortavit feras.* Atque eadem fere eſt, quæ infra habetur Dom. VII. poſt Pentecoſt.

(2) De antiquitate huius feſti diximus P. III. Diſq. IX. c. 2. n. 12. quod in Sacrament. p. 26. *hypapante*, in antiquiſſimis codd. *Rhenaug.* & *San-Gall.* S. SIMEONIS inſcribitur; hic a Purificatione B. M. V. nomen habet: nec ullum alterum eiusdem Dei genitricis feſtum in hoc graduali occurrit, niſi forte in excisis paginis a Dom. XII. uſque ad XVIII. poſt Pentec. aliud fuerit. Dum vero Graduale hoc cum antiquiſſimo ſacramentario *Rhenaugienſi* eadem manu ſcriptum in eodem codice continetur, nihilominus inſcriptio feſti differt, palam eſt diverſam eſſe orginem, rationemque utriusque monumenti liturgici.

(3) Antiphonas ſequentes SERGIO P. adſcribit PAMELIUS Lit. T. II. p. 78. in nota ad h. d.

(a) *In Nat. S. Vincentii.*

Ant. Lætabitur iuſtus in Dno. *Pſal.* exaudi Deus orationem. *Grad.* Poſuiſti Dne. ℣. Deſiderium animæ eius. *Offert.* Gloria & honore. *Commun.* Qui vult venire poſt me.

In Oct. S. Agnetis.

Ant. Vultum tuum. *Grad.* Specie tua. *Offert.* Diffuſa eſt gratia. *Commun.* Simile eſt regnum cœlorum.

Digitized by Google

All. Adorabo ad templum ſanctum tuum.

All. Poſt partum Virgo inviolata.

Si venerit ipſa Miſſa poſt Septuageſimam.

Tr. Iubilate.

Tr. Audi filia & vide. *Thomaſ.* & *Pamel.* Diffuſa eſt.

Off. Tollite portas principes veſtras.

Require in Vigil. Nat. Dni.

Off. Diffuſa eſt gratia. Ita & *Thomaſ. ac Pamel.*

Ad Comm. Reſponſum accepit Simeon ab Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Dominum. (a)

Dominica in Septuageſima, Statio ad S. LAURENTIUM.

Ant. Circumdederunt me gemitus mortis, dolores inferni circumdederunt me, & in tribulatione mea invocavi Dominum, & exaudivit de templo ſancto ſuo vocem meam.

Pſal. Diligam te Domine.

Gr. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, ſperent in te, qui noverunt te, quoniam non derelinques quærentes te Domine.

℣. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem: exſurge Domine, non prævaleat homo.

Tr. De profundis clamavi ad te Domine, Dne exaudi.

℣. Fiant aures tuæ intendentes in orationem ſervi tui.

℣ Si iniquitates obſervaveris Dne, Dne, quis ſuſtinebit?

℣. Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Dne. *Ita* & Thomaſ. *ac* Pamel.

Off. Bonum eſt confiteri in Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime.

Ad Comm. Illumina faciem tuam ſuper ſervum tuum, ſalvum me fac in tua miſericordia, Domine non confundar, quoniam invocavi te.

Pſal. In te Domine ſperavi.

Dom. in Sexag. Statio ad S. PAULUM,

Ant. Exſurge, quare obdormis Domine? exſurge, & ne repellas in finem; quare faciem tuam avertis, obliviſceris tribulationem noſtram? Adhæſit in terra venter noſter; exſurge, adiuva nos, & libera nos.

Pſal. Deus auribus.

Gr. Sciant (*gentes*) quoniam nomen tibi Deus: Tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram. ℣.

(a) *In Nat. S. Agathæ Virg. & Mart.*

Ant. Gaudeamus omnes in Domino. *Pſal.* Eructavit cor meum. *Grad.* Adiuvabit eam. ℣. Fluminis impetus. *Tract.* Qui ſeminant in lacrymis. ℣. Euntes ibant. ℣. Venientes autem. *Offert.* Offerentur. *Commun.* Qui me dignatus eſt ab omni plaga curare, & mammillas meas meo pectori reſtituere, ipſum invoco Deum vivum.

In Nat. S. Valentini Mart.

Ant. In virtute tua. *Pſal.* Magna eſt gloria eius. *Grad.* Beatus vir, qui timet. ℣. Potens in terra. *Tract.* Deſiderium animæ eius. ℣. Quoniam prævenisti eum. ℣. Poſuiſti ſuper caput eius. *Offert.* In virtute tua. *Commun.* Magna eſt gloria eius.

In Cathedra S. Petri.

Ant. Statuit ei Dns. *Grad.* Conſtitues eos principes. *Tract.* Tu es Petrus. ℣. Et portæ inferi. ℣. Quodcumque ligaveris. ℣ Et quodcumque ſolveris. *Offert.* Conſtitues eos principes. *Commun* Tu es Petrus.

In Nat. S. Gregorii Papæ

Ant. Sacerdotes Dei. *Pſal.* Benedicite omnia opera Dni. *Grad.* Iuravit Dnus. *Tract.* Beatus vir, qui timet. ℣. Potens in terra. ℣. Gloria & divitiæ. *Offert.* Veritas mea. *Commun* Fidelis ſervus.

In Annuntiatione S. Mariæ.

Ant. Rorate cœli. *Gr.* Tollite portas. *Tr.* Audi filia. *Off.* Ave Maria. *Com.* Ecce Virgo. *In Pamel. & Thomaſ.* alia Miſſa.

℣. Deus meus, pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti.

Tr. Commoviſti Dne terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia mota eſt.

℣. Ut fugiant a facie arcus, ut liberentur Electi tui. *Ita etiam* Thomaſ. & Pamel.

Off. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas, qui ſalvos facis ſperantes in te Domine.

Ad Comm. Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.

Dominica in Quinquageſima.

Ant. Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii, ut ſalvum me facias: quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu, & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me.

Pſal. In te Domine ſperavi.

Gr. Tu es Deus, qui facis mirabilia ſolus: notam feciſti in gentibus virtutem tuam.

℣. Liberaſti in brachio tuo populum tuum, filios Iſrael.

Tr. Iubilate Domino omnis terra.

℣. Intrate in conſpectu eius in exultatione. Scitote, quod Dns ipſe eſt Deus.

℣. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Off. Benedictus es Domine, doce me iuſtificationes tuas: in labiis meis pronunciavi omnia iudicia oris tui.

Ad Comm. Manducaverunt & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis Dominus: non ſunt fraudati a deſiderio ſuo.

In Capite Ieiunii. (1)

Ad benedictionem Cinerum.

Ant. Exaudi nos, Dne, quoniam benigna eſt miſericordia tua, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice nos.

Pſal. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam.

Tract. Immutemur habitu in cinere & cilicio; ieiunemus & ploremus ante Dnm, quia multum miſericors eſt dimittere peccata noſtra Deus noſter.

Ant. Iuxta veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes & levitæ miniſtri Dni, dicentes: Parce, Dne, parce populo tuo, & ne diſſipes ora clamantium ad te. Sic & in *Thomaſ.* ac *Pamel.*

Ad Miſſam.

Ant. Miſereris omnium Dne, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti, diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam, & parcens illis, quia tu es Dns Deus noſter.

Pſal. Miſerere mei Deus, miſerere mei.

Grad. Miſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea.

℣. Miſit de cœlo, & liberavit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Tract. Dne non ſecundum, *deeſt hic & in ſequentibus, quum is teſte* Micrologo de Miſſa cap. 50. *potius ex noſtra conſuetudine, quam ordine Romano in Quadrageſima dicatur.*

Offert. Exaltabo te, Dne, quoniam ſuſcepiſti me; nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Dne clamavi ad te, & ſanaſti me.

Ad Comm. Qui meditabitur in lege Dni die ac nocte, dabit fructum ſuum in tempore ſuo.

Fer. V. (2)

Ant. Dum clamarem ad Dnm, exaudivit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi, & humiliabit (*vit*) eos, qui eſt ante ſecula & manet in æternum. Iacta cogitatum tuum in Dno, & ipſe te enutriet.

Pſal. Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam.

Grad. Iacta cogitatum tuum in Dno, & ipſe te enutriet.

℣. Dum clamarem ad Dnm, exaudivit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

Offert.

---

(1) Quandonam diverſis in locis inchoatum ſit quadrageſimale ieiunium vid. Diſquiſit. X. p. 944. ſeqq.

(2) Officia Fer. V. in Quadr. non a Gregorio I. ſed II. compoſita ex Micrologo c. 50. aſſerit Pamelius T. II. Liturg. pag. 85. ad h. d. Vid. Diſquiſit. cap. III. p. 947. Cæterum quæ hic ex *San-Blaſiano* notantur, eodem modo habentur in Thomasio ex cod. *San-Gallenſi*, & Pamelio l. c.

Digitized by Google

Offert. Ad te, Dne, levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam.

Ad Comm. Acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta ſuper altare tuum vitulos.

Fer. VI.

Ant. Audivit Dns, & miſertus eſt mihi: (*Dnus*) factus eſt adiutor meus.

Pſal. Exaltabo te Dne, quoniam.

Grad. Unam petii a Dno, hanc requiram, ut inhabitem in domo Dni.

℣. Ut videam voluntatem Dni, & protegar a templo ſancto eius.

Offert. Dne vivificabis me ſecundum eloquium tuum, ut ſciam teſtimonia tua.

Ad Comm. Servite Dno in timore, & exultate ei cum tremore, apprehendite diſciplinam, ne pereatis de via iuſta. (1)

Initium Quadrageſimæ. (2) *Statio ad Lateranis.*

Ant. Invocavit me, & ego exaudiam eum, eripiam eum & glorificabo eum, longitudinem dierum adimplebo eum.

Pſal. Qui habitat.

Grad. Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

℣. In manibus tuis (*ſuis*) portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem (*tuum*) (3)

Tract. Qui habitat in adiutorio. (4)

Offert. Scapulis ſuis obumbravit (*bit*) tibi Dominus, & ſub pennis eius ſperabis, ſcuto circumdabit te veritas eius.

Ad Comm. Scapulis ſuis obumbrabit.

Feria II. Item ad Miſſ.

Ant. Sicut oculi ſervorum in manibus. *Pſal.* Ad te levavi oculos meos.

Grad. Protector noſter aſpice Deus.

℣. Domine Deus virtutum;

Offert. Levabo (5) oculos meos, & confiderabo mirabilia tua.

Ad Comm. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit.

Feria III.

Ant. Domine refugium tu factus es nobis a generatione & progenie, a ſeculo & in ſeculum tu es.

Pſal. Priusquam montes fierent.

Grad. Dirigatur oratio mea.

℣. Elevatio manuum.

Offert. In te ſperavi Domine: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea.

Ad Comm. Cum invocarem te, exaudiſti.

Fer. IV.

Ant. Reminiſcere miſerationum tuarum, Dne, & miſericordiæ tuæ, quæ a ſeculo ſunt; ne unquam dominentur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Iſrael ex omnibus anguſtiis noſtris.

Pſal.

(1) Officium Sabbati hic & in *Pamel.* ac *Otbob.* & *Thomaſ.* deficit, cum idem ſit cum præcedenti fer. VI. In ultimo tamen tria Gradualia notantur, una cum Litania ſeu proceſſione, uti & ſeq. Feria VI.

(2) Seu Dnca I. Quadrag. Vide quæ P. II. Diſquiſ. V. p. 944. &c. diximus de initio Quadrageſimæ, quod olim a Dominica hac ſumtum fuit, ut hodieque fit ritu *Ambroſiano*, licet *Mozarabes* mutarint morem veterem *Gotho-Hiſpanum*, ieiunium a Fer. IV. Cinerum anſpicando, ut obſervat P. *Alex.* LESLEUS p. V. Præfat. in *Miſſale mixtum ſecundum regulam beati Iſidori dictum Mozarabes.* Cum ritu *Gotho-Hiſpano* conveniebat vetus *Gallicanus* ac etiam *Scoticus* uſque ad ſec. XI. quo S. MARGARITHA *Scotorum* regina auctoritate mariti regis, ut in eius vita apud SURIUM ad diem X. *Iunii* legimus, inchoari fecit Quadrageſimam Fer. IV. Cinerum: de qua habetur officium in antiquiſſimo ſacramentario *Rhenaugienſi*, cui hoc Graduale adiectum eſt, etſi hic deſideretur, haud obſtante, quod aliarum nonullarum feriarum Quadrageſimæ minus celebrium miſſas contineat.

(3) Ita etiam in *San-Gallenſi* THOMASII, ac *San-Blaſiano* ſed in PAMEL. aliud Grad. *Tenuiſti manum.*

(4) Cod. *San-Blaſ.* cum editis ſingulos huius pſalmi verſus adnectit.

(5) Ita & San-Gall. *Thomaſ.* ſed *San-Blaſ.* cum aliis *Revela.*

Pſal. Ad te, Dne, levavi animam meam.

Grad. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis eripe me Dne.

℣. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea.

Grad. (1) De neceſſitatibus meis eripe me Dne. Vide humilitatem meam *ut ſupra.*

℣. Ad te Dne levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam.

℣. Etenim univerſi, qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Offert. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde, & levabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.

Ad Comm. Intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo Dne.

Feria V.

Ant. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius. Sanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius.

Pſal. Cantate Dno canticum novum: cantate.

Grad. Cuſtodi me, Dne, ut pupillam oculi: ſub umbra alarum tuarum protege me

℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.

Offert. Emittet Angelum Dns in circuitu timentium eum, & eripiet eos: guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dns.

Ad Comm. Panis, quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita.

Feria VI.

Ant. De neceſſitatibus meis eripe me Dne: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea.

Pſal. Ad te, Dne, levavi animam meam.

Grad. (2) Salvum fac ſervum tuum.

℣. Auribus percipe Dne orationem meam.

Tractus. Dne non ſecundum peccata noſtra facias nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Dne, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis.

℣. Adiuva nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Dne libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Offert. Benedic anima mea Dno, & noli obliviſci omnes retributiones eius, & renovabitur ſicut aquilæ iuventus tua.

Ad Comm. Erubeſcant, & conturbentur omnes inimici mei: Avertantur retrorſum, & erubeſcant valde velociter.

Sabb. in XII. Lect. (3) *ad Scm PETRUM.*

Ant. Intret oratio mea in conſpectu tuo, inclina aurem tuam ad precem meam Domine.

Pſalm. Domine Deus ſalutis.

Grad. (4) Miſerere mihi Domine;

℣. Conturb. *Grad.* Eſto mihi.

Grad. Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.

℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Grad. Propitius eſto.

Grad. Protector noſter.

Grad. Dirigatur oratio.

Grad. Convertere Dne.

Hymnus: Benedictus es.

Tractus: Laudate Dnm omnes gentes.

℣. Quoniam confirmata eſt. *Off.*

---

(1) In *Pamel.* ſecundum hoc Graduale inſcribitur Tractus.

(2) Sic & *San-Gall.* THOMASII, qui ex alio codice etiam Tractum *Dne non ſecundum &c.* exhibet: quem tamen omittit PAMELIUS, & loco noſtri aliud ponit Grad. *Miſerere mei Dne.* ℣. *Conturbata ſunt.*

(3) Vides hic in antiquiſſimo noſtro codice eandem inſcriptionem, quæ communiter habetur in antiquis & recentioribus libris liturgicis, etſi lectionum numerus haud reſpondeat Putat vero *Ed.* MARTENIUS L. I. de ant. Eccl. rit. cap. 8. art. 4. diverſas olim ab hodiernis ſex vel ſeptem lectionibus olim duodecim fuiſſe dictas in eccleſia, ubi fiebat collecta ante ordinum celebrationem, probatque auctoritate antiqui ordinis *Romani* ad uſum eccleſiæ *Salisburgenſis* ante ſexcentos & amplius annos exarati. Diſquiſit. X. cap. VI. T. II. pag. 987. pluribus de hoc egimus, ac oſtendimus, ideo Sabbata IV. Temporum inſcribi *XII. lectionum*, quod quælibet ſex lectionum olim bis legeretur, græce nempe & latine.

(4) Tria hic tantum Gradualia notantur, eaque ab omnibus editis, quæ quatuor aut quinque exhibent, diverſa: nec ullum eorum in *San-Gallenſi Thomaſiano* occurrit, ubi octo omnino habentur, una cum hymno & Tractu, qui hic deſiderantur.

Digitized by Google

Off. Domine Deus ſalutis meæ, in die clamavi & nocte coram te, intret oratio mea in conſpectu tuo Domine.

Ad Comm. Domine Deus meus in te ſperavi.

Dom. I. in Quadrageſima. (1)
Item ad Miß. ſicut iam ſupra ſcriptum eſt in Sabbato.

Alia.

Ant. Reminiſcere. *Ut ſupra Fer. IV.*

Grad. Tribulationis cordis. *Ut ſupra.* (2)

Tract. Dixit Dns mulieri Chananææ, non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus ad manducandum.

℣. At illa dixit: Etiam Dne, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dnorum ſuorum.

℣. Ait illi Ieſus: Mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. (3)

Offert. Meditabor. *Ut ſupra.*

Ad Comm. Intellige clamorem. *Ut ibid.*

Fer. II.

Ant. Redime me Dne, & miſerere mei, pes enim meus ſtetit in via recta, in eccleſiis benedicam Dno.

Pſal. Iudica me Dne, quoniam.

Grad. Adiutor meus & liberator meus eſto Domine: ne tardaveris.

℣. Confundantur & revereantur inimici mei, qui quærunt animam meam.

Offert. Benedicam Dno, qui mihi tribuit intellectum; providebam Deum in conſpectu meo ſemper, quoniam a dextris eſt mihi, ne commovear.

Ad Comm. Dne Dnus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

Feria III.

Ant. Tibi dixit cor meum, quæſivi vultum tuum: vultum tuum Dne requiram: ne avertas faciem tuam a me.

Pſ. Dns illuminatio mea.

Gr. Iacta cogitatum tuum.

Offert. Miſerere mihi Dne ſecundum magnam miſericordiam tuam: dele Dne iniquitatem meam.

Ad Comm. Narrabo omnia mirabilia tua, lætabor & exultabo in te, pſallam nomini tuo Altiſſime.

Feria IIII.

Ant. Ne derelinquas me Dne Deus meus, ne diſcedas a me: intende in adiutorium meum Dne virtus ſalutis meæ.

Pſ. Dne, ne in furore tuo.

Gr. Propitius eſto Dne peccatis nris.

Gr. Salvum fac populum tuum Dne, & benedic hæreditati tuæ.

℣. Ad te, Dne, clamavi, Deus meus ne ſileas a me: & ero ſimilis deſcendentibus in lacum. *Ita & Thomaſ. ac Pamel. uti & Offert.* Ad te.

Off. Miſerere mihi Dne ſecundum. *Ut ſupra.*

Off. Ad te Dne levavi.

Ad Comm. Iuſtus Dns noſter iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

Feria V.

Ant. Deus in adiutorium meum intende: Dne ad adiuvandum me feſtina. Confundantur & revereantur inimici mei, qui quærunt animam meam

---

(1) Hæc noſtra eſt Dominica II. Quadrageſimæ. Vid. T. V. opp. THOMAS. pag. 54. n. 5. Singularis autem in noſtro Graduali eſt inſcriptio, Miſſam huius Dominicæ *vacat.* ex præcedente Sabbato eſſe repetendam, unde etiam hodieque Evangelium deſumitur; cum tamen in *Sun-Gallenſi Thomaſ.* & *Pamel.* aliisque editis Miſſa Feriæ IV. præced. hic ponatur; quod ritu *Romano* fieri, MICROLOGUS aſſerit. Vid. quæ diximus Diſquiſit. X. cap. VI. pag. 988. ſeq. Nempe tum demum alia Miſſa in Dominica *Vacat* ſubſtituta eſt officio Sabbati præcedentis, quando vigiliæ agi deſierunt; de quibus S. LEO ſerm. IX. de ieiunio ſeptimi menſis, paſſimque ſcriptores liturgici. In ordine divini officii, quem edemus inter hæc monumenta liturgica, de hoc officio Sabb. ita legitur. *Oratio poſt Communionem non habetur ſuper populum in menſe primo: quia illud officium frequenter & circa noctem Dominicam ſolet finiri, in qua minime genuflectitur.*

(2) *Thomaſ.* & *Pamel.* Grad. *de neceſſitatibus.*

(3) Hunc tractum etiam PAMEL. & SAMMARTHANUS exhibent, qui ex Evangelio præced. Feriæ V. deſumtus eſt, quod forte in hac Dominica legebatur: & revera in *Comite Hieronymi* apud PAMELIUM in hac Dominica ita notatur. *Sun-Gallenſis* tamen THOMASII habet Tract. *Confitemini Dno, quoniam bonus.* ℣. *Quis loquetur.* ℣. *Beati qui cuſtodiunt.* ℣. *Memento noſtri.* qualem nempe hodieque habemus.

Digitized by Google

Pſ. Avertantur retrorſum, & revereantur.

Gr. Propitius eſto Dne peccatis noſtris, ne quando dicant gentes, ubi eſt Deus eorum?

℣. Adiuva nos Deus ſalutaris noſter.

Offert. Precatus eſt Moyſes in conſpectu Dni Dei ſui, & dixit: quare Dne iraſceris populo tuo? parce iræ animi tui. (1)

Ad Comm. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo, dicit Dns.

Feria VI.

Ant. Ego autem cum iuſtitia apparebo in conſpectu tuo: ſatiabor, dum manifeſtabitur gloria tua.

Pſal. Exaudi Dne iuſtitiam meam, intende.

Grad. Ad Dnm cum tribularer clamavi, & exaudivit me.

℣. Dne libera animam a labiis iniquis, & a lingua doloſa.

Offert. Dne in auxilium meum reſpice: confundantur & revereantur, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.

Ad Comm. Tu, Dne, ſervabis nos, & cuſtodies nos a generatione hac in æternum.

Sabbato.

Ant. Lex Dni irreprehenſibilis convertens animas: teſtimonium Dei fidele, ſapientiam præſtans parvulis.

Pſal. Cœli enarrant gloriam Dei.

Grad. Bonum eſt confiteri Dno, & pſallere nomini tuo Altiſſime.

℣. Ad annuntiandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Offert. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.

Ad Comm. Oportet te fili gaudere, quia frates tuus mortuus fuerat, & revixit: perierat, & inventus eſt

---

Dominica II. in Quadrageſimæ. (2)

Ant. Oculi mei ſemper ad Dominum, quia ipſe evellit de laqueo pedes meos: reſpice in me & miſerere mei, quoniam unicus & pauper ſum ego.

Grad. Exſurge Domine, non prævaleat homo, iudicentur gentes in conſpectu tuo.

℣. In convertendo inimicum meum retrorſum.

Tract. Ad te levavi oculos.

Offert. Iuſtitiæ Domini rectæ lætificantes corda; & dulciora ſuper mel & favam, nam & ſervus tuus cuſtodiet ea.

Ad Comm. Paſſer invenit ſibi domum, & turtur nidum, ubi reponat pullos ſuos. Altaria tua Domine (*virtutum*) Rex meus & Deus meus. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſeculum ſeculi laudabunt te.

Feria II. (3)

Ant. In Deo laudabo verbum, in Dno laudabo ſermonem, in Deo ſperavi: non timebo, quid faciat mihi homo.

Pſal. Miſerere mei Deus, quoniam conculcavit.

Grad. Deus vitam meam nuntiavi tibi, poſuiſti lacrymas in conſpectu tuo.

℣. Miſerere mihi Dne, quoniam conculcavit me homo: tota die bellans tribulavit me.

Offert. Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me.

Ad Comm. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum averterit Dns captivitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob & lætabitur Iſrael.

Feria III.

Ant. Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea. Cuſtodi me Dne ut pupillam oculi, ſub umbra alarum tuarum protege me.

Pſal. Exaudi Dne iuſtitiam meam, intende.

Grad. Ab occultis meis munda me Dne, & ab alienis parce ſervo tuo.

℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo.

Offert. Dextera Dni fecit virtutem. *Ut ſupra.*

Ad

---

(1) In *San. Gall. Thomaſ.* & *Pamel.* integrum notatur hoc Offertorium.

(2) Dom. III. Quadrag.

(3) THOMASIUS duas in hac feria habet Miſſas, primam nempe *pro ſcrutinio.*

Digitized by Google

Ad Comm. Domine! quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.

Fer. IIII.

Ant. Ego autem in Dno ſperavi, exultabo & lætabor.

Pſ. In te Dne ſperavi.

Gr. Miſerere mihi Dne.

℣. Conturbata ſunt omnia.

Offert. Iuſtitia Dni.

Aliud. Dne fac mecum miſericordiam tuam propter nomen tuum, quia ſuavis eſt miſericordia tua. *Ita & Thomaſ. ac Pamel.*

Ad Com. Notas mihi feciſti vias vitæ.

Fer. V.

Ant. Salus populi ego ſum, dicit Dnus, de quacunque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos, & ero illorum Dns in perpetuum.

Pſ. Attendite populo meus legem meam.

Gr. Oculi omnium in te ſperant Dne: & tu das illis eſcam in tempore opportuno.

℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Off. Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me Dne, & ſuper iram inimicorum meorum extendes manum tuam, & ſalvum me fecit dextera tua.

Ad Comm. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Utinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Fer. VI. ad Scm LAUR.

Ant. Fac mecum Dne ſignum in bonum, ut videant, qui me oderunt.

Pſ. Inclina Dne aurem tuam.

Gr. In Deo ſperavit cor meum, & adiutus ſum: & refloruit caro mea, & ex voluntate mea (*confitebor illi.*)

℣. Ad te Domine.

Off. Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus.

Ad Comm. Qui biberit aquam, quam ego dabo, dicit Dns Samaritanæ, fiat in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

Sabb. ad Scm SUSAN.

Ant. Verba mea auribus percipe Domine.

Pſ. Quoniam ad te orabo Dne.

Gr. Si ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Domine.

℣. Virga tua Domine.

Off. Greſſus meos dirige Dne ſecundum eloquium tuum.

Ad Com. Nemo te condemnavit, mulier? Nemo Domine: nec ego te condemnabo, iam amplius noli peccare.

Dom. ad Hieruſalem. (1)

Ant. Lætare Hieruſalem, & conventum facite omnes, qui diligitis eam: gaudete cum lætitia, qui in triſtitia fuiſtis: ut exultetis (&) ſatiemini ab uberibus conſolationis veſtræ.

℣. Lætatus ſum in his.

Gr. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domo (*domum*) Domini ibimus.

℣. Fiat pax in virtute tua.

Tr. Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion.

Off. Laudate Dnm, quia benignus eſt, pſallite nomini eius, quoniam ſuavis eſt: omnia quæcunque voluit Dns (*fecit*) in cœlo & in terra.

Ad Com. Hieruſalem, quæ ædificatur ut civitas, cuius participatio eius in idipſum: illic enim aſcenderunt tribus Dni ad confitendum nomini tuo Dne.

Fer. II.

(1) i. e. Dom. IV. Quadrageſ.

Digitized by Google

Fer. II.

Ant. Deus in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua iudica (al. *libera*) me, Deus exaudi orationem meam.

Pſ. Averte mala inimicis meis, & in veritate tua diſperde illos.

Grad. Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii, ut ſalvum me facias.

℣. Deus in te ſperavi: Dne non confundar in æternum.

Off. Iubilate Deo omnis terra.

Ad Com. Ab occultis meis munda me Dne, & ab alienis parce ſervo tuo.

Fer. III.

Ant. Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me & exaudi me.

Pſ. Contriſtatus ſum in exercitatione mea.

Gr. Exurge, Dne, fer opem nobis, & libera nos propter nomen tuum.

℣. Deus auribus noſtris audivimus.

Off. Expectans expectavi Dnm, & reſpexit me, & exaudivit deprecationem meam: & immiſit in os meum canticum novum, hymnum Deo nro.

Ad Com. Lætabimur in ſalutari tuo, & in nomine Dni Dei nri magnificabimur.

Fer. IIII. ad S. PAULUM.

Ant. Dum ſanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de univerſis terris, & effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & dabo vobis ſpiritum novum.

Pſ. Benedicam Dno.

Gr. Venite filii audite me, timorem Dni docebo vos.

℣. Accedite ad eum, & illuminamini.

Grad. II. Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eorum, populus, quem elegit Dominus in hereditatem ſibi.

℣. Verbo Dni cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. *Ita & Thomaſ. ac Pamel.*

Off. Benedicite gentes Dominum.

Ad Com. Lutum fecit ex ſputo Dominus, & linivit oculos meos: & abii, & lavi, & vidi, & credidi Dnm.

Feria V.

Ant. Lætetur cor quærentium Dnm: quærite Dnm & confirmamini: quærite faciem eius ſemper.

Pſal. Confitemini Dno, & invocate.

Grad. Reſpice Dne in teſtamentum tuum, & animas pauperum tuorum ne obliviſcaris in finem.

℣. Exurge Dne, & iudica cauſam tuam, memor eſto opprobrii ſervorum tuorum.

Offert. Dne in auxilium.

Ad Comm. Dne, memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Deus docuiſti me a iuventute mea: & uſque in ſenectam & ſenium Deus ne derelinquas me.

Fer. VI. ad EUSEPIUM. (1)

Ant. Meditatio cordis mei.

Pſ. Cœli enarrant gloriam Dei.

Gr. Bonum eſt confiteri.

℣. Ad adnunciandum.

Gr. Bonum eſt confidere in Dno, quam confidere in homine.

℣. Bonum eſt ſperare in Dno, quam ſperare in principibus.

Off. Miſerere mihi Dne ſecundum.

Off. Populum humilem ſalvum facies Dne, & oculos ſuperborum humiliabis. Quoniam quis Deus præter te Dne?

Ad Com. Adiutor meus es tu, Dne ne derelinquas me.

Ad Com. Videns Dns flentes ſorores Lazari ad monumentum, lacrymatus eſt coram Iudæis. Exclamabat (al. & *clamabat*) Lazare veni foras: & prodiit ligatis manibus & pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus.

Sabb. ad Scm LAURENT.

Ant. Sitientes venite ad aquas, dicit Dns: & qui non habetis pretium, venite, edite, & bibite in lætitia.

Pſ.

---

(1) S. EUSEBIUM. Cæterum Miſſa hæc plane ſpecialis eſt, in omnibus enim editis legitur eo modo, quo hic ex *San-Blaſiano* exhibetur: niſi quod in *Thomaſ.* utrumque ℣. Graduale ponatur.

Digitized by Google

Pſ. Dominus regit me, & nihil. (1)

Gr. (2) Bonum eſt confiteri Domino.

℣. . . . .

Gr. Tibi derelictus eſt pauper.

℣. Ut quid Dne receſſiſti.

Off. Factus eſt Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Ad Com. Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocavit, ſuper aquam refectionis educavit me.

Dom. V. ad Scm PETRUM. (3)

Ant. Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo eripe me: quia tu es Deus meus & fortitudo mea.

Pſ. ipſe.

Pſ. Emitte lucem tuam.

Gr. Eripe me Dne de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam.

℣. Liberator meus Dne de gentibus: iracundis: ab inſurgentibus: in me exaltabis me: a viro iniquo eripias me.

Tr. Sæpe expugnaverunt me a iuventute mea.

℣. Dicat nunc Iſrael. Sæpe.

℣. Etenim non potuerunt.

℣. Prolongaverunt iniquitatem.

Off. Confitebor tibi Dne in toto corde meo; retribue ſervo tuo, vivifica me ſecundum eloquium tuum.

Ad Com. Hoc Corpus, quod pro vobis traditur: hic Calix novi teſtamenti eſt in meo Sanguine, dicit Dns: hoc facite, quotiescunque ſumitis, in meam commemorationem.

Fer. II.

Ant. Miſerere mihi Dne, quoniam conculcavit me homo; tota die bellans tribulavit me.

Pſ. Conculcaverunt me inimici.

Gr. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.

℣. Deus in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua iudica me.

Off. Dne convertere, & eripe animam meam; ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Ad Com. Dns virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

Fer. III.

Ant. Expecta Dnm, viriliter age, & confortetur cor tuum & ſuſtine Dnm.

Pſ. Dns illuminatio mea.

Gr. Diſcerne cauſam meam Dne: ab homine iniquo & doloſo eripe me.

℣. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.

Off. Sperent in te omnes, qui noverunt nomen tuum Dne, quoniam non derelinquis quærentes te. Pſallite Dno qui habitat in Sion: quoniam non eſt oblitus orationem pauperum.

Ad Comm Redime me Deus Iſrael ex omnibus anguſtiis meis.

Fer. IIII.

Ant. Liberator meus Dne de gentibus iracundis, ab inſurgentibus in me exaltabis me, a viro iniquo eripies me Dne.

Pſ. Eripe me Dne.

Pſ. Diligam te Dne virtus mea. *Sic & Thomaſ. ac Pamel.*

Gr. Exaltabo te Dne, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti.

℣. Domine Deus meus.

Off. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab inſurgentibus in me, a viro iniquo eripias me Dne.

Blaſ.

---

(1) In *San Blaſ.* & *Pamel.* Pſ. *Attendite populo meus legem meam.*

(2) Nuſpiam alibi hoc Graduale reperire eſt: Ideo autem duo hic ponuntur, quod olim duæ lectiones in hoc Sabbato dictæ fuerint, ut teſtis eſt MICROLOGUS cap. 52. quæ tamen cum continuatim legebantur, vix erat locus primo Graduali.

(3) San-Blaſ. *De Paſſione Dni.*

Blaſ. cum aliis: ab inſurgentibus in me libera me Dne.

Ad Com. Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Dne, ut audiam vocem laudis tuæ, ut enarrem univerſa mirabilia tua.

Fer. V.

Ant. Omnia quæ feciſti nobis Dne.
Pſal. Magnus.

Gr. Tollite hoſtias. ℣. Revelavit.

Off. Super flumina Babl.

Ad Com. Memento verbo verbi tui. (*verbi tui ſervo tuo*).

Fer. VI.

Ant. Miſerere mihi Dne, quoniam tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorum, & a perſequentibus me. Dne non confundar, quoniam invocavi te.

Pſ. In te Dne ſperavi, non confundar.

Gr. Pacifice loquebantur mihi inimici mei, & in ira moleſti erant mihi.

℣. Vidiſti Dne Deus meus, ne ſileas, ne diſcedas a me.

Off. Benedictus es Dne, doce me iuſtificationes tuas: & non tradas me calumniantibus me ſuperbis, & reſpondebo exprobrantibus mihi verbum.

Ad Com. Ne tradideris me Dne in animas tribulantium me, quia inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Sabbato. Iudica. *Ut ſupra in Dominica.* (1)

Dom. in Palmas. Stat ad Lateranis.

Antiphona ad Proceſſionem. (2)

Cum adpropinquaret Ieſus Ieroſolymam, miſit duos ex diſcipulis ſuis &c. *Ut in modernis miſſalibus.*

Alia.

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: ne forte veniant Romani, & tollant noſtrum locum & gentem. Unus autem ex ipſis Caiphas nomine, cum eſſet Pontifex anni illius, prophetavit dicens: Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat: ab illa ergo die cogitaverunt interficere eum dicentes: Ne forte veniant.

Alia.

Cum audiſſet populus, quia Ieſus venit Ieroſolymam &c. *Alia.*

Ante ſex dies ſolemnis Paſchæ.

Gloria, laus & honor. *Ut in modernis miſſalibus, uſque ad* Fecerat Hebræos.

Ad Miſſam.

Ant. Domine, ne longe facias auxilium tuum a me, ad defenſionem meam aſpice; libera me de ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam.

Pſal. LXX. Deus Deus meus reſpice.

Gr. Tenuiſti manum dexteram meam: in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria adſumſiſti me.

℣. Quam bonus Iſrael.

Tr. Deus, Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? (3)

Off. Improperium expectavit cor meum & miſeriam, & ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, qui conſolaret me: quæſivi, & non veniet: (al. *conſolantem me quæſivi, & non inveni.*) dederunt in eſcam meam fel, (&) in ſiti mea potaverunt me aceto.

Ad

(1) In ord. divini officii a Dominica mediana uſque in Octavis Paſchæ, prout Vol. II. edemus, ſic notatur in ord. diei Sabbati ante palmas: *quia de hac feria officium non habetur, de eisdem feriis repetitur, id eſt de quarta feria.* Apud PAMELIUM, & AMALARIUM lib. 1. cap. 8. inſcribitur *Sabbatum Vacat.* Vid. THOMAS. opp. T. IV. pag 84. num. 1. Cæterum *San-Gallenſ. Thomaſ.* cum *San-Blaſ.* concordat: alii codices apud eumdem THOMAS. Miſſam feriæ IV. præced. ponunt.

(2) De Ant. ad Benedictionem Palmarum uterque codex noſter filet, nihil pariter in *Pameliano*, qui, uti *Rhenaugienſis* noſter Miſſam tantum exhibet. Tres priores antiphonæ ad proceſſionem notantur etiam in *San-Gallenſi Thomaſiano*, ubi & ℣. *Gloria, laus.*

(3) Sequentes tredecim verſus huius pſalmi *San-Blaſ.* & *Pamel.* ut & miſſalia moderna addunt Tractui.

Digitized by Google

Ad Com. Pater, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua.

Fer. II.

Ant. Iudica me (*me* omitt.) Dne nocentes me, expugna!

Pſ. ipſe. Effunde frameam.

Gr. Exſurge & intende.

℣. Effunde framea & conclude.

Off. Eripe me de inimicis meis.

Ad Com. Erubeſcant & conturbentur.

Fer. III.

Ant. Nos autem gloriari oportet in cruce Dni noſtri Ieſu Chriſti, in quo. *Pſ.* Deus miſereatur noſtri.

Gr. Ego autem, dum mihi moleſti eſſent, induebam me cilicio, & humiliabam. ℣. Iudica me Dne.

℣. Iudica Dne nocentes.

Off. Cuſtodi me Dne de manu.

Ad Com. Nos autem gloriari oportet in cruce Dni noſtri Ieſu Chriſti.

Ad Com. Adverſum me exercebantur, qui ſedebant in porta: & in me pſallebant, qui bibebant vinum: ego vero orationem meam ad te Dne: tempus beneplaciti Deus in multitudine miſericordiæ tuæ. *Sic* & Thomaſ. *ac* Pamel.

Fer. IIII.

Ant. In nomine Dni omne genu flectetur cœleſtium & terreſtrium & infernorum, quia Dominus factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. ideo Dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei Pattis.

℣. *ſeu Pſal.* Domine exaudi.

Grad. Ne avertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me.

℣. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt.

Grad. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

℣. Non avertas faciem tuam.

Tract. Dne exaudi. *Ut ſupra.*

℣. Ne avertas faciem tuam.

℣. In quacunque die.

℣. Quia defecerunt.

℣. Percuſſus ſum ſicut fœnum.

℣. Tu exurgens miſereberis Sion.

Offert. Exaudi orationem meam, & clamor meus.

Ad Comm. Potum meum cum fletu temperabam, quia levans (al. *elevans*) adliliſti me; tu autem Domine in æternum permanes.

Feria V. Cœna Dni.

Ant. Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo & vita eſt & reſurrectio noſtra, per quem ſalvati & liberati ſumus. *Pſal.* Cantate Dno.

Grad. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis;

℣. Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Offert. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me; non moriar, ſed vivam, & narrabo opera Domini.

Ad Comm. Dominus Ieſus, poſtquam cœnavit cum diſcipulis ſuis, lavit pedes eorum, & ait illis: ſi ſcitis quid fecerim vobis ego Dominus & maieſter (*magiſter*) veſter? exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis.

Feria VI. quod eſt in Paraſceve & in S. † (S. Cruce)

Digitized by Google

Grad. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

℣. Non avertas faciem tuam a me, in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

℟. Domine audivi auditum tuum, & timui: conſideravi opera tua, & expavi.

℣. In medio duorum animalium innoteſceris.

℣. In eo dum conturbata fuerit anima mea, in ira miſericordiæ recordaberis.

℣. Deus aLibano veniet, & Sanctus de monte umbroſo & condenſo.

℣. Operuit cœlos maieſtas eius, & laudis eius plena eſt terra.

Tractus. (1) Eripe me Dne ab homine malo, a viro iniquo libera me.

℣. Qui cogitaverunt malitias in corde, tota die conſtituebant prælia.

℣. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labiis eorum.

℣. Cuſtodi me Dne de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis libera me.

℣. Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos, abſconderunt ſuperbi laqueos mihi.

℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis, iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.

℣. Dixi Dno, Deus meus es tu: exaudi Dne vocem orationis meæ.

℣. Dne Dne virtus ſalutis meæ, obumbra caput meum in die belli.

℣. Ne trades me a deſiderio meo peccatori: cogitaverunt adverſum me, ne derelinquas me, ne unquam exaltentur.

℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos.

℣. Verumtamen iuſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

Poſtea vero vadit Sacerdos ante Altare, & dicit: Oremus. *& dicit:* Flectamus genua. Levate.

Ad Comm. (2) Ecce lignum crucis, in quo ſalus mundi pependit: venite adoremus.

℣. Deus miſereatur noſtri.

Antiphonæ ad ſalutandam Crucem.

Ant. Crucem tuam adoramus (3) Dne, & ſanctam reſurrectionem tuam laudamus & glorificamus; ecce enim propter crucem venit gaudium in univerſo mundo.

Ant. Tuam crucem adoramus Dne, tuam glorioſam recolimus paſſionem. Miſerere nobis, qui paſſus es pro nobis.

Ant. Dum fabricator mundi mortis ſupplicium pateretur in cruce, clamans voce magna tradidit ſpiritum: & ecce velum templi diviſum eſt, monumenta aperta ſunt: terræ motus enim factus eſt magnus, quia mortem Filii Dei clamabat mundus ſe ſuſtinere non poſſe. Aperto ergo militis lancea latere crucifixi Dni exivit ſanguis & aqua in redemtionem ſalutis noſtræ.

Ant. O admirabile pretium, cuius pondere captivitas redemta eſt mundi, tartarea confracta ſunt clauſtra inferni, aperta eſt nobis ianua regni.

Populo meus.

Agios O Theos.

Pange

(1) De Tractu hoc vid. Diſquiſ. IX. cap. I. pag. 852. Vel inde patet antiquitas Gradualis noſtri, in quo Tractus iſte deeſt. Cuius primum Graduale ℟. nuſpiam alibi inveni.

(2) Ætate attritas literas non aſſecutus eſt ſcriba, aut hic mendum irrepſit, dum ſcribendum fuiſſet: *Ad adorandam crucem.*

(3) Antiphonam hanc iam Ionas *Aurelianenſis* cum illa *Ecce lignum crucis* in antiquiſſimo cod. *Rhenang.* Ionæ coævo notatam memorat in libro de cultu imaginum adverſus Claudium *Taurinenſem*, cultum S. Crucis reiicientem, *ſecundum traditionem eccleſiaſticam* in die Paraſceves cani ſolitas: „Ob recordationem (inquit) ſalutiferæ paſſionis dominicæ annuatim in ſanctiſſimo die Paraſceves ſecundum traditionem eccleſiaſticam crucem Chriſti adorat, id eſt, ſupplicando ſalutat: quæ etiam tota diffuſa per orbem in Chriſti laudem prorumpens gratulabunda canit: *Crucem tuam adoramus Dominæ, & ſanctam reſurrectionem tuam laudamus.* Et iterum: *Ecce lignum crucis, in quo ſalus mundi pependit, venite adoremus.* Et beatus Gregorius, de cuius dictis nemo, niſi immemor ſalutis ſuæ, ambigit, in libro ſacramentorum ita meminit: *Deus qui unigeniti tui Domni noſtri Ieſu Chriſti pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es: concede propitius, ut qui ad adorandam vivificam crucem adveniunt, a peccatorum ſuorum nexibus liberentur.* Habes orationem hanc inter *Ambroſianas* dici in ſacramentario *Alemannico* Vol. I. Monum. vet. lit. *Alem.* p. 78.

Digitized by Google

Pange lingua glorioſi. *Ut in modernis miſſalibus. Ita pariter in* San-Gall. *apud* THOMASIUM.

Et incipiunt canere (1) *in Sabbato ad Miſſam ad Introitum letania. Et dicit ſacerdos* Gloria in excelſis Deo. *Tr.* Laudate.

Tract. Laudate Dominum omnes gentes.

All. Eduxit Dominus populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia.

All. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam.

Offert. (2) Angelus Domini deſcendit de cœlo & dixit mulieribus: quem quæritis? ſurrexit ſicut dixit Alleluia.

Ad Comm. Cito euntes dicite alleluia diſcipulis eius.

Dom. Sca in Paſch. ad Miſſam.

Ant. Reſurrexi, & adhuc tecum ſum, alleluia: poſuiſti ſuper me manum tuam alleluia: mirabilis facta eſt ſcientia tua, alleluia all.

Pſal. Dne probaſti me.

Grad. Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

℣. Confitemini Domino, quoniam bonus.

All. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

℣. Epulemur.

Offert. Terra tremuit & quievit, dum reſurgeret in iudicio Deus, alleluia.

Ad Comm. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, alleluia. Itaque epulemur in azymis ſinceritatis & veritatis, all. all.

Feria II.

Ant. Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel, alleluia: & ut lex Domini ſemper ſit in ore veſtro, alleluia, alleluia.

Pſal. Confitemini Domino.

Grad. Hæc dies, quam.

℣. Dicat nunc.

All. Dominus regnavit, decorem.

Offert. Angelus Domini deſcendit.

Ad Comm. Surrexit Dominus, & apparuit Petro, all. quem quæris mulier? alleluia, viventem cum mortuis, alleluia. (3)

Feria III.

Ant. Aqua ſapientiæ potavit eos, all. confirmabitur in illis & non flectetur, All. & exaltabit eos in æternum. All. all.

Pſal. Confitemini Dno, quoniam.

Grad. Hæc dies. *Ut ſupra.*

℣. Dicant nunc, qui redemti ſunt a Dno, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos.

Alla. Chriſtus reſurgens iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. All. *quale voluerit.*

Offert.

---

(1) Codex *San-Blaſ.* hic præmittit *In Sabb. S. Paſchæ Canticum de Exodo* Cantemus Domino &c. *Canticum Eſaiæ* Vinea facta eſt &c. *Canticum de Deutero.* Attende cœlum &c. *Canticum de Pſ.* XLI. Sicut cervus &c. Quæ hodieque inter lectiones XII. Sabb. canuntur, ultimum autem ad benedictionem Fontis.

(2) Præter *Othobonianum* nullus ex editis codicibus *Offertorium* hac die habet. Antiphonam autem *Ad Comm.* omnino nullibi reperi, niſi in noſtro hoc *Rhenang.* Ponitur autem iuxta antiquiſſimum ritum *Romanum*, de quo in ordine divini officii a nobis volumine ſequenti P. II. edendo ſic legitur: *Poſtquam omnes communicaverint, dicit orationem ad Compl. Dicit diaconus* Ite miſſa eſt. *ſecundum ordinem Romanum. Sed uſus Eccleſiæ non vult hoc propter veſperos. In hac nocte de veſpertinali ſynaxi apud Romanos nihil agitur, neque ante Miſſam neque poſt Miſſam.* Vid. quæ ad illum locum adnotavimus.

(3) In omnibus editis prior tantum pars huius antiphonæ legitur: forte poſteriora ad Offertorium ſpectant.

Digitized by Google

Offert. Intonuit de cœlo Dns, & Altiſſimus dedit vocem ſuam, & apparuerunt fontes aquarum. alla.

Ad Comm. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, All. ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite. All.

Feria IIII.

Ant. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, alleluia, quod vobis paratum eſt ab origine mundi, alleluia, alleluia.

Pſal. Cantate.

Grad. Hæc dies quam fecit.

All. (1) Redemptionem miſit Dominus.

℣. Dextera Dni fecit virtutem.

Alla Oportebat pati Chriſtum.

Offert. Portas cœli aperuit Dominus, & pluit illis manna: panem Angelorum manducavit homo. All.

Ad Comm. Chriſtus reſurgens a mortuis, alleluia. iam non moritur alleluia, mors illi ultra non dominabitur, alleluia, all.

Feria V.

Ant. Victricem manum tuam Dne laudaverunt pariter, alla: quia ſapientia aperuit os muti, & linguas infantium fecit diſſertas, All.

Pſal. Confitemini Dno. *Al.* Dnus regnavit, *vel* Cantate Dno.

Grad. Hæc dies.

℣. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.

All. In die reſurrectionis meæ, dicit Dns, præcedam vos in Galilæam.

Offert. In die ſolemnitatis veſtræ, dicit Dns, inducam vos in terram fluentem mel & lac, all.

Ad Comm. Populus adquiſitionis adnunciate virtutes eius, alla, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen ſuum all.

Fer. VI.

Ant. Eduxit eos Dns in ſpe, all. & inimicos eorum operuit mare, all. all.

Pſal. Adtendite populo meus legem.

Grad. Hæc dies.

℣. Benedictus qui venit in nomine Dni.

Alla Surrexit Altiſſimus de ſepulchro.

Offert. Erit vobis hic dies memorialis, alla; & diem feſtum celebrabitis ſolemnem Dno in promias veſtras legitimum ſempiternum diem, alla.

Ad Comm. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. alla. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. All. All.

Sabb. item ad Miſſ.

Ant. Eduxit Dominus populum ſuum, alleluia.

Pſal. Confitemini Domino.

Grad. Hæc dies quam fecit.

All. Laudate pueri Dominum, laudate.

Offert. Benedictus, qui venit in nomine Domini, benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis, alleluia, all.

Ad Comm. Omnes, qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, alleluia, all.

Item ad Miſſam Dom. Oct. Paſchæ. (2)

Ant. Quaſi modo geniti infantes, alleluia: rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, all. all.

Pſal. Exultate Deo adiutori.

All. Hæc dies, quam fecit Dominus.

All. Paſcha noſtrum immolatus.

All. In reſurrectione tua Chriſte cœlum & terra lætantur. Lux tua fulgebit ſuper terram.

All. Paſcha noſtrum.

Offert. Angelus Domini deſcendit.

Ad Comm. Mitte manum tuam in latus meum,

---

(1) Diverſitas in *Allel.* & Verſibus Tempore Paſchali maxime eſt; unde eam deinceps non notabimus, niſi ex noſtris Mſſ.

(2) In San-Blaſ. *Dnca poſt Albas*, quæ hodie prima eſt poſt Paſcha.

Digitized by Google

meum, & cognoſce loca clavorum, allel. & noli eſſe incredulus, ſed fidelis, all.

Dom. I. poſt Oct. Paſchæ. (1)

Ant. Miſericordia Dni plena eſt terra, alleluia: verbo Dni cœli firmati ſunt allel. allel.

Pſal. Exultate iuſti in Domino.

All. Confitemini Domino & invocate.

All. Confitemini Domino, quoniam bonus.

All. Surrexit Dnus vere & apparuit Simoni Petro: at illi narrabant eis, quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

All. Surrexit paſtor bonus, qui poſuit animam ſuam pro ovibus ſuis, & pro ſuo grege mori dignatus eſt.

Offert. Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.

Ad Comm. Ego ſum paſtor bonus, alleluia: & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ, alleluia, all.

Dom. II. poſt Oct. Paſchæ.

Ant. Iubilate Deo omnis terra, alleluia: pſalmum dicite nomini eius, alleluia, alleluia, alleluia.

℣. Dicite Deo, quam terribilia ſunt.

All. Redemptionem miſit Dnus.

All. Eduxit Dnus populum ſuum.

All. Obtulerunt diſcipuli Dno partem piſcis aſſi, & favum mellis.

All. Chriſtus reſurgens ex mortuis.

Off. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum.

Ad Com. Modicum, & non videbitis me, alleluia: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem, alleluia, allel.

Dom. III. poſt Oct. Paſchæ.

Ant. Cantate Dno canticum novum, alleluia: quia mirabilia fecit Dominus, alleluia: ante conſpectum gentium revelavit iuſtitiam ſuam, allel. all.

℣. Salvavit.

All. Surrexit Dns vere, & apparuit Simoni Petro.

All. Benedictus es Dei Filius, qui reſurrexiſti a mortuis, miſerere nobis.

All. In die reſurrectionis. *Ut ſupra.*

Off. Iubilate Deo omnis terra. *Require in Dom. III. poſt Theophaniam.*

Ad Com. Dum venerit Paraclitus, Spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio, all. all.

Dom. IIII. poſt Oct. Paſchæ.

Ant. Vocem iucunditatis & nunciate (S. Blaſ. *adnuntiate*) & audiatur, alleluia: nunciate uſque ad extremum terræ: liberavit Dnus populum ſuum, allel.

℣. Iubilate Deo.

All. Confiteantur Domino.

All. Cantate Dno canticum.

All. Benedictus es. *All.* Chriſtus reſurgens.

Off. Benedicite gentes Dnum Deum noſtrum, & obaudite vocem laudis eius; qui poſuit animam meam ad vitam, & non dedit commoveri pedes meos: benedictus Dnus, qui non amovit orationem & miſericordiam ſuam a me, allel.

Ad Com. Cantate Dno, alleluia: cantate

(1) i. e. Dominica II. poſt Paſcha; & ſic de ſequentibus.

Digitized by Google

tate Dno & benedicite nomen eius: bene nuntiate de die in diem ſalutare eius, allel. allel. (a) *Poſtea Letania.* (1)

In Letania Maiore.

Ant. Exaudivit de templo ſancto ſuo vocem meam, alleluia: & clamor meus introivit in aures eius: allel. allel.

Pſalm. Diligam te Dne.

All. Confitemini Dno, quoniam.

Off. Confitebor Dno nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum; quia adſtitit a dextris pauperis: ut ſalvam faceret a perſequentibus animam meam, allel.

Ad Com. Petite, & accipietis: quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis: omnis enim, qui petit accipit, & qui quærit, invenit: & pulſanti aperietur, alleluia.

In Vigl. Aſcenſa Dni.

Ant. Narrabo nomen tuum fratribus (2) meis, alleluia: in medio Eccleſiæ laudabo te, allel. all.

℣. Deus, Deus meus reſpice.

All. Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.

Off. Deus, Deus meus! ad te de luce vigilo.

Ad Com. Pater! cum eſſem cum eis, ego ſervabo (al. *ſervabam*) eos, quos dediſti mihi, alleluia: nunc autem ad te venio, non rogo ut tollas eos, ſed ut ſerves eos a malo, allel.

Alia.

(1) Letania quæ hic notatur poſt Dominicam quartam poſt octavas Paſchæ i. e. Dominicam quintam poſt paſcha, ad dies Rogationum pertinet, nihil morante inſcriptione ſequenti *in letania maiore*, quo quippe nomine etiam Rogationum dies veniſſe P. III. Diſquiſ. X. cap. 7. n. 14. oſtendimus.

(2) Varias huius Vigiliæ Miſſas exhibet THOMAS. T. V. opp. ac propriam etiam PAMELIUS; unde conſtat, olim hanc Vigiliam peculiari officio fuiſſe celebratam: quamquam iam tempore MICROLOGI ſec. XI. officium Dominicæ præcedentis in ea ſit repetitum, uti mox infra ex *San-Blaſiano* notabimus.

(a) *In Nat. S. Tiburtii & Valerii & Maximi.*

Ant. Sancti tui Dne benedicent te. *Pſal.* Exaltabo te Deus meus rex. *Offert.* Confitebuntur cœli. *Alii.* Lætamini in Dno. *Commun.* Gaudete iuſti.

De S. Georgio.

Ant. Protexiſti me Deus. *Pſal.* Exaudi Deus orationem. *Offert.* Confitebuntur cœli. *Commun.* Lætabitur iuſtus. *In* San-Gall. *apud* THOMASIUM *notatur etiam officium S. Marci Evang.* quod in cæteris deeſt.

In maiore letania. *Ut ſupra: ſequitur.* In Vigilia Aſcenſionis Dni: *Ut ſupra notatur.*

In Nat. S. Vitalis M.

Ant. Protexiſti me Deus. *Offert.* Repleti ſumus mane miſericordia tua, Alleluia: exultavimus & lætati ſumus, alleluia. *Commun.* Ego ſum vitis vera, & vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, Allel. Allel.

In Nat. Apoſtolorum Philippi & Iacobi.

Ant. Exclamaverunt ad te. *Pſal.* Exultate iuſti. *Offert.* Confitebuntur cœli. *Commun.* Tanto tempore.

In Nat. S. Alexandri, Eventii & Theoduli.

Ant. Clamaverunt iuſti, & Dnus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. *Pſal.* Benedicam Dno in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. *Allel.* Gaudete iuſti. *Offert.* Repleti ſumus. *Commun.* Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.

In San-Gall. Thomaſ. & Pamel. *notatur etiam Inventio S. Crucis.*

In Nat. S. Gordiani & Epimachi.

Ant. Sancti tui Dne. *Grad.* Iuſtorum animæ. ℣. Viſi ſunt oculis. *Offert.* Mirabilis Deus in Sanctis. *Commun.* Gaudete iuſti.

In Nat. S. Nerei, Achillei & Pancratii.

Ant. Ecce oculi Dni. *Pſal* Exultate iuſti. *Offert.* Confitebuntur cœli. *Comm.* Gaudete iuſti.

In dedicatione Eccleſiæ (S. Mariæ ad Martyres).

Ant. Terribilis eſt locus. *Pſal.* Quam dilecta *All.* Dnus regnavit, decorem. *Grad* Locus iſte a Deo factus eſt ℣. Deus cui adſtat. *Offert.* Domine Deus in ſimplicitate. *Comm.* Domus mea.

In Nat. S. Pudentianæ.

Ant. Dilexiſti iuſtitiam. *Grad.* Diffuſa eſt. *Offert.* Offerentur. *Comm.* Diffuſa eſt gratia.

Digitized by Google

Alia.

Ant. Vocem iocunditatis.
All. Omnes gentes plaudite.
Off. Aſcendit Deus.
Ad Com. Pater cum eſſem.

In Aſcenſa Dni.

Ant. Viri Galilæi, quid admiramini aſpicientes in cœlo? all.: quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlo, ita veniet: all. all. all.

Pſ. Exſurgat

Pſ. Omnes gentes plaudite. *Ita & alii.*

All. Aſcendit Deus in iubilatione, & Dnus in voce tubæ.

All. Dominus in Sinai in ſancto, aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem.

Off. (1) Viri Galilæi, quid admiramini aſpicientes in cœlo, hic Ieſus, qui aſſumptus eſt in cœlo, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum, all.

Ad Com. Pſallite Dno, qui aſcendit ſuper cœlos cœlorum ad Orientem.

Dom. poſt Aſcenſ. Dni.

Ant. Exaudi Dne vocem meam, qua clamavi ad te, all.: tibi dixit cor meum, quæſivi vultum tuum, vultum tuum Dne requiram: ne avertas faciem tuam a me, all. all.

Pſ. Dominus illuminatio mea.

All. Aſcendit Deus in iubilatione.

All. Dominus in Sina

All. Confiteantur Dno omnia.

Off. Aſcendit Deus in iubilatione, & Dnus in voce tubæ.

Off. Viri Galilæi. *Alii.* Lauda anima mea Dominum.

Ad Com. Pater cum eſſem cum eis. (a)

In Sabb. Pentecoſt.
Ad Introitum Letania.

All. Confitemini Domino, quoniam bonus.

Tract. Laudate Dnum omnes.

Off. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur; & renovabis faciem terræ: ſit gloria Dni in ſecula, allel.

Ad Com. Ultimo feſtivitatis die dicebat Ieſus: qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ: hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, allel.

Dom. Sco Pentecoſt. Stat. ad Scm PETRUM.

Ant. Spiritus Dni replevit orbem terrarum, all. & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis, allel. all. all.

Pſal. Exſurgat Deus.

Pſal. Confirma hoc Deus.

All. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.

All. Spiritus Dni replevit orbem terrarum, & hoc, quod continet.

All. Veni ſancte Spiritus.

Off. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, a templo tuo, quod eſt in Hieruſalem: tibi offerent reges munera, all.

Ad

(1) Ita & *San-Blaſ.* ac *San-Gall.* apud THOMAS. licet PAMELIUS cum aliis habeat Offert. *Aſcendit Deus.*

(a) *In Nat. S. Urbani Papæ.* *Ant.* Sacerdotes tui Dne. *Grad.* Inveni David. *Offert.* Veritas mea. *Comm.* Fideliſ ſervus.

Digitized by Google

Ad Com. Factus eſt repente de cœlo ſonus advenientis ſpiritus vehementis.

Fer. II. Stat. ad Scm PETRUM.

Ant. Cibavit eos ex adipe frumenti, all. & de petra mellis (*melle*) ſaturavit eos. All. all.

Pſ. Exultate Deo.

All. Spiritus Dni replevit orbem.

All. Emitte Spiritum tuum.

All. Veni S. Spiritus.

Off. Portas cœli aperuit.

Ad Com. Spiritus ſanctus docebit vos, alleluia: quæcunque dixero vobis, all.

Feria III.

Ant. Accipite iocunditatem lætitiæ veſtræ, allel. gratias agentes Deo, allel. qui vos ad cœleſtia regna vocavit. All. all. all.

Pſ. Attendite populo meus.

All. Emitte. *All.* Veni S. Spiritus.

Off. Portas cœli aperuit Dominus, & pluit illis manna, ut ederent: panem cœli dedit illis, panem Angelorum manducavit homo.

Ad Com. Spiritus qui a Patre procedit, allel. ille me clarificabit, all. all.

Fer. IIII.

Ant. Deus, cum egredereris coram populo tuo, allel.; iter faciens eis, all.: habitans in illis. All. all.

Pſ Exurgat Deus.

All. Spiritus Dni replevit.

All. Paraclitus Spiritus.

Off. Emitte Spiritum tuum. (1)

Ad Com. Pacem meam do vobis, all. pacem relinquo vobis. All. all.

Feria V.

Ant. Spiritus Dni. *Ut ſupra in Feſto.*

Feria VI.

Ant. Repleatur os meum laude tua, all. ut poſſim cantare, all. Gaudebunt labia mea, cum cantavero tibi, all. all.

Pſ. In te Dne ſperavi.

All. Spiritus Dni. *Ut ſupra.*

Off. Lauda anima mea Dnm, laudabo Dnm in vita mea, pſallam Deo meo, quamdiu ero.

Ad Com. Spiritus ubi vult, ſpirat, & vocem eius audis, all. & neſcis unde veniat, aut quo vadat, all. all. all.

Sabb.

Ant. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, all per inhabitantem Spiritum eius in nobis, all. all.

Pſ. Dne Deus ſalutis meæ.

Grad. Allel. Emitte Spiritum. *Ut ſupra.*

All. Spiritus Dni replevit.

All. Paracletus Spiritus.

All. Sancti Spiritus Dne corda noſtra mundet infuſio, & ſui roris intima aſperſione fecundet. (2)

Hymnus. Benedictus es.

Tract. Laudate Dnm.

Off. Emitte Spiritum. *Ut ſupra.*

Ad Com. Non vos relinquam orphanos, veniam ad vos iterum all. & gaudebit cor veſtrum. All. all. (a)

Octava

(1) Hoc Offertorium, quod & *San-Gallenſe* habet, genuinum Gregorii eſſe, Micrologus cap. 25. & 28 aſſerit. uti & Sabb. ſeq.

(2) Ita etiam in *San-Gallenſi* apud Thomasium legitur: ſed loco Grad. *Emitte*; habetur *Veni.*

(a) *In Nat. S. Marcellini & Petri.*

Ant. Clamaverunt iuſti. *Grad.* Clamaverunt. ℣. Iuxta eſt Dnus. *Offert.* Lætamini in Dno. *Comm.* Iuſtorum animæ

In Nat. SS. Primi & Feliciani.

Ant. Sapientiam Sanctorum. *Pſal.* Exultate iuſti. *Grad.* Iuſtorum animæ. *Offert.* Mirabilis Deus. *Comm.* Ego vos elegi de mundo

In Nat. S. Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii.

Ant. Intret in conſpectu tuo. *Grad.* Vindica Dne. ℣. Poſuerunt mortalia. *Offert.* Exultabunt ſancti. *Comm.* Poſuerunt mortalia. *In San-Gallenſi* Thomasii notatur etiam officium SS. Viti, Modesti, & Crescentiæ.

In Nat. S. Marci & Marcelliani.

Ant. Salus autem iuſtorum. *Pſal.* Noli æmulari. *Grad.* Anima noſtra. *Offert.* Anima noſtra *Comm.* Amen dico vobis: quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Venite Benedicti Patris mei, poſſidete præparatum vobis regnum ab initio ſeculi.

In Nat. S. Gervaſii & Protaſii.

Ant. Loquetur Dnus pacem. *Pſal.* Benedixiſti Dne. *Grad.* Iuſtorum animæ. *Offert.* Lætamini in Dno. *Comm.* Poſuerunt mortalia.

Digitized by Google

Octava Pentecoſtes.
Canitur ſicut in Die Pentecoſtes. (1)

Dom. poſt Oct. Pentecoſtes. (2)

Ant. Domine, in tua miſericordia ſperavi: exultavit cor meum in ſalutari tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi.

Pſ. Uſquequo Domine.

Grad. Miſerere mihi Dne, quoniam infirmus ſum: ſana me Dne.

All. Confiteantur tibi Dne.

Grad. Ego dixi, Dne, miſerere mei, ſana animam meam, quia peccavi tibi.

℣. Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dns.

All. Dne Deus meus in te ſperavi.

Off. Intende voci orationis meæ, Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Dne.

Ad Com. Narrabo omnia mirabilia tua, lætabor & exultabo in te, pſallam nomini tuo Altiſſime.

Dom. II. poſt Oct. Pentecoſtes.

Ant. Factus eſt Dns protector meus, & eduxit me in latitudinem: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Pſ. Diligam te.

Gr. Domine, Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

℣. Quoniam elevata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.

All. Dominus regnavit, decorem.

Grad. Ad Dnm, cum tribularer, clamavi, & exaudivit me.

All Deus index iuſtus, fortis & patiens, numquid iraſcitur per ſingulos dies?

Off. Domine convertere, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Ad Com. Cantabo Dno, qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini tuo Altiſſime.

Dom. III. poſt Oct. Pentecoſt.

Ant. Reſpice in me, & miſerere mei Domine, quoniam unicus & pauper ſum ego: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea, Deus meus.

Pſ. Ad te levavi.

Grad. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, ſperent in te, qui noverunt te, quoniam non dereliquiſti quærentes te Dne.

℣. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis, patientia non peribit.

All. Iudica Dne nocentes me.

Grad. Iacta cogitatum tuum in Dno, & ipſe te enutriet.

All. Diligam te Dne virtus mea, Dns firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Off. Sperent in te omnes, qui noverunt nomen tuum Dne, quoniam non derelinquis quærentes te; pſallite Dno, qui habitat in Sion: quoniam non eſt oblitus orationem pauperum.

Ad Com. Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea.

Dom. IIII. poſt Oct. Pentecoſt.

Ant.

(1) Berno *Augienſis* de rebus ad miſſam ſpectantibus, ut Feſtum SS. Trinitatis ceu res nova impediretur, octavam Pentecoſtes celebrandam conſuluit ſec. XI. quod hic factum vides iam ſec. VIII. etſi *Romanus* ritus contrarius fuiſſe videatur. Vid. Grancol. in Br. R. L. II. cap. 8. &c. Thomasin. Tr. I. des Feſtes. L. II. cap. 17.

(2) De Dominicis poſt Pent. vid. Diſquiſ. X. cap. V. pag. 975.

Ant. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dnus defenſor vitæ meæ, a quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.

Pſ. Si conſiſtant.

Gr. Exurge Dne, non prævaleat homo, iudicentur gentes in conſpectu tuo.

℣. In convertendo inimicum.

Grad. Propitius eſto Dne peccatis noſtris, nequando dicant gentes, ubi eſt Deus eorum?

All. Dne in virtute tua lætabitur.

All. Quoniam Deus magnus, Dominus, & Rex magnus ſuper omnem terram.

Off. Inclina (S. Blaſ. *Inlumina*) oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.

Ad Comm. Dominus firmamentum meum, & refugium meum; liberator meus, Deus meus, adiutor meus.

Dom. V. poſt Oct. Pentecoſt.

Ant. Exaudi vocem meam, qua clamavi (*ad te*) adiutor meus eſto, ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. *Pſ.* Dns illuminatio.

Grad. Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſervo tuo.

℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto.

All. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hieruſalem.

Grad. Protector noſter aſpice Deus, & reſpice ſuper ſervos tuos.

All. In te Dne ſperavi, non confundar in æternum.

Off. Benedicam Domino, qui tribuit mihi intellectum: providebam Domino (*um*) in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt mihi, ne commovear.

Ad Comm. Unam petii a Dno, hanc requiram, ut inhabitem in domo Dni omnibus diebus vitæ meæ.

In Vigl. Sci IOHANN. Bapt.

Ant. Ne timeas Zacharias: Exaudita eſt oratio tua, & Heliſabeth uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannes: & erit magnus coram Domino, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ, & multi in nativitate eius gaudebunt.

Pſal. Dne in virtute tua.

Grad. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen Iohannes erat.

℣. Hic venit, ut teſtimonium perhiberet de lumine, & pararet Domino plebem perfectam.

Off. Gloria & honore coronaſti eum.

Ad Comm. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum Domine.

VIII. Kl. Iul. Natl. Sci IOHANNIS Baptiſtæ. (1)

Ant.

(1) Præter S. LUCIÆ & Natale Domini mox ſub ſequentia feſta, feſtum item *Purificationis* B. M. V. (niſi forte feſtum aliquod paginis exciſis poſt Dom. XII. poſt Pentec. habebatur) & S MICHAELIS, unum hoc eſt S. Io. *Baptiſtæ* inter feſta Sanctorum in Graduali vetuſtiſſimo: quod nimirum Conc. *Agathenſe* an. 506. can. 21. inter maximas connumeravit feſtivitates. Iam antea feſtum *hoc maiorum traditione* ſuſcepiſſe ſe S. AUGUSTINUS teſtatur T. V. opp. ſerm. 292. inter plures habitos ab eodem S. Patre ſermones *in Nativitate S. Io. Baptiſtæ*. Ubi etiam illud animadvertit, *poſt illum ſacroſanctum Domini Natalis diem nullius hominis nativitatem celebrari, niſi ſolius beati Ioannis Baptiſtæ. Quia*, ut loquitur alibi, nimirum ep. 174. *nullius illorum nativitas Domino militavit.* Paulus PACCIAUDI, qui de cultu S. IOANNIS *Baptiſtæ* antiquitates chriſtianas ſingulari libro explicavit, in ea ſententia eſt diſſ. I. cap. 1. primarium totius chriſtiani orbis templum *Romæ* ad ædes Lateranas in *Cælii* montis dorſo a CONSTANTINO extructum non tantum a proxi-

Digitized by Google

Ant. De ventre matris meæ vocavit me Dominus nomine meo: & posuit os meum ut gladium acutum: sub tegumento matris (*manus*) suæ protexit me, posuit me quasi sagittam electam.

Psal. Bonum est.

Grad. Priusquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de ventre, sanctificavi te.

℣. Misit manum suam, & tetigit os meum, & dixit mihi. (1)

All. Beatus vir qui timet Dominum.

All. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Off. Iustus ut palma florebit, sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur.

Ad Comm. Tu puer propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.

Dom. VI. post Oct. Pentecost. (a)

Ant. Dominus fortitudo plebis suæ & protector salutarium Christi sui est.

---

mo ei baptisterio basilicam *S. Ioannis* appellatam, *sed*, inquit, *quia vere, quum sanctissimis religionibus consecraretur, Baptistæ patrocinio sit comprobata.* Habetur hic unica missa in die, cum tamen in sacramentario, cui in codice *Rhenaugiensi* Graduale hoc eadem manu adscriptum legitur, duæ habeantur p. 139. &c unaque tertia in vigilia: quo de ritu laudatus PACCIAUDI agit Diss IV. cap 1. Terminabatur hic ultima ex tribus illis Quadragesimis, de quibus diximus P. III. Disquis. X. cap. 3. n. 14. sed contenta quatuordecim tantum diebus, de quibus in Conc. *Saleganstad.* an. 1022. statuitur: *Ut quatuordecim dies omnes Christiani ante festivitatem S. Iohannis Baptistæ in abstinentia sint carnis & sanguinis, nisi infirmitate impediente, aut alicuius festi solemnitate, quæ in illo episcopio celebris habetur, interdicente.* In antiquo ordine divini officii, sec. XII. quem P. II. edemus, quædam praxis diversitas notatur his verbis: *Duas autem varietates habet Ecclesia de ieiunio, quod sit post resurrectionem Domini. Secundum vulgarem usum statuunt terminum quadragesimalis ieiunii in festivitate sancti Iohannis, aliqui volunt omnes dies habere in lætitia.* Quod non est intelligendum de ieiunio Vigiliæ nativitatis S. Io. *Bapt.* quod specialiter notatur in laudato paulo ante antiquissimo sacramentario *Rhenaugiensi*, cui Graduale hoc annectitur, his verbis: *Ieiunium S. Ioannis Baptistæ.* Additur missa pro more vigiliarum, quæ ipsa in sacram. *Gelasiano* & *Gallicanis* desideratur. Ut iam P. III. Disquis. IX. cap. 2. n. 19. p. 899. notavimus.

(1) Nempe more antiquo post ℣. semper repetebatur Graduale, & sic sensus satis concinnus prodibat; qui nunc neglecto hoc ritu sæpe hic & alibi hiat.

(a) *In Nat. SS. Iohannis & Pauli.*

Ant. Multæ tribulationes iustorum. *Psal.* Benedicam Dno. *Grad.* Ecce quam bonum. ℣. Sicut unguentum. ℣. Mandavit Dnus benedictionem & vitam usque in seculum. *Offert.* Gloriabuntur in te. *Comm.* Etsi coram hominibus.

In Vig. S. Petri & Pauli.

Ant. Dicit Dnus Petro. *Psal.* Cœli enarrant. *Grad.* In omnem terram. ℣. Cœli enarrant. *Offert.* Mihi autem nimis. *Comm.* Simon Iohannis diligis me.

In Nat. S. Petri.

Ant. Nunc scio vere. *Psal.* Dne probasti me. *Grad.* Constitues eos. ℣. Pro patribus tuis. Allel. Tu es Petrus. ℣ Beatus es Simon Petre, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis. *Offert.* Constitues eos. *Comm.* Tu es Petrus.

De S. Paulo.

Ant. Scio cui credidi. *Psal.* Cœli enarrant. *Grad.* Qui operatus est Petro. ℣. Gratia Dei. *Offert.* In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Comm.* Amen dico vobis, quod vos.

In Nat. S. Processi & Martiniani.

Ant. Iudicant sancti gentes, & dominantur populis, regnabit Dnus Deus illorum in perpetuum. *Psal.* Exultate iusti. *Grad.* Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate Dno canticum novum, laus eius in ecclesia Sanctorum. *Offert.* Gloriabuntur. *Comm.* Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.

In Nat. VII. Fratrum.

Officium hoc etiam in Pameliano præcedit octavam Apostolorum.

Ant. Laudate pueri Dnum. *Psal.* Sit nomen Dni. *Grad.* Vindica Dne. All. Laudate pueri. *Offert.* Anima nostra. *Commun.* Quicumque fecerit voluntatem.

In Octava Apostolorum.

Ant. Sapientiam Sanctorum. *Grad.* Iustorum ani-

Digitized

eſt. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ, & rege eos uſque in ſeculum.

Pſal. Ad te Domine clamabo.

Grad. Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Dni.

℣. Ut videam voluntatem.

All. Dominus regnavit, decorem.

Grad. Convertere Domine aliquantulum, & deprecare ſuper ſervos tuos.

℣. Domine refugium factus es nobis a generatione & progenie.

All. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.

Off. Perfice greſſus meos.

Ad Comm. Circuibo & immolabo in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis cantabo, & pſalmum dicam Domino.

Dom. VII. poſt Oct. Pentecoſt. (1)

Ant. Omnes gentes plaudite manibus.

℣. Subiecit.

Grad. Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos.

℣. Accedite ad eum, & inluminamini.

All. Venite exultemus Domino.

All. Eripe me de inimicis meis Dne, & ab nſurgentibus in me libera me.

Off Sicut in holocauſtum arietum & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium: & ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi, quia non eſt confuſio confidentibus in te, Domine.

Ad Comm. Inclina aurem tuam, accelera, ut eruas me.

Dom. VIII. poſt Oct. Pentecoſt.

Ant. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui: ſecundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iuſticia plena eſt dextera tua.

Pſal. Magnus Dominus.

Grad. Liberaſti nos Domine ex adfligentibus nos, & eos, qui nos oderunt, confudiſti.

℣. In Deo laudabimus tota die, & in nomine tuo confitemur (*confitebimur in ſecula*).

All. Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante Deum.

Grad.

(1) In *Othobon.* deeſt hæc Dnca, officium tamen habetur Dnca 22. p. Pent. deficit quoque in Antiphonario *Romano*, aliisque Codd. Mſſ. in quibus ſequens Dominica VIII. dicitur VII. & ſic deinceps; unde etiam Dominicarum poſt Pentecoſten diverſitas quædam conſurgit.

mæ. *Offert.* Exultabunt Sancti. *Comm.* Iuſtorum animæ.

In Nat. S. Praxedis Virg.

Ant. Loquebar de teſtimoniis. *Grad.* Dilexiſti iuſtitiam. *Offert.* Diffuſa eſt gratia. *Comm.* Simile eſt regnum.

In Nat. S. Apollinaris Epi & Mart.

Ant. Sacerdotes Dei. *Grad.* Inveni David. *Offert.* Veritas mea. *Comm.* Semel iuravi in Sancto meo, ſemen eius in æternum manebit, & ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis.

In Nat. S. Felicis Papæ & Mart. Simplicii, Fauſtini & Beatricis.

Inſcriptio quidem eſt de omnibus, ſed officium de ſolo S. Felice, uti & in San-Gall. Thomaſ.

Ant. Sacerdotes eius induant ſalutare, & Sancti eius exultatione exultabunt. *Pſal.* Memento Dne David. *Grad.* Sacerdotes eius induant . . . exultabunt. ℣. Illuc producam cornu David, paravi lucernam Chriſto meo. *Offert.* Veritas mea. *Comm.* Beatus ſervus.

S. Abdon & Semes.

Ant. Intret in conſpectu. *Grad.* Glorioſus Deus. *Offert.* Mirabilis Deus. *Comm.* Poſuerunt mortalia. *In San-Gall.* THOMASII *notatur feſtum S. Petri ad Vincula, quod in noſtro deeſt.*

Digitized by Google

Grad. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii, ut salvum me facias.

℣. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

All. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem.

Off. Populum humilem salvum facias, & oculos superborum humiliabis, quoniam quis Deus præter te Domine?

Ad Comm. Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Beatus vir, qui sperat in eo.

Dom. VIIII. post Oct. Pentecost.

Ant. Ecce Deus adiuvat me, & Dominus susceptor est animæ meæ: averte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos, protector meus Dne.

Psal. Deus in nomine tuo.

Grad. Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis.

℣. Eructavit cor meum.

All. Cantate Domino canticum.

Grad. (1) Domine, Dominus noster.

℣. Quoniam elevata est.

All. Attendite populo meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Off. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda, & dulciora super mel & favum: nam & servus tuus custodit ea.

Ad Comm. Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis, dicit Dominus.

Dom. X. post Oct. Pentecost.

Ant. Dum clamarem ad Dominum, exaudivit vocem meam, ab his qui adpropinquant mihi: & humiliavit eos, qui est ante secula, & manet in æternum: iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.

Psal. Exaudi Deus.

Grad. Benedictus Dominus Deus Israel.

℣. Suscipiens (*ant*) montes pacem.

All. Iubilate Deo omnis terra.

Grad. Custodi me Dne.

All. Exultate.

Offert. Ad te Domine levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim universi, qui te expectant, non confundentur.

Ad Comm. Acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, super altare tuum Dne.

Dom. XI. post Oct. Pentecost.

Ant. Deus in loco sancto suo: Deus inhabitare facit unanimes in domo:

(1) Gradualia tam huius quam sequentium Dnicarum ex codice *San-Blasiano* desumta nec in *Pamel.* nec in *Othobon.* extant suo ordine, sed plerumque Dominica insequente primum.

In Nat. S. Stephani Epi & Mart.

Ant. Iustus ut palma florebit. *Psal.* Bonum est confiteri. *Grad.* Iustus non conturbabitur, quia Dnus firmat manum eius. ℣. Tota die miseretur & commodat, & semen eius in benedictione erit. *Offert.* Inveni David. *Comm.* Dne quinque talenta.

In Nat. S. Sixti, Felicissimi & Agapiti.

Ant. Salus autem. *Grad.* Iustorum animæ. *Offert.* Gloriabuntur in te. *Comm.* Ego vos elegi.

In Nat. S. Cyriaci & sociorum eius.

Ant. Timete Dnum omnes Sancti eius. *Psal.* Benedicam Dno. *Grad.* Timete Dnum. ℣. Inquirentes autem. *Offert.* Lætamini in Dno. *Comm.* Signa eos, qui in me credunt.

In Vigilia S. Laurentii Mart.

Ant. Dispersit dedit pauperibus. *Psal.* Beatus vir qui timet. *Grad.* Dispersit dedit. ℣. Potens in terra. *Off.* Oratio mea munda est. *Com.* Qui vult venire.

mo: ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ.

Pſal. Exſurgat Deus.

Grad. Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram.

℣. Deus meus pone illos ut rotam, ſicut ſtipulam ante faciem venti.

All. Confitemini Domino, & invocate nomen eius, adnuntiate.

Grad. In Deo ſperavit cor.

All. Dne Deus ſalutis meæ.

Offert. Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me: Domine clamavi ad te, & ſanaſti me.

Ad Comm. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis frugum tuarum, ut impleantur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia laudabunt (*redundabunt*).

Dom. XII. poſt Oct. Pentecoſt.

Ant. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuvandum me feſtina: confundantur & revereantur inimici mei, qui quærunt animam meam.

Pſal. Avertantur retrorſum.

Grad. Protector noſter aſpice Deus.

Deficientibus hic in codice Rhenaugienſi aliquot paginis, ex San-Blaſiano Dncas ſequentes ſupplemus.

Grad. Benedicam Dno in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.

℣. In Dno laudabitur anima mea, audiant manſueti, & lætentur.

All. Dne refugium factus es nobis a generatione & progenie.

Offert. Precatus eſt Moyſes.

Ad Comm. De fructu operum tuorum Dne ſatiabitur terra, ut educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis: ut exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.

Dom. XIII.

Ant. Reſpice Dne in teſtamentum tuum, & animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem. Exurge Dne, & iudica cauſam tuam: & ne obliviſcaris voces quærentium te.

Pſal. Ut quid Deus repuliſti.

Grad. Reſpice Dne in teſtamentum.

All. Venite exultemus Dno, iubilemus Deo ſalutari noſtro.

℣. Præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei.

Offert. In te ſperavi Dne: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea.

Ad Comm. Panem de cœlo dediſti nobis Dne, habentem omne delectamentum, & omnem ſaporem ſuavitatis.

Dom. XIV.

Ant. Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui: quia melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia.

Pſal.

In Nat. S. Laurentii M.

Ant. Confeſſio & pulcritudo. *Pſal.* Cantate Dno canticum. *Grad.* Probaſti Dne. ℣. Igne me examinaſti. *All.* Laurentius bonum opus operatus eſt. *Offert.* Confeſſio & pulcritudo. *Comm.* Qui mihi miniſtrat.

In Nat. S. Tiburtii M.

Ant. Iuſtus ut palma. *Grad.* Os iuſti meditabitur ſapientiam. ℣. Lex Dei eius. *Offert.* In virtute tua. *Comm.* Poſuiſti Dne.

In Nat. S. Hippolyti & ſociorum eius.

Ant. Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, delectentur in lætitia. *Pſal.* Exurgat Deus, & diſſipentur. *Grad.* Iuſtorum animæ. *Offert.* Anima noſtra. *Comm.* Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui vos perſequuntur.

In Nat. S. Euſebii Confeſſoris.

Ant. Os iuſti. *Grad.* Os iuſti. *Offert.* Deſiderium animæ eius. *Comm.* Beatus ſervus. *In San-Gall. Thomaſ. inſeritur hic Vigilia Aſſumtionis cum ſuo officio.*

In Aſſumtione S. Mariæ.

Ant. Vultum tuum. *Grad.* Propter veritatem. ℣. Audi filia. *Offert.* Offerentur regi. *Comm.* Dilexiſti iuſtitiam.

In Oct. S. Laurentii.

Officium hoc a Pameliano diverſum, idem eſt, quod in Thomaſiano primo loco ponitur in ipſo feſto.

Ant. Probaſti Dne cor meum. *Pſal.* Exaudi Dne

Pſal. Quam dilecta tabernacula.
Grad. Bonum eſt confidere.
All. Quoniam Deus magnus Dns, & rex magnus ſuper omnem terram.
Offert. Immittet Angelus Dni.
Ad Comm. Panis, quem.

Dom. XV.

Ant. Inclina Dne aurem tuam ad me, & exaudi me, ſalvum fac ſervum tuum Deus meus ſperantem in te: miſerere mihi Dne, quoniam ad te clamavi tota die.
Pſal. Lætifica animam ſervi tui.
Grad. Bonum eſt confiteri Domino.
All. Confitemini Dno, & invocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.
Offert. Expectans expectavi Dnm.
Ad Comm. Qui manducat carnem.

Dom. XVI.

Ant. Miſerere mihi, Dne, quoniam ad te clamavi tota die, quia tu Dne ſuavis & mitis es, & copioſus in miſericordia omnibus invocantibus te.
Pſal. Inclina Dne aurem tuam.
Grad. Timebunt gentes.
All. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & pſallam in gloria mea.
Offert. Dne in auxilium.
Ad Comm. Dne memorabor iuſtitiæ.

Dom. XVII.

Ant Iuſtus es Domine &c. (1)

Feria IIII.

Ant. Exultate Deo Adiutori nro, iubilate Deo Iacob; ſumite pſalmum iucundum cum cithara. Canite initio menſis tuba, quia præceptum in Iſrael eſt, & iudicium Deo Iacob.
Pſal. Teſtimonium in Ioſeph poſuit.
Grad. Tribulationes cordis mei.
Grad. Quis ſicut Dns Deus noſter.
℣. Suſcitans a terra inopem.
Offert. Meditabar.
Ad Comm. Comedite pinguia, & bibite muſtum, & mittite partes eis, qui non præparaverunt ſibi, ſanctus enim dies Dni eſt: nolite contriſtari, gaudium etenim Dni eſt fortitudo nra.

Fer. VI.

Ant. Lætetur cor quærentium.
Grad. Convertere Dne.
Offert. Benedic anima.
Ad Comm. Aufer a me opprobrium & contemtum, quia mandata tua exquiſivi Dne, nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt.

Sabbato.

Ant. Venite adoremus Deum, & procidamus ante Dnm: ploremus ante eum, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dns Deus noſter.
Pſal. Præoccupemus faciem eius. *Grad.*

(1) Eſt idem prorſus officium, quod in *Rhenaug.* ponitur Dom. XVIII. ſeq. in PAMELIO autem & THOMASIO eodem modo ut in *Blaſiano* notatur. Forte in exciſis paginis officia IV. Temporum poſt Dominicam XVI. notata erant, & ſequens Dom. XVII. officio proprio vacabat. Neque enim certæ hebdomadæ aſſignatæ erant iſtæ autumnalis ieiunii feriæ. Nos omnium Dominicarum officia ex Mſc. manco exhibuiſſe contenti, in re incerta haud immoramur. Exinde tamen *Rhenaugienſis* in Dominicarum ſupputatione deinceps una ſemper excedit; ut tamen omnes & editi & Mſſ. Dominicas XXIII. numerent, cum *Rhenaugienſis* officium Dominicæ ultimæ poſt Pentecoſten ad Dominicam V. ante Natale Domini reponat.

iuſtitiam. *Grad.* Probaſti Dne. *Offert.* Oratio mea munda. *Comm.* Qui mihi miniſtrat.

In Natale S. Agapiti.

Ant. Lætabitur iuſtus. *Grad.* Poſuiſti Dne. *Offert.* In virtute tua. *Comm.* Beatus ſervus.

In Nat. SS. Timothei & Symphoriani.

Ant. Salus autem. *Grad.* Iuſtorum animæ. *Offert.* Mirabilis Deus. *Comm.* Ego vos elegi.

In San-Gallenſ. Thomaſ. *habetur officium vigiliæ S. Bartholomæi: uti infra feſtum decollationis S. Ioannis Baptiſtæ.*

In Nat. S Hermetis M.

Ant. Iuſtus non conturbabitur, quia Dnus firmat manum eius: tota die miſeretur & commodat, & ſemen eius in benedictione erit; in æternum conſervabitur. *Pſal.* Noli æmulari. *Grad.* Iuſtus ut palma. *Offert.* In virtute tua. *Comm.* Poſuiſti Dne.

De S. Subina.

Ant. Cognovi Dne, quia æquitas. *Pſal.* Beati immaculati in via. *Grad.* Specie tua. *Offert.* Filiæ regum. *Comm.* Principes perſecuti ſunt me gratis, & a verbis tuis formidavit cor meum: lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui invenit ſpolia multa: concupivit anima mea teſtimonia tua Dne, & dilexit ea vehementer.

In Nat. SS. Felicis & Adaucti.

Ant. Sapientiam Sanctorum. *Grad.* Glorioſus Deus.

Digitized by Google

Grad. Propitius esto.
Grad. Protector noster.
Grad. Ad Dnm cum tribularer.
Grad. Dirigatur oratio
Cant Benedictus es Dne.
Tract. Laudate Dnm.
Offert. Dne Deus salutis meæ.
Ad Comm. Mense septimo festa celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti, ego Dns Deus vester.

In dedicatione S. Michaelis.

Ant. Benedicite Dno omnes Angeli eius, potes virtutes, qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermonis eius. *Psal.* Benedic anima mea Dno.
Grad. Benedicite Dno. *Ut supra.*
All. Concussum est mare & contremuit terra, ubi Archangelus Michael descendebat de cœlo.
Offert. Stetit Angelus iuxta aram (1) templi habens turabulum (*thuribulum*) aureum, & data sunt ei incensa multa, & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei.
Ad Com. Benedicite omnes Angeli eius Dnm, hymnum dicite, & superexaltate eum in secula. (a)

Dom.

(1) Hocce fragmentum ad festum S. MICHAELIS pertinet, quod etiam in sacramentariis *Gregoriano*, *Gelasiano* & *Leonino* habetur sub titulo dedicationis basilicæ Angeli in *Salaria*. Hinc autem defectus antiquissimi codicis nostri se prodit usque ad finem mensis *Septembris*; unde etiam festum Nativitatis B. M. V. complecti potuit, quod in statutis S. BONIFACII inter festivitates *Sabbatizandas* notatur VI. *Idus Septembris diem unum.* Extat etiam in sacramentario *Gelasiano* & antiquissimis *Gregorianis*, quos aliaque monumenta ecclesiastica recenset *Ed.* MARTENIUS de ant. eccl. rit. T. III. L. IV. cap. 34. Contra *Thomasinum*, qui festum hoc sec. IX. nondum institutum fuisse contendit.

Offert. Lætamini in Dno. *Comm.* Quod dico vobis in tenebris.

In Nat. S. Adriani Mart.

In San-Gall. Thomas. notatur etiam officium Nativitatis B. M.

Ant. Lætabitur iustus. *Grad.* Dne prævenisti eum. ℣. Vitam petiit a te. *Offert.* Gloria & honore. *Comm.* Posuisti Dne.

In Nat. S. Gorgonii Mart.

Ant. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. *Psal.* Dne Dnus noster. *Grad.* Posuisti Dne. *Offert.* Posuisti Dne in capite eius coronam de lapide pretioso, vitam petiit a te, (&) tribuisti ei, all. *Comm.* Qui vult venire.

In Exaltatione S Crucis.

Ant. Nos autem. *Grad.* Christus factus est. *Alleluia.* Dulce lignum. *Offert.* Protege Dne plebem tuam. *Comm.* Nos autem gloriari oportet in cruce Dni nostri Iesu Christi.

In San-Gall. cit. habetur etiam officium SS. Cornelii & Cypriani: & infra SS. Euphemiæ, Luciæ & Geminiani.

In Nat. S. Nicomedis M.

Ant. Lætabitur iustus. *Grad.* Posuisti Dne. *Offert.* Gloria & honore. *Comm.* Qui vult.

In Vigil. S. Matthæi Apost.

Ant. Ego autem sicut oliva. *Grad.* Iustus ut palma. *Offert.* Gloria & honore. *Comm.* Posuisti Dne.

In die Sancto.

Ant. Os iusti. *Grad.* Beatus vir qui timet. *Offert.* Inveni David. *Comm.* Magna est gloria.

In Nat. S. Cosmæ & Damiani.

Ant. Sapientiam Sanctorum. *Grad.* Clamaverunt iusti. *Offert.* Gloriabuntur. *Comm.* Posuerunt mortalia.

In laud. San-Gall. occurrit etiam officium vigiliæ S. Michaelis.

(a) *Codex San-Gallensis apud* THOMASIUM *hæc habet officia, scil. S. Marci Conf. SS. Sergii & Bacchi. SS. Dionysii & Rustici, S. Callisti Papæ, S. Lucæ Evangelistæ, & ad finem mensis vigiliæ & commemorationis omnium Sanctorum; quæ omnia in nostro San-Blasiano, utpote antiquiore, desunt.*

In Vigil. Apostolorum Simonis & Iudæ.

Ant. Intret in conspectu tuo. *Grad.* Vindica Dne. *Offert.* Exultabunt Sancti. *Comm.* Iustorum animæ.

In Nat. eorundem.

Ant. Mihi autem nimis honorati sunt. *Psal.* Dne probasti me. *Grad.* Nimis honorati sunt. ℣. Dinumerabo eos. *Offert.* In omnem terram. *Comm.* Vos qui secuti estis me.

In Nat. IIII. Coronatorum.

Ant. Intret in conspectu tuo. *Grad.* Vindica Dns. *Offert.* Anima nostra. *Comm.* Posuerunt mortalia.

In Nat. S. Theodori M.

Ant. In virtute tua. *Grad.* Dne prævenisti eum. *Offert.* Gloria & honore. *Comm.* Posuisti Dne.

Digitized by Google

Dom. XVIII. poſt Oct. Pentecoſt. (1)

Ant. Iuſtus es Dne, & rectum iudicium tuum : fac cum ſervo tuo ſecundum miſericordiam tuam.

Pſal. Beati immaculati.

Grad. Bonum eſt confiteri (l. *confidere in*) Dno, quam confiteri in homine.

℣. Bonum eſt ſperare in Domino.

All. Laudate nomen Domini, laud.

Grad. Beata gens, cuius eſt Dnus Deus eius.

All. In exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro, facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius.

Off. Oravi Deum meum ego Daniel, dicens: exaudi Domine preces ſervi tui: illumina faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum: & propitius intende populum iſtum, ſuper quem invocatum eſt nomen tuum, Deus.

Ad Comm. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu eius adferatis (*adfertis*) munera: terribili & ei qui auferat (*aufert*) ſpiritum principum: terribili apud reges terræ.

Dom. XVIIII. poſt Oct. Pentecoſt. (2)

Ant. Da pacem Domine ſuſtinentibus te, ut prophetæ tuæ (l. *tui*) fideles inveniantur: exaudi preces ſervi tui, & plebis tuæ Iſrael.

Pſal. Beati immaculati.

Pſal. Lætatus ſum in his.

Grad. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus.

℣. Fiat pax in virtute.

All. Laudate Dominum, quoniam benignus.

All. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem meam.

Off. Sanctificavit Moyſes altare Domino, offerens ſuper illud holocauſtum, immolans victimas: fecit ſacrificium matutinum Domino Deo in odorem ſuavitatis, in conſpectu filiorum Iſrael.

Ad Comm. Tollite hoſtias & introite in atria eius, adorate Dominum in aula ſancta eius.

Dom. XX. poſt Oct. Pentecoſt. (3)

Ant. Salus populi ego ſum, dicit Dnus: de quacunque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos, & ero illorum Dnus in perpetuum.

Pſal. Beati immaculati.

Grad.

(1) In *San-Blaſ.* eſt Dominica XVII.
(2) In *San-Blaſ.* aliisque eſt Dominica XVIII.
(3) In *San-Blaſiano* & aliis eſt Dominica XIX.

In Nat. S. Martini Epi.

Ant. Sacerdotes tui Dne. *Grad.* Ecce Sacerdos. *All.* Iuravit Dnus. *Offert.* Inveni David ſervum meum. *Comm.* Dne quinque talenta.

In Nat. S. Cæciliæ V.

Ant. Loquebar de teſtimoniis tuis. *Grad.* Audi filia. ℣. Speciæ tuæ. *Offert.* Offerentur. *Comm.* Confundantur ſuperbi.

In Nat. S. Clementis.

Ant. Dicit Dnus: ſermones meos. *Pſal.* Miſericordias Dni in æternum cantabo. *Grad.* Iuravit Dnus. *Offert.* Veritas mea. *Comm.* Beatus ſervus.

In San-Gall. cit. etiam officium de S. Felicitate.

In Nat. S. Chryſogoni M.

Ant. Iuſtus non conturbabitur. *Grad.* Gloria & honore. ℣. Quoniam elevata eſt. *Offert.* Deſiderium animæ. *Comm.* Poſuiſti Dne.

In vigilia S. Andreæ Apoſtoli.

Ant. Dominus ſecus mare Galileæ. *Pſal.* Cœli enarrant. *Grad.* Nimis honorati ſunt. *Offert.* Gloria & honore. *Comm.* Dicit Andreas Simoni.

In die ſancto.

Ant. Mihi autem nimis. *Grad.* Conſtitues eos. *Alleł.* Dilexit Andream Dnus. *Offert.* Mihi autem. *Comm.* Venite poſt me. *Hic in cit. San-Gallenſi ſequuntur officia de S. Nicolao, octava S. Andreæ, de S. Damaſo Pa-*

Grad. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo Domine.

℣. Elevatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum.

All. Confitebor tibi Domine.

All. Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi.

Off. Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me Domine, & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit dextera tua.

Ad Comm. Tu mandaſti, mandata tua cuſtodire nimis. Utinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

Dom. XXI. poſt Oct. Pentecoſt. (1)

Ant. Omnia, quæ feciſti nobis Domine, in vero iudicio feciſti, quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedivimus: ſed da gloriam nomini tuo, & fac nobiſcum ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ.

Pſal. Beati inmaculati.

Grad. Eripe me Domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam.

℣. Liberator meus Dne de gen.

All. Adorabo ad templum ſanctum.

Grad. Oculi omnium.

All. Dextera Dei fecit virtutem, dextera Dni exaltavit me.

Off. Super flumina Babylonis illic ſedimus & flevimus, dum recordaremur tui Sion.

Ad Comm. Memento verbi tui ſervo tuo, in quo mihi ſpem dediſti: hæc me conſolata eſt in humilitatem meam.

Dom. XXII. poſt Oct. Pentecoſt. (2)

Ant. In voluntate tua Domine univerſa ſunt poſita: & non eſt, qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ: tu enim feciſti omnia, cœlum & terram, & univerſa, quæ cœli ambitu continentur, Dominus univerſorum tu es.

Pſal. Beati immaculati.

Grad. Domine refugium tu factus es nobis a generatione in progenie.

℣. Priusquam montes fierent, &.

All. Lauda anima mea Dominum.

All. De profundis clamavi ad te Dne, Dne exaudi vocem meam.

Off. Vir erat in terra nomine Iob, ſimplex & rectus, ac timens Deum, quem ſatan petiit, ut tentaret, & data eſt ei poteſtas a Dno in facultates, & in carnem eius:

---

(1) In *San-Blaſiano* & aliis eſt Dominica XX.

(2) In *San-Blaſiano* ac cæteris eſt Dominica XXI.

---

pa, vigilia & feſto S. Thomæ, dedicatione, ordinatione Epiſcopi, aliaque votiva.

Alleluia & Verſus feſtivales.

Dominicales THOMASIUS T. V. opp. pag. 227. exhibuit ex *San-Gallenſi* antiquiore. Nos hic feſtivales damus ad calcem codicis *Blaſiani* adiectos, paucos quidem illos, a novitate tamen illa alienos, qua in ſequioris ævi codicibus Verſus illi non ex ſcripturis, ſed plerumque ex actis ſuppoſititiis aut aliunde aſſumebantur.

De Apoſtolis.

Alleluia. ℣. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos & poſui vos; ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.

Alleluia. ℣. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Allel. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.

Alleluia. ℣. In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Alleluia. ℣. Per manus autem Apoſtolorum, fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.

De Martyribus.

Alla. ℣. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.

Alla. ℣. Iuſti epulentur, exultent in conſpectu Dei, delectentur in lætitia.

Digitized by Google

eius: perdiditque omnem ſubſtantiam ipſius, & filios, carnem quoque eius gravi ulcere vulneravit.

Ad Com. In ſalutari tuo anima mea, & in verbo tuo ſperavi: quando facies de perſequentibus me iudicium? iniqui perſecuti ſunt me, adiuva me Dne Deus meus.

Dom. XXIII. poſt Oct. Pentecoſt. (1)

Ant. Si iniquitatem obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit? quia apud te propitiatio eſt Dne Deus noſter.

Pſal. De profundis.

Grad. Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum.

℣. Sicut unguentum in capite.

All. Qui ſanat contritos corde. *Hic iterum ex Codice tota pagina reſciſſa eſt.* (2)

All. Lauda anima mea Dnm.

Offert. Recordare mei, Dne, omni potentatui dominans, da ſermonem rectum & bene ſonantem in os meum, ut placeant verba mea in conſpectu principis.

Ad Com. Dico vobis, gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. (3)

De Sancta Trinitate.

Ant. Benedicta ſit ſancta Trinitas. *Pſ.* Benedicamus Patri & Filio cum ſancto Spiritu, laudemus & ſuperexaltemus eum in ſecula. *Grad.* Benedictus es Dne, qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubim. ℣. Benedictus es in throno regni tui, & laudabilis in ſecula. *Offert.* Benedictus ſit Deus Pater. *Communn. deeſt.*

Pro

(1) In *San-Blaſiano* aliisque eſt Dominica XXII.

(2) Sequitur autem in hoc antiquiſſimo Codice, & quidem immediate ante ipſum Sacramentarium ſine titulo *liber pœnitentialis* ſeu *iudicium pœnitentis*, ut inſcribi ſolet, quod MABILLONIUS in præf. Sect. VIII. de *Bobienſi* Sacramentario notavit, *in fine* (*quod*, inquit, *rariſſimum eſt, & pene ſingulare*) haberi librum pœnitentialem. Noſtrum hunc, quia volumine proximo monumenta liturgica de adminiſtratione Sacramentorum ſuo ordine dabimus, eo reiecimus edendum.

(3) Sequitur hic in *Blaſiano* Dominica XXIII. cuius officium idem eſt, quod ab initio Gradualis Dom. V. ante Natale D. habetur: *Dicit Dnus.* Subiungimus hic ex eodem *San-Blaſiano* officium de S. Trinitate, & pro defunctis, prout etiam *in Pameliano* ac *Thomaſiano & Gregoriano* T. III. opp. notantur.

Alla. ℣. Exultent iuſti in conſpectu Dei, delectentur in lætitia.

Alla. ℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.

Alla. ℣. Te Martyrum candidatus laudat exercitus Domine.

Alla. ℣. Mirabilis Dominus noſter in Sanctis ſuis.

Alla. ℣. Sancti tui Domine benedicent te, gloriam regni tui dicent.

Alla. ℣. Iuſti autem in perpetuum vivent, & apud Dominum eſt merces eorum.

Alla. ℣. Gaudete iuſti in Domino, rectos decet collaudatio.

Alla. ℣. Sancti tui Domine florebunt ſicut lilium, & ſicut odor balſami erunt ante te.

De Confeſſoribus.

Alla. ℣. Lætabitur iuſtus in Dno, & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

Alla. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.

Alla. ℣. Beatus vir qui timet Dnum, in mandatis eius cupit nimis.

Alla. ℣. Iuſtus ut palma florebit, & ſicut cedrus multiplicabitur.

Alla. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante Dnum.

Alla. ℣. Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo unxi eum.

Alla. ℣. Iuravit Dnus, & non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

Alla. ℣. Iuſtum deduxit Dnus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei.

De Virginibus.

Alla. ℣. Egregia ſponſa Chriſti implora pro nobis ad Dnum Ieſum Chriſtum.

Alla. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam, proximæ eius offerentur tibi in lætitia.

Alla. ℣. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis.

Alla. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Digitized by Google

Pro Defunctis.

Ant. Requiem æternam dona eis Dne, & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erunt iusti, ab auditione mala non timebunt. *Grad.* Requiem æternam. ℣. In memoria. *ut mox. Tract.* De profundis.

Pro uno Defuncto. (1)

Grad. *Si ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Dne.* ℣. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.*

Tract. *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* ℣. *Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei.* ℣. *Fuerunt mihi lacryma mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus?*

Pro pluribus Defunctis.

Grad. *Requiem.* ℣. *In memoria.* Tract. *Absolve.* ℣. *Et gratia.* ℣. *Et lucis æterna.*

Off. Domine Iesu Christe, rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscura; sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam: quam olim Abrahæ promisisti & semini eius.

℣. Hostias & preces tibi Dne offerimus; tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam agimus: fac eas Dne de morte transire ad vitam æternam.

℣. Redemtor animarum omnium Christianorum, mitte Archangelum S. Michaelem, ut ille dignetur eas eripere de regionibus tenebrarum, & perducat eas in sinum Abrahæ, in lucem sempiternam. Quam olim.

Aliud.

Offert. *Erue Domine animas eorum de morte, & proiice post tergum tuum omnia peccata eorum: quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.*

Comm. Absolve Dne animas eorum ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos tuos resuscitati respirent. ℣. Requiem æternam. . . luceat eis. Ut in resurrectionis. Tuam Deus deposcimus pietatem, ut eis tribuere digneris lucidas & quietas mansiones.

Alia.

℣. *Lux æterna luceat eis Domine: cum Sanctis tuis in æternum, quia pius es.*

℣. *Requiem æternam. Cum Sanctis.*

Comm. *Absolve Dne &c.* Ut supra.

Comm. *Animas de corpore quas assumsisti Domine, fac eas gaudere cum Sanctis tuis in gloria.* ℣. *Et lux perpetua.*

Comm. *Pro quorum memoria Corpus Christi sumitur, dona eis Dne requiem sempiternam. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria Sanguis Christi sumitur, dona eis &c.*

Tempore paschali pro defunctis. (2)

Ant. *Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.*

℣. *Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Vel ℣. *Requiem æternam.* Consuetudo patriæ servat pro Graduale infra Pascha & Pentecosten ℣. sequentem: *De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.*

Offert. *Domine convertere, & eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.* Comm. *Lux æterna.*

---

(1) Hæc ex altero *Biesiano* nonnihil recentiore addita.

(2) Specialis est hic ritus, quem in duobus nostris Mſſ. codd. deprehendi, quo propria pro defunctis Missa tempore paschali præscribitur, qui in sequioris primum seculi codicibus occurrit; nec etiam apud THOMASIUM T. V. opp. pag. 215. notatur, licet ibi plures aliæ pro defunctis Missæ occurrant.

SUP-

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM FESTIVALE.

Ex Codice *San-Gallenſi* ſeu *Turicenſi* Seculi X. circ.

Fragmentum hoc reiectum ad calcem Codicis *San-Gallenſis* triplicis ritus, ex quo Sacramentarium edidimus, habetur absque inſcriptione. Complectitur autem paſſim Officia nocturnalia, & matutinalia, cum Graduali & Lectionario ac Evangeliario Miſſæ, ritu monaſtico circa ſeculum X. & deinceps uſitato: idque de Feſtis dumtaxat Sanctorum; illa enim Domini plane deſunt, uti & poſteriora Sanctorum, partim reſciſſis ex Codice paginis, partim litteris exeſis ac evanidis, oculumque omnino fugientibus.

In Nat. S. Silveſtri.

Lect. Ecce Sacerdos. *Evang.* Homo quidam peregre. (1)

De S. Hilario.

Similiter. (2)

De S. Felice. (3)

℟. Iſte cognovit. Deſiderium. Stolam. *Ad Mat.* Iuſtum. *In Ev. A.* Iuſtus cor. *Lect.* (4) Teſtificor. *Ev.* Qui vos audit.

De S. Marcello.

℟. Ecce Sacerdos. ℟. Inveni David. Amavit. *Ad Mat.* A. Ecce Sacerdos. *Lect.* (5) Plures. *Ev.* Vigilate. *Comm.* Fidelis ſervus.

In Cathedra S. Petri. (6)

A. Statuit. *Lect.* Omnis Pontifex. *Grad.* Inveni. *All.* Elegit. *Ev.* Venit Ieſus. *Offert.* Veritas mea.

In

(1) In *Pamel.* & *Thomaſ. lect.* Plures facti ſunt Sacerdotes. *Evang.* Vigilate. Cæterum de lectionibus & Evangeliis vid. infra ſuo loco.

(2) In editis deeſt.

(3) Notantur tria ℟℟. ad lectiones I. Nocturni. Antiphona una ad matutinas ſeu Laudes, alia in Evangelium, ſeu Canticum de Evangelio, ſcil. *Benedictus*: deinde lectio & Evangelium Miſſæ; qui ordo & in ſequentibus obſervandus.

(4) Ita & PAMELIUS, ſed *Thomaſ. lect.* Doctrinis variis.

(5) *Pamel.* & *Thomaſ. lect.* Iuſtus cor ſuum tradidit. *Evang.* Homo quidam peregre.

(6) Patet hinc Ritus *Gallicanus* & *Alemannicus*, quo feſtum Cathedræ S. PETRI in *Ianuario*, uti *Romæ* in *Februario* celebrabatur. Atque ita pariter ex alio MS. *San-Gallenſi* exhibet THOMASIUS opp. T. V. pag. 159. cum Com. *Fidelis ſervus.* Vide Diſquiſ. IX. cap. II. pag. 893. & T. III. opp. S. GREGORII pag. 661. not. l. Cæterum eadem eſt Miſſa, quæ in editis habetur die XXII. *Febr.* quo die *Romæ* agebatur.

Digitized by Google

In Nat. S. Priſcæ.

℟. Hæc eſt. Veni Sponſa. Virgo glorioſa. *Ad Mat. A.* Hæc eſt. *Lect.* Sapientia vincit. *Ev.* Simile eſt regnum cœlorum theſauro.

De SS. Fabiano & Sebaſtiano.

Lect. Sancti per fidem. *Ev.* Deſcendens Ieſus.

De S. Agna.

Lect. Confitebor. *Ev.* Simile erit.

De S. Vincentio.

Ant. (1) Iſte eſt qui c (*ontemſit*). ℟. Puer meus. Hic eſt. ℟. Hic eſt vir. *Ad Mat.* Qui me confeſſus. *Lect.* Memor eſto. *Ev.* Amen amen dico vobis, niſi granum.

In Octava S. Agnæ. (2)

℟. Diem feſt. Amo Chriſtum. Mel & lac. *Lect.* Sapientia laud. *Ev.* Simile eſt regnum cœlorum theſauro.

De S. Brigita. (3)

Ant. Virgo. ℟. Hæc eſt. Induit. Pulchra & Virgo. *Ad Mat. ant.* Vidi ſpecioſ. *Ant.* Veni. *Ant.* Iſta. *Ant.* Ornatam. *Ant.* Tota pulchra. *In Ev. ant.* Filiæ regum. *Ad Miſſam ant.* Dilexiſti. *Lect.* Qui gloriatur. *Gr.* Dilexiſti. *Lect.* Qui gloriatur. *All.* Egregia. *Ev.* Simile erit. *Off.* Offerentur minor. (4) *Comm.* Diffuſa eſt.

De

---

(1) Antiphona Reſponſoriis præmiſſa, videtur eſſe illa ad *Magnificat* in I. *Veſperis.* Notari quoque meretur, quod in feſtis minoribus ſeu trium lectionum unica tantum ad Matutinas ſeu Laudes antiphona ponatur in hoc fragmento, plures vero in pleno officio: uti mox infra de S. BRIGIDA.

(2) In martyrologio RHABANI apud CANISIUM ed. BASN. T. II. P. II. p. 318. notatur *V. Calend. Romæ S. Agnetis virginis genuinum, hoc eſt de nativitate.* Et in martyrol. NOTKERI *Octava S. Agnæ, vel iuxta quosdam natalis genuinus.* Apud eundem CANIS. P. III. p. 96. in margine adnotatur lectio var. *geminus.* Sed retinenda eſt prior lectio, quæ etiam corrupta in martyrol. *Epternacenſi* apud BOLLAND. legitur: *Romæ Agnæ ingenuinum.* In ſacramentario *Gelaſ.* lib. III. habentur orationes pro Miſſa *in Natale genuino*, quæ pro die natalitio, quo quis ex utero matris prodiit, compoſitæ ſunt: atque hic etiam eundem ſenſum determinat inſcriptio, quo dies diſtinguitur a natali S. AGNETIS *de paſſione ſua*, ut legitur ad XII. Kal. *Febr.* in eodem *Gelaſ.* ad hunc vero diem *de nativitate*, ut etiam in noſtris Monumentis ac quidem in ſacrament. Vol. I. p. 25. *In nat. S. Agnes de nativitate.* Qua de re legendus eſt *Alex. Sym.* MAZZOCHIUS in Kalend. marmor. *Neapolit.* p. 17. & 18. Neque vero ſilentio hic prætereundus eſt locus in actis SS. PIONII & Sociorum MM. apud RUINARTIUM p. 123. quo *natale Polycarpi Martyris celebrantes genuinum* memorantur diem martyrii agentes. Quod eſt per emphaſim dictum. Eo ſenſu TERTULLIANO de corona militis n. 36 *Natalitia* dicuntur, & in libris liturgicis nihil frequentius quam nomen natalis: *Quod nomen* (inquit S. AUGUSTINUS in Natali S. CYPRIANI M.) *ſic frequentat Eccleſia, ut natales vocet pretioſas Martyrum mortes.* Et NICOLAUS I. P. de Confeſſoribus etiam in epiſt. ad conſulta *Bulgarorum* cap. 4. *Conſuetudinem*, ait, *tenet Eccleſia, ut ſolemnes beatorum Martyrum vel Confeſſorum Chriſti dies, quibus ex hoc mundo ad regionem migraverunt vivorum, nuncupentur Natales. Sed & eorum ſolemnia non funebria tanquam morientium, ſed utpote in vera vita naſcentium Natalitia vocitentur.* Sic etiam appoſite feſtum hoc alterum, primo, quod *de paſſione* appellatur S. AGNETIS, *Romæ & Mediolani* celebratiſſimæ, ſuperadditum, *Agnetis ſecundo* dici potuit, aut quia poſt hebdomadam recurrit, uſitato nomine *octava*, ut Diſquiſ. IX. cap. 2. n. 11. p. 890. P. III. notavimus.

(3) S. BRIGIDA Virgo in *Scotia* ſec. VI. in Martyrol. *Rom.* ad diem I. *Febr.* notatur, paſſimque in antiquis æque ac recentioribus Calendariis tam *Gallicis*, quam *Alemannicis* eius memoria habetur: idque iam a tempore CAROLI *Calvi*, ut ex *Leone* ALLATIO & *Bollandianis* notat *Adrianus* BAILLET *Vies de Saints* 1. *Febr.* Cæterum hic quinque omnino antiphonæ *ad Matutinas* ſeu *Laudes* aſſignantur, quod maioris feſtivitatis indicium eſt, cum alias una tantum in hoc fragmento notetur.

(4) Duæ habentur antiphonæ ad Offertorium de Virginibus *Offerentur*, quarum prima in codicibus dicitur *maior*, nempe: *Offerentur regi virgines, proximæ eius offerentur tibi * in lætitia & exultatione, adducentur in templum regi Domino:* prior vero illius antiphonæ pars vocatur *minor.*

Digitized by Google

De S. Agatha. (1)

Lect. Dominus mihi adſtitit. *Evang.* ſupraſcriptum. i. e. *Simile erit.*

De S. Blaſio. (2)

℟. Iſte Sanctus. ℟. Hic eſt vere. Poſuit. *Ad Mat.* Qui me. *Ad Miſſ. ant.* Os iuſti. *Lect.* Beatus homo. *Grad.* Os iuſti. *All.* Inveni David. *Ev.* Nemo lucernam. *Comm.* Qui vult.

De S. Valentino.

Ut ſupra. *Ad Mat. ant.* Dne quinque. *Lect.* Beatus homo. *Evang.* Si quis vult poſt me.

In Vigilia S. Matbiæ Apoſtoli. (3)

Ant. Ego autem. *Lect.* Beatus vir, qui inventus eſt. *Grad.* Iuſtus ut palma. *Ev.* Ego ſum vitis vera. *Off.* Gloria & honore. *Comm.* Magna eſt.

In Nat. Eiusdem.

Ant. Iudicant Sancti. *Lect.* Benedictus Deus, qui benedixit nos. *Grad.* Nimis. ℟. (*i. e. Tract.*) Qui ſeminant. *Ev.* Miſit Ieſus duodecim. *Off.* Mihi autem. *Comm.* Dico.

De S. Attala. (4)

Ant. Stolam. ℟. Iſte eſt. Amavit. Dnus qui eleg. *Ad Mat. ant.* Iuſtum deduxit. *In Evang. ant.* Iuſtus cor. *Ad Miſſ. ant.* Os iuſti. *Lect.* Beatus vir, qui in ſapientia. *Grad.* Gloria & honore. ℟. (*Tract.*) Deſiderium. *Ev.* Nolite arbitrari. *Off.* Gloria & honore. *Comm.* Poſuiſti.

De S. Gregorio.

Lect. Qui timet Dominum. *Ev.* Homo quidam nobilis. (5)

De S. Patritio. (6)

Ad Miſſam ant. Iuſtus non (conturbabitur) *Lect.* Iuſtus ſi morte. *Grad.* Iuſtus ut palma. ℟. (*Tract.*) Deſiderium. *Ev.* Nemo lucernam accendit, & in abſcondito. *Offert.* Inveni David. *Comm.* Domine quinque talenta.

De S. Fridolino. (7)

Os iuſti. *Cum reliquis.* De

---

(1) Extra ordinem ponitur hoc feſtum, cum ſequenti poſtponendum fuiſſet; niſi forte S. BLASII memoria more *Græcorum* die XI. *Febr.* hic recolatur. *Lectio* ubique fere hæc aſſignatur: *Confitebor tibi Dne.*

(2) Aſſerit quidem BARONIUS in notis ad Martyrolog. *Rom.* III. *Febr.* S. BLASII mentionem fieri in Martyrologio BEDÆ; quæ tamen in illis a MARTENE *Collect. Ampliſſ.* T. VI. vulgatis non reperitur, uti nec in aliis ante ſeculum IX. vel X. exaratis, licet iam antea eius reliquias in Occidente fuiſſe ex vita S. FINTANI paſſim edita conſtet, quibuscum ſimul Sancti huius cultum ex Oriente in Occidentem migraſſe ſuſpicatur BAILLET in vita ad h. d. Notari tamen merentur, quæ ex LAMBERTI *Schafnaburgenſis* Continuatore refert BOLLANDUS Comment. præv. ad III. *Febr.* §. 3. n. 16. *Anno DCCVII. Dagobertus rex Chriſtianiſſimus conſtruxit monaſterium in* Erfort . . . *rogatu Adeodati vel Trutmanni Incluſi, qui quidem tempore eiusdem regis ſecus eccleſiam S. Blaſii, quæ ſita fuit iuxta prædictam urbem . . . fuit incluſus.* Inde iam ſec. VII. S. BLASII cultum in his regionibus fuiſſe liquet. A ſeculo autem X. eiusdem ſancti nomen paſſim legitur inſertum tam Calendariis, quam Martyrologiis ſive III. ſive etiam XV. *Febr.* quamvis in ipſis Sacramentariis vel Lectionariis nihil de eo occurrat, atque hoc primum facile monumentum ſit, in quo eius officium exhibeatur. In antiquo noſtro Graduali *San-Blaſiano* notatur quidem Proſa vel ſequentia de S. BLASIO, Miſſa vero deſideratur, quæ tamen in Sacramentario æque ac Lectionario adnexo continetur, ſed cum lectione vel Epiſtola *Doctrinis variis.* In libello, ex quo in eccleſia *Aquileienſi* feſta denunciabantur ſec. XIII. Apud *Frider.* ALTHANUM *de Calendariis* p. 282. ſic legitur: *Dominica ventura paſſio erit beati Blaſii martyris Chriſti: omnes ab opere abſtinentes devotiſſime celebremus.*

(3) Feſtum hoc ſeparatum ad hanc diem iam occurrit in Calendario ſec. IX. a DACHERIO ex Cod. *Corbeienſi T. II. Specileg. nov. edit.* vulgato, ſed ſine vigilia. Iam *Io. Bapt.* SOLERIUS annotavit in USUARDI martyrologium de vigilia nativ. Dom. agens, in antiquioribus martyrologiis raro vigilias commemorari. Hæc vero unacum feſto notatur in altero *San-Gallenſi* apud THOMASIUM opp. T. V. eodem modo, ut hic, absque tamen lectionibus, quæ in *San-Blaſiano* ſec. XII. circ. pro ipſo feſto habentur, prout hodie in Miſſali.

(4) Eſt hic ATTALAS Abbas *Luxovienſis*, diſcipulus & ſucceſſor S. COLUMBANI, cuius memoria in Martyrol. *Rom.* die X. *Martii* aſſignatur, paſſimque in aliis, etiam in illo S. HIERONYMI nomine vulgato. Eius vitam ex IONA abbate exhibet MABILLONIUS ſec. II. *Benedictino.*

(5) In S. Blaſ. *Vigilate.* Vid. infra.

(6) Feſtum hoc in genuino BEDÆ, aliisque etiam *Gallicanis* Martyrologiis circa CAROLI M. tempora exaratis occurrit.

(7) Præponendus eſt S. PATRITIO S. FRIDOLINUS, de quo Diſquiſit. I. cap. II. pag. 31. nonnulla diximus, eiusque feſtum in Martyrologiis *Alemannicis* ad VI. *Martii* aſſignatur.

Digitized by Google

De S. Benedicto. (1)

Ant. Iuſtus ut palma. *Lect.* Dilectus Deo. *Grad.* Os iuſti. ℣. (*Tract.*) Beatus vir. *Evang.* Dixit Simon Petrus. *Off.* Gloria & honore. *Com.* Fidelis ſervus.

Apud civitatem Galileæ Nazareth adnuntiatio Incarnationis Dominicæ. Scriptum in loco ſuo. (2)

De S. Ambroſio. (3)

Ant. Sacerdotes Dei. *Lect.* Doctrinis variis. *Grad.* Iuravit. ℣. (*Tract.*) Beatus vir. *Ev.* Homo quidam peregre. *Off.* Veritas mea. *Comm.* Beatus.

De S. Tiburtio, Valeriano & Maximo.

Lect. Iuſtorum animæ. *Ev.* Hoc eſt præceptum. (4)

De S. Sineſio. (5)

Lect. Beatus vir, qui in ſapientia. *Ev.* Ego ſum vitis vera.

De S. Georgio.

Lect. Iuſtum deduxit Dominus. *Ev.* Convocata turba Ieſus. (6)

De S. Marco. (7)

Ant. Sancti tui Domine. *Lect.* Teſtificor. *All.* Qualem volueris. *Ev.* Deſignavit. *Off.* Confitebuntur. *Comm.* Gaudete iuſti.

De S. Vitale.

Lect. Iuſtus ſi morte. *Ev.* Ego ſum vitis vera.

In Vigilia Apoſtolorum Philippi & Iacobi. (8)

Ant. Venite Benedicti. *Lect.* Multitudinis. *Ev.* Amen amen dico vobis, quia plorabitis. *Offert.* Mirabilis. *Comm.* Gaudete.

S. Walpurgæ. (9)

Ant. Dilexiſti. *Lect.* Qui gloriatur. *Ev.* Simile erit X. Virginibus. *Off.* Offerentur, *minor.* *Comm.* Diffuſa eſt.

De

---

(1) Habetur etiam in alio *S. Gallenſi* apud THOMASIUM, T. V. Opp. idem prorſus officium, cui ibidem alia duo propria ſubiiciuntur de S. BENEDICTO officia, ex codice ſec. XI. deſumta. Quamquam in antiquioribus feſtum hoc die XI. *Iulii* notetur cum officio. Vid. ſupra pag. 149. n. 2.

(2) Unicum hoc eſt ex antiquiſſimis feſtis in hoc fragmento contentis, quod cum ad feſta dominicalia pertineat, ſub hac rubrica notatur: *Scriptum in loco ſuo.*

(3) Feſtum S. AMBROSII aſſignatur ad diem IV. *Aprilis* ſeu obitus in Martyrologiis BEDÆ, & *Gellonenſi* ineunte ſec. IX. ſcripto, *T. II. Spicil.* DACHERII: licet illud Eccleſia *Romana* ad diem VII. *Dec.* ceu ordinationis transtulerit, quod nulla olim in Quadrageſima feſta celebraret. In ſacramentario noſtro triplicis ritus infra Octavam Paſchæ ad diem V. *Apr.* legitur Depoſit. S. AMBROSII ep. cum officio Miſſæ *Ambroſiano* p. 98.

(4) Ita etiam in *Rhenang.* & *S Blaſ.*

(5) Nuſpiam in editis S. SENESIUM hoc loco reperire eſt; in mſc. tamen *Petrohuſano* Calendario, infra edendo, ad diem XIX. *Aprilis* notatur SENESIUS cum THEOPONTO Martyre, quorum Reliquiæ a RATHOLDO *Veronenſi* Epiſcopo ſec. IX. *Augiæ diviti* illatæ, indeque in oppidum *Cellæ* (inde *Ratholdi-Cellæ* dictum) ad lacum *Acronianum* ſitum translatæ ſunt, ubi ceu primarii Patroni hucuſque hac ipſa die coluntur. Ut adeo facile ob viciniam eorundem Sanctorum cultus ad propinqua *San-Gallenſe* & *Petrohuſanum* monaſteria potuerit propagari. Quin & in noſtro *San-Blaſiano* ſec. XII. Codice idem feſtum notatur cum lect. *Iuſtus ſi morte.*

(6) Variationem Lectionis & Evangelii infra ſuo loco notabimus; quæ enim hic notantur, ſingularia ſunt.

(7) Idem feſtum cum eodem officio habetur in altero *San-Gallenſi* apud THOMASIUM T. V. Opp. absque Lectionibus, quæ in noſtro *Blaſiano* illæ aſſignantur: Lect. *Vidi oſtium.* Evang. ſec. Marc. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire.* uſque, *& in ſeculo futuro vitam æternam.*

(8) Eiusdem Vigiliæ officium habetur etiam in altero *San-Gallenſi Thomaſiano*, Lectio autem & Evang. in *San-Blaſiano.* Vid. quæ diximus Diſquiſit. IX. cap. II. pag. 897.

(9) S. WALDPURGA Virgo paſſim in omnibus tam editis quam Mſſ. Martyrologiis ad diem I. *Maii* notatur, eſtque illa ipſa, cuius feſtum nunc in *Alemannia* die XXV. *Febr.* celebratur, ex die nimirum eius obitus, proxime antecedenti 24. ob feſtum S. MATTHIÆ ad hunc diem translato feſto. Nec tamen RHABANUS *Maurus*, & NOTKERUS eius mentionem faciunt in martyrolog. ſive ad V. Kal. *Martii* ſive Kal. *Maii*, qui eſt dies canonizationis ac translationis eius ex *Heidenheimio Eyſtadium* iuxta PHILIPPUM *Eyſtadien-ſem* apud GRETSERUM *de Eyſtettenſis eccleſiæ divis tutelaribus.*

Digitized by Google

De S. Alexandro. (1)

Lect. Sancti per fidem. *Evang.* Hæc mando.

De S. Victore. (2)

Ant. Protexisti. ℣. Gratias agere. *Lect.* Iustum deduxit Dominus. *Evang.* Convocata turba. *Off.* Confitebuntur. *Comm.* Lætabitur.

De S. Gordiano & Epimacho.

Lect. Iustorum. *Ev.* Videns Iesus. (3)

De S. Pancratio. (4)

Ant. Ecce oculi Dni. *Lect.* Iusti in perpetuum. *Ev.* Accesserunt ad Iesum Pharisæi. *Off.* Confitebuntur. *Comm.* Gaudete.

Nat. S. Mariæ ad Martyres. (5)

Lect. & Evang. cuiuscumque occurrerit hebdomadæ, eoquod apud *Romanos* die Dominica ipsa solemnitas celebratur.

De S. Pudentiana.

Ant. Simile est regnum X. Virginibus. ℟. Hæc est. Veniens a Libano. *All* Delectatio b. *Ad Mat. ant.* Hæc est Virgo sapiens. *In Ev. ant.* Quinque prudentes. *Ad Missam ant.* Dilexisti. *Lect.* De Virginibus. *Ev.* Simile est regnum cœl. thesauro. *Off.* Offerentur, *minor.* *Comm.* Dif. fusa est.

De S. Desiderio. (6)

Ant. Ecce oculi. *vel* Sacerdotes Dei. *Lect.* Benedictus Deus, qui consolatur. *Gr.* Ecce Sacerdos. *Ev.* Si quis vult post me venire. *Off.* Confitebuntur. *Off.* Inveni David. *Comm.* Gaudete. *Comm.* Beatus.

De S. Urbano.

Lect. Plures facti. *Ev.* Vigilate quia nescitis.

De S. Germano. (7)

Ant. Statuit. *Lect.* Gratias agere. *Gr.* Iuravit. *Ev.* Vigilate & orate. *Off.* Veritas mea. *Comm.* Domine quinque talenta.

De S. Petronella. (8)

Ut supra de S. Pudentiana.

De S. Marcellino & Petro.

Ant. Absterget Deus. *ant.* Istorum est. ℟. Isti sunt Sancti qui per. ℟. Absterget. ℟. Viri sancti. ℟. Tradiderunt. *Ad Mat. ant.* Iustorum. *In Ev. ant.* Gaudete. *Lect.* Respondit unus. *Ev.* Cum audieritis.

De S. Bonifacio. (9)

Ant. Absterget. ℟. Sancti tui ℟. Certamen. ℟.

---

(1) Habetur III. *Maii* cum SS. EVENTIO & THEODULO. In *San-Blasiano* notatur Lect. *Stabunt iusti.*

(2) VICTOR Martyr *Mediolanensis* VIII. *Maii*, cuius Missam *Ambrosianam* supra pag. 114. dedimus. Videtur autem hic esse mendum, & legendum *Lect.* Gratias agere. *Grad.* Iustum deduxit Dnus.

(3) In *Blasiano* lect. *Stabunt iusti.* Ev. *Ego sum vitis vera.* In *Rhenaug.* Ev. *Nolite arbitrari.*

(4) Missa hæc in *Rhenaug.* & *San-Blas.* assignatur SS. NEREO &c. ac alia particularis S. PANCRATIO. Qui hodie in Missali omnes in uno officio iunguntur.

(5) Similiter inscribitur hoc festum in ADONIS, USUARDI, & NOTKERI martyrologiis *Natalis* seu *nativitas S. Mariæ ad Martyres* ut habet NOTKERUS: RHABANO *Mauro Mariæ martyris festivitas* dicitur, qui licet passim BEDÆ martyrologium exscribat, apud hunc tamen etiam in codd. *Palat. Vat.* 833. 834. *Natalis* nominatur, uti apud eundem BEDAM & alibi *Natalis Nicomedis martyris* pro dedicatione ecclesiæ accipitur, perinde ac in sacramentario Leonino *Natale basilicæ Angeli in Salaria.* Quæ eadem hic obtinet ratio, explicaturque passim in martyrologiis. Sic in nostro sacramentario supra pag. 116. inscribitur *Dedicatio Ecclesiæ B. Mariæ ad Martyres*, uti & in Martyrol. *Rom.* XIII. *Maii.* Infra in *Rhenaug.* eadem rubrica de lectione & Evangelio habetur, illa nempe ex feria currente intra hebdomadam esse sumenda, cum nulla habeant propria in ordine *Romano*, ubi semper in die Dominica celebretur, cuius lectio & Evang. tunc legantur.

(6) An DESIDERIUS hic sit *Lingonienſis*, num *Viennensis* Episcopus & Martyr, quorum uterque in Martyrol *Rom.* die XXVI. *Maii* recensetur, incertum est. Duplex autem hic ponitur officium, unum, ut videtur, pro tempore paschali, alterum extra illud. Qui ritus notari meretur, cum raro, aut numquam in antiquis Codd. occurrat.

(7) *Parisiensi* nempe Episcopo, qui die XXVIII. *Maii* in martyrol. notatur.

(8) In *San-Blas. Lect.* Sapientia vincit. *Ev.* Simile est regnum cœl. X. Virg.

(9) Archiepiscopo scilicet *Moguntino* & Martyre, eiusque sociis, quorum memoria in omnibus passim Martyrologiis *Alemannicis* celebratur. In *San-Blas.* notatur Evang. *Ecce ego mitto vos.* vel *Ego sum vitis.*

Digitized by Google

℟. Exultabunt. *Ad Mat. ant.* Omnes Sancti. *Ad Miſſam ant.* Intret. *Lect.* Qui timent. *Gr.* Vindica. *Ev.* Deſcendens Ieſus. *Off.* Exultabunt. *Comm.* Poſuerunt.

De S. Medardo. (1)
Primo ac Feliciano.

Ant. Cum vidiſſet Ieſus. ℟. Abſterget. In circuitu tuo Dne. Fulgebunt iuſti. *Ad Mat. ant.* Super nivem. *Lect.* Benedictus Deus, qui ſecundum magnam. *Ev.* Ecce ego.

De S. Columba. (2)

℟. Iuſtus germinabit. *Ant.* Serve bone. *Ad Noct. ant.* In lege D. ℟. Iſte cognovit Deſiderium. Stolam. Corona. Poſui. *Super III. Cant. ant.* (3) Beatus ille. ℟. Amavit. Iſte homo ab. Inveni David. Iſte homo perfecit. *Ad Mat. ant.* Dne quinque. *Ad C. D. ant.* (4) Iuſtum deduxit. *Ad Miſſam ant.* Iuſtus ut palma. *Lect.* Dilectus Deo. *Grad.* Os iuſti. *Ev.* Nemo lucernam accendit. *Off.* Deſiderium. *Comm.* Beatus ſervus. *Ad Veſp. ant.* Iuravit, cum reliquis. ℟. Dnus, qui elegit. *In Ev. ant.* Amavit eum Dnus.

De S. Barnaba. (5)

Ant. Dum ſteteritis. ℟. Ecce ego. ℟. Tollite. ℟. Dum ſtet. *Ad Mat. ant.* Tollite iugum. *In Ev.* Iam *Ad Miſſam ant.* Mihi autem. *Lect.* Convenit. *Grad.* In omnem terram. All. Nimis. *Ev.* Deſignavit. *Off.* In omnem terram. *Comm.* Dico autem.

De S. Nazario aliisque Sanctis. (6)

℟. Viri ſancti. Verbera. ℟. Tradiderunt. *Ad Mat. ant.* Omnes Sancti. *Lect.* Iuſtorum. *Ev.* Sedente Ieſu.

De S. Vito. (7)

Ant. Verbera. ℟. Sancti tui. ℟ Certamen. ℟. Sancti mei. *Ad Mat. ant.* Iuſtorum. *Ad Miſſam ant.* Clamaverunt. *Lect.* Rememoramini. *Grad.* Iuſtorum. All. Exultabunt. *Ev.* Cum perſequentur vos. *Off.* Mirabilis. *Comm.* Iuſtorum.

De S. Marco & Marcelliano. (8)

Ant. Iſtorum eſt. ℟. Abſterget. Viri Sanct. Propter teſtamentum. *Ad Mat. ant.* Omnes Sancti. *Lect.* Gratias agere. *Ev.* Ecce ego.

De S. Gervaſio & Protaſio.

Ant. Verbera. ℟. Tradiderunt. Beati qui perſecutionem. Hæc eſt. *Ad Mat. ant.* Super nivem. *Lect.* Sancti per fidem. *Ev.* Sedente. (9)

De

(1) Sanctus hic *Noviomenſis* Epiſcopus VIII. *Iunii* in Martyrol. *Rom.* deſcribitur. Speciale autem eſt, quod hic cum SS. PRIMO &c. iungatur, quorum memoria ſequenti die habetur; forte ob feſtum S. COLUMBÆ ibi occurrens pridie de iis cum S. MEDARDO agebatur. In *San-Blaſ.* Ev. *Videns Ieſus.* In *Rhenaug.* Ev. *Hoc eſt præceptum meum.*

(2) Notatur ad diem IX. *Iunii* in Martyrologio S. COLUMBA, aut COLUMBUS vel COLUMBANUS presbyter *Scotus*, a S. COLUMBANO Abbate, cuius natalis XXI. *Nov.* occurrit, diverſus. Quem tamen hac die IX. *Iunii* coluiſſe, & utrumque confudiſſe videntur *S. Gallenſes*, cum ſolemne ſeu plenum de eo officium hic exhibeatur, tamquam de S. Patroni ſui GALLI Magiſtro; tres enim nocturni cum ſecundis Veſperis aſſignantur: in quibus antiphonæ de Apoſtolis notantur.

(3) Id eſt *ſuper tria cantica* in III. Nocturno.

(4) Forte leg. *ad canticum Evang.* ſeu *Benedictus.*

(5) Eamdem huius feſti haud adeo antiqui Miſſam exhibet THOMASIUS ex *San-Gall.* ubi *Allel.* ℣. *Vos eſtis lux.* itemque Lect. & Evangel. codex *San-Blaſianus.*

(6) Nempe SS. BASILIDE, CYRINO & NABORE XII. *Iun.* de quibus idem officium in *San Blaſiano* notatur. Infra in *Rhenaug.* Evang. *Erat homo ex Phariſæis.*

(7) Idem de SS. VITO & Sociis officium ex *S. Gal.* altero habetur apud THOMASIUM, ſed cum Gr. *Glorioſus.* & Lect. ac Evang. in *San-Blaſiano.*

(8) In *San-Blaſ.* Ev. *Cum audieritis.* in *Rhenaug.* Ev. *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis.*

(9) In *San-Blaſ.* Ev. *Attendite.* In *Rhenaug.* Evang. *Egrediente Ieſu de templo.*

Digitized by Google

De S. Albano. (1)

Ant. Qui vult. ℟. Iſte Sanctus. ℟. Hic eſt. Poſuit. *Ad Mat. ant.* Qui me. *Ad Miſſam ant.* Lætabitur. *Lect.* Iuſtus cor ſuum. *Grad.* Poſuiſti. All. Beatus vir qui ſuffert. *Ev.* Nolite arbitrari. *Off.* In virtute tua. *Comm.* Qui vult.

De S. Leone. (2)

Ant. Qui dum eſſet. ℟. Ecce Sacerdos. Iuravit. Iſte eſt qui ante. *Ad Mat. ant.* Ecce Sacerdos.

De Proceſſo & Martiniano.

Ant. Verbera. ℟. Abſterget. Sancti mei. Exultabunt. *Ad Mat. ant.* Super nivem. *Lect.* Stabunt. (3) *Ev.* Sedente.

De S. Chiliano. (4)

Ant. Verbera. Certamen. Beati, qui perſecutionem. *Ad Mat. ant.* Iuſtorum. *Ad Miſſam ant.* Clamaverunt. *Lect.* Sancti per fidem. *Gr.* Clamaverunt. All. Vox exultationis. *Ev.* Ecce ego (*mitto*). *Off.* Lætamini. *Comm.* Etſi coram.

De VII. Fratribus.

℟. Viri ſancti. Hæc eſt. Propter. *Ad Mat. ant.* Omnes Sancti. *In Ev.* Si quis. *Lect.* Rememoramini. (5) *Ev.* Loquente.

De S. Chriſtina. (6)

℟. Hæc eſt. Veni. Virgo. *Ad Mat.* Hæc eſt. *In Ev.* Quinque prudentes. *Ad Miß. ant.* Me exſpectaverunt. *Lect.* Sapientia I. *Grad.* Adiuvabit. *Ev.* Simile eſt regnum cœlorum theſauro. *Off.* Offerentur. *minor.* *Comm.* Quinque prudentes.

De S. Praxede.

℟. Induit. Diffuſſa eſt. Pulchra. *Ad Miſſam ant.* Vidi ſpecioſam. (7) *Lect.* Qui gloriatur. *Ev.* Simile erit R. C. X. virg.

De S. Apollinare.

Ant. Sacerdos & pontifex. ℟. Ecce Sacerdos. Iuravit Dnus. ℟. Elegit. *Ad Mat. ant.* Domine quinque talenta. *Lect.* Doctrinis. *Ev.* Homo quidam nobilis. (8)

De S. Chriſtophoro. (9)

℟. Puer meus. Iſte Sanctus. Hic eſt vere. *Ad Mat. ant.* Iuſtum deduxit. *In Ev. ant.* Iuſtus cor ſuum. *Ad Miſſ. ant.* Lætabitur. *Lect.* Confitebor. *Grad.* Iuſtus non conturbabitur. All. Iuſtus germinabit. *Ev.* Nolite arbitrari. *Off.* Deſiderium *Comm.* Poſuiſti. *Vigilia*

---

(1) ALBANUS Martyr *Moguntinus* in *Rom.* Martyrol. die XXI. *Iunii* deſcriptus, cum & in aliis Calendariis eius nomen die cit. exprimatur. Eum RHABANUS *Maurus*, & NOTKERUS in Martyrol. ad hunc diem ſub THEODOSIO martyrium expleviſſe ſcribunt, atque altero mox die ponunt cognominem in *Britannia* Martyrem ſub DIOCLETIANO paſſum, quem cum *Moguntino* confundit BEDA. Conf. chronicon SIGEBERTI de hoc Martyre, &, ut aliqui putant, etiam Epiſcopo *Moguntino*. Cuius quoque Miſſam ſupra pag. 139. ex *San-Blaſ.* dedimus, ubi ſimul cum S. GENESIO notatur. In altero *San-Blaſ.* eadem Lect. & Ev. aſſignatur.

(2) Nihil hic de officio Miſſæ habetur, quæ ex alio *San-Gall.* apud THOMASIUM hæc eſt: *Ant.* Statuit. *Gr.* Gloria & honore. ℣. Quoniam *Allel.* ℣. Elegit. *Off.* Veritas. *Comm.* Dne quinque talenta. Et in *San-Blaſ. Lect.* Ecce Sacerdos magnus. *Ev.* Vos eſtis. in *Rhenang. Ev* Homo quidam peregre. Eſt hic LEO iunior ſeu II. P. R. qui obiit an. 684. de quo BEDA in Martyrol. V. Non. *Iulii* agit; ad hunc vero diem obſcurius quidem RHABANUS *Maurus*, apertius vero NOTKERUS de S. LEONE I. ſermonem habent, de quo monumenta Liturgica IV. & III. Id. *April.* loquuntur.

(3) In *San-Blaſ.* Lect. *Expectatio iuſtorum.*

(4) CHILIANUS *Franconiæ* Apoſtolus cum Sociis notatur in Martyrol. *Rom.* in USUARDO, RHABANO & NOTKERO ad diem VIII. *Iulii.* Eius paſſio legitur in CANISII Lect. antiq. & in MABILLONII ſec. II. *Benedictino.* Lect. & Evang. idem etiam in *San-Blaſ.* Vid. ſupra pag. 148.

(5) In *San-Blaſ.* lect. *Mulierem fortem.* quæ & in *Pamel.iano* pro S. FELICITATE, quæ hic cum filiis ſuis iuncta eſt.

(6) S. CHRISTINA die XXIV. *Iul.* notata extra ordinem hic ponitur. Eius officium ſupra pag. 152. exhibuimus. In *San-Blaſ.* altero notatur lect. *Dne Deus meus.*

(7) Introitum hunc nuſpiam in editis reperi, cumque de Graduali Miſſæ nihil ulterius habeatur, videtur loco *ad Miſſam ant.* legendum eſſe, *ad Mat. Ant.*

(8) In *Rhenang.* Ev. *Facta eſt contentio.*

(9) Sanctus hic extra ordinem ante Vigiliam S. IACOBI ponitur. Eius Miſſam ex *San-Blaſ. Gregoriano* ſupra pag. 152. dedimus.

Digitized by Google

Vigilia S. Iacobi. (1)

Ant. Ego autem. *Lect.* Beatus vir, qui inventus eſt. *Grad.* Iuſtus ut palma. *Ev.* Miſit Ieſus duodecim diſcipulos. *Off.* Gloria & honore. *Comm.* Magna eſt.

In Nat. Eiusdem.

Ant. Mihi autem. *Lect.* Benedictio. Domini. *Grad.* Conſtitues. All. Vos eſtis. *Ev.* Acceſſit. *Off.* Mihi autem. *Comm.* Dico autem vobis.

De S. Pantaleone. (2)

Ant. Iſte Sanctus. ℟. Puer meus. Poſuit. Hic eſt vir. *Ad Mat. ant.* Beatus vir. *Ad Miſ. ant.* Gloria & honore. Cum reliq. *Lect.* Creans te Iacob. *Ev.* Si quis vult poſt me.

De S. Felice, Simplicio, Fauſtino & Beatrice.

Ant. Cum vidiſſet. ℟. Hæc eſt. Propter teſtamentum. Sancti mei. *Ad Mat. ant.* Iuſtorum. (3) *Ant.* Sacerdos. *Ad Miſſam ant.* Sacerdotes eius.

---

(1) Idem huius vigiliæ officium in altero *San-Gallenſi* apud THOMASIUM notatur, lectiones vero pariter ita in *San-Blaſiano* habentur. Uti & in ipſo feſto, ubi tamen lect. *Benedictus Deus.*

(2) Vid. ſupra pag. 153. Miſſa eiusdem ex *Gregor. San-Blaſ.* & in altero *lect.* Expectatio iuſt.

(3) Suppl. *In Evang.* Miſſam ſupra ex Grad. *San-Blaſ.* dedimus. & in altero notatur *lect.* Plures facti ſunt. *Evang.* Sint lumbi. ita & in *Rhenaug.* Cæterum ultimum hoc feſtum eſt in hoc *San-Gallenſi* fragmento; quæ enim ſequuntur, ita detrita aut exeſa ſunt, ut nihil exinde erui poſſit. Neque vero operæ pretium duxi, plura aliunde id genus monumenta veteris liturgiæ *Alemannicæ* conquirere, poſt quam iam Ven. THOMASIUS hunc prævertit laborem ex Mſſ. præſertim monaſterii S. GALLI collectis, editisque T. IV. & V. operum a P. *Ant.* VEZZOSIO, quæ vel ad reſponſoriale & antiphonarium, vel ad Graduale pertinet, id eſt, vel ad officium Miſſæ concinendum, vel ad horas canonicas: cuiusmodi eſt: *Reſponſoriale & antiphonarium Romanæ eccleſiæ de circulo Anni a beato Gregorio Papa Romano coactum, ſed nonnullis accretionibus ac demtionibus aliquantulum immutatum, ad ritumque monaſticum ex parte accommodatum,* quod ex codice *San-Gallenſi* extat T. IV. opp. p. 171. &c. varia item in appendice ibidem p. 306. &c. ex Mſſ. eiusdem monaſterii, quæ Tomo V. ſequenti litera G. in antiphonario Graduali frequenter admodum ſolent deſignari.

LECTIO-

Digitized by Google

LECTIONARIUM
SÈU
TABULA ANTIQUARUM LECTIONUM
B. PAULI APOST. AD MISSAS.
Ex Codice *Fuldenſi* S. Bonifacii Sec. VI.

Vetuſtiſſimum hunc Codicem ex Schannati *Vindemiis litterariis* p. 218. deſcripſimus iam T. I. Diſquiſit. II. c. II. p. 124. promiſimusque ibi deſumtam inde tabulam lectionum, quam Henricus Epiſcopus ac Princeps *Fuldenſis* manu ſua teſtatam ceu fideliter ex autographo transſumtam mecum interea communicavit, ſuo hic loco & charactere quidem nonihil grandiore tantæ antiquitatis monumentum decente edendam, cum initiis titulorum, in quos diviſæ ſunt omnes B. Pauli epiſtolæ: nempe Epiſtola ad *Romanos* in 51. titulos. Ad *Corinthios* I. in 72. Ad *Corinthios* II. in 28. Ad *Galatas* in 37. Ad *Epheſios* in 31. Ad *Philippenſes* in 19. Ad *Theſſalonicenſes* I. in 25. Ad *Theſſalonicenſes* II. in 9. Ad *Coloſſenſes* in 31. Ad *Laodicenſes* in 5. Ad Timotheum I. in 30. Ad Timotheum II. in 25. Ad Titum in 10. Ad Philemonem in 4. Ad *Hebræos* in 39. Operæ vero pretium duximus, addere initia titulorum, prout reſpondent ipſi tabulæ lectionum in eccleſia recitari ſolitarum autographæ, quæ legitur in Codice, poſt concordiam Evangeliorum, ante epiſtolas, eo quo recenſuimus ordine, unacum apocrypha ad *Laodicenſes* epiſtola. Codicem hunc, ſua iam ætate ducentis annis ſuperiorem, S. Bonifacius, qui *Romam* ter conceſſerat, veroſimilius ſecum detulit ex *Italia*, ac ipſa forte monti *Caſino* vicina urbe *Capuana*, cuius Epiſcopus Victor annis 546. & 547. Codicem legit, recognovitque.

Digitized by Google

Gratias individuæ Trinitati.

De Adventu. (1)

Ad Romanos ſub titulo XVIII.

Scimus enim, quod lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum &c.

Ad Romanos ſub titulo XXXVIII.

Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc &c.

Ad Galatas ſub titulo XIII.

Fratres ſecundum hominem dico, tamen hominis confirmatum teſtamentum &c.

Ad Theſſalonicenſes I. ſub titulo XXI.

Rogamus autem vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos &c.

Pridie Natale Domini.

Ad Philippenſes ſub titulo XIII.

Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete &c.

In Natale Domini. (2)

Ad Hebræos. Principium epiſtolæ.

Multifariam & multis modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis.

In Natale Sancti Ioannis.

Ad Timotheum 2. ſub titulo XVII.

Omnis ſcriptura divinitus inſtituta &c.

In Natale Innocentum.

Ad Romanos ſub titulo XI.

Iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus &c.

De

---

(1) Quatuor *de Adventu* deſignantur lectiones, quot nempe hodieque numerantur Dominicæ Adventus; licet paſſim in antiquioribus monumentis liturgicis, quæ *Ed.* MARTENIUS lib. IV. de antiq. eccl. rit. cap. 10. notavit, atque etiam in noſtro antiquiſſimo ſacramentario & Gradnali *Alemannico*, numerentur quinque Dominicæ ante Natale Dni; quæ tamen quarta eſt ſupra p. 202. & 363. reſpondet officio Dominicæ primæ, & ſic deinceps. Quæ vero lectio habetur Dominica III. Adventus, illa in *Comite Hieronymi* apud PAMELIUM Dominica proxima Natali D. & hic in noſtra tabula aſſignatur *Pridie Natale Domini*, a quo die in antiquioribus quibusvis monumentis liturgicis anni eccleſiaſtici auſpicium fit. In lectionario *Græco*, quod celebri regio *Alexandrino* codici præmiſſum legitur T. X. Bibl. PP. ed. *Venetæ* p. 316. poſt Dominicam XXVIII. poſt Pentecoſten notatur mox *Dominica ante Nativitatem Chriſti*, *& in feſto Transfigurationis Ad Philippenſes principium cap. II.* 5. Hoc enim ſentite &c. ut ſupra poſt. Dom. X.

(2) Vides hic unicam lectionem in Natali Domini, eamdem, quæ hodie in Miſſa tertia legitur, eademque notatur in lectionario *Græco*, regii *Alexandrini* codicis T. X. Bibl. PP. ed. novæ *Venetæ* p. 317. una tantum lectio in ipſo die, cui una item in vigilia Nativitatis eiusdem præmittitur. Tres vero Miſſæ in antiquiſſimis quibusvis liturgiæ *Romanæ* monumentis notantur, teſtante etiam S. GREGORIO M. hom. 8. in Evang. *Miſſarum ſolemnia ter hodie celebrari.* Sed Codex noſter S. GREGORIO antiquior eſt. In *Geleſiano* vulgato plures Miſſæ Vigiliæ Natalis Domini adſcribuntur: nihil porro habetur de S. ANASTASIA, uti nec in noſtro lectionario, neque etiam ad diem proximum de S. STEPHANO, cuius tamen feſti antiquitatem Diſquiſ. IX. cap. 2. n. 7. & paullo ante ad Graduale dominicale p. 366. n. 1. oſtendimus. Cauſſa vero hic in promtu eſt, quod Tabula hæc lectionum ſolum ad codicem epiſtolarum D. PAULI ſit compoſita, lectio autem in feſto S. STEPHANI ex Actis Apoſtolorum, hiſtoria nimirum huius Protomartyris, quæ capp. VI. & VII. continetur, ſemper fuit deſumta, uti ex comite ſeu lectionario apud PAMELIUM T. II. Liturg. p. 2. & THOMASIO T. V. p. 298. palam eſt. Eadem lectio in mox laudato lectionario *Græco* notatur *Die ſequenti poſt feſtum Nativitatis Chriſti*, *& in feſtivitate S.* STEPHANI. At *Die III. poſt feſtum Nativitatis Chriſti ad Baptiſterium*, *& in feſtivitate S. Ioannis Evangeliſtæ ex Catholicis epiſtolis S. Ioannis epiſt. I.* Hinc colligit editor, baptiſmum eo die in quibusdam *Græcorum eccleſiis* fuiſſe collatum; SIRICIUS vero P. ep. I. ad HIMERIUM *Tarraconenſem* reiicit morem baptizandi infantes in Natalitiis Chriſti in eccleſiis etiam Occidentis. Quod de baptiſmo ſolemni in Epiphania Domini intelligi poteſt.

Digitized by Google

De Circumciſione Domini. (1)

Ad Romanos ſub titulo LI.

Quæcumque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt &c.

De eodem die contra idola.

Ad Corinthios I. ſub titulo XXXVIIII.

De his autem, quæ idolis immolantur, ſcimus &c.

De eodem die.

Ad Corinthios I. ſub titulo XLVII.

Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos &c.

In ieiunio Epiphaniorum. (2)

Ad Coloſſenſes ſub titulo II.

Ideo & nos, ex qua die audivimus, non ceſſamus &c.

In Epiphania mane. (3)

Ad Corinthios 2. ſub titulo X.

Quodſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum, in his &c.

In eodem die Epiphaniorum.

Ad Titum ſub titulo IV.

Servos dominis ſuis ſubditos eſſe in omnibus &c.

In eodem die Epiphaniorum.

Ad Galatas ſub titulo X.

Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham &c.

Cottidiana poſt Epiphaniam.

Ad Romanos ſub titulo XLII.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus &c.

Cot-

(1) Cum unam tantum Miſſam in Natali Domini obſervaverimus, hic ad diem octavam tres occurrunt; ac altera quidem *contra idola*, quæ nempe *Gelaſiano* inſcribitur *prohibendum ab idolis*, in noſtro *de prohibendo ab idolis*, ob ſuperſtitiones nimirum paganicas, ut Diſquiſit. IX. cap. 1. n. 5. &c. oſtendimus, de continuato ieiunio etiam easdem ob cauſſas in ipſa Vigilia Epiphaniæ Domini, quod hic præſcriptum legimus. Hinc geminata divina officia, & forte etiam multiplicata *cottidiana poſt Epiphaniam*. Id quod tamen cum ad primam tantum lectionem notetur, deinceps vero *cottidiana* ſimpliciter inſcribantur officia deſem numero, quot in antiquis Capitularibus Evangeliorum notantur, eadem ratio eſſe poteſt, quam mox, & paullo poſt ad Capitulare noſtrum Evangeliorum per annum notabimus; & eo quidem veriſimilior, quod nulla prorſus officia Dominicarum poſt Paſcha & deinceps in Tabula noſtra *Fuldenſi* amplius occurrant.

(2) De celebri hoc in Oriente & Occidente olim ieiunio differuimus Diſquiſ. IX. P. III. cap. 1. n. 6. ad illuſtrandum locum antiquiſſimi *Alemannici* Capitularis ſeu breviarii ordinis eccleſiaſtici, in quo ſolemnes vigiliæ ordinantur, cum adminiſtratione Baptiſmi, ut in Paſchate & Pentecoſte, quæ in Orientali præſertim & *Africana* eccleſia celebrabantur: videnturque explicare appoſite vexatum locum S. HIERONYMI cap. 1. Comment. in EZECHIELIS verba *In quinto menſis*, ſic loquentis: *Quintam autem adiungit, ut ſignificet baptiſma, in quo aperti ſunt Chriſto cœli, & Epiphaniorum dies hucuſque venerabilis eſt, non, ut quidam putant, natalis in carne.* Quæ nempe accipi poſſunt de vigilia Epiphaniæ ex die quinto menſis luceſcente in ſextum, quo conſtanter in Oriente & Occidente agitur hoc feſtum, apud *Græcos* olim pro ipſo Natalitio Domini habitum. Nihil tamen de hac vigilia occurrit in laudato lectionario *Græco* T. X. Bibl. PP. p. 318.

(3) Vides, in hac ſolemnitate triplex officium, prout etiam tria myſteria celebrata iam a S. PAULINO notantur Natali IX. de S. FELICE, ubi Epiphaniam inter maximas canit ſolemnitates. Iamque ex MABILLONIO de *Liturg. Gallic.* p. 117. obſervavimus loco in ſuperiori nota citato, hac die ex tribus Evangeliſtis contextum in lectionario *Luxovienſi* evangelium de Chriſti baptiſmo & nuptiis in Cana *Galilææ*, in Miſſa vero Vigiliæ de adoratione Magorum.

Digitized by Google

Cottidiana.

Ad Hebræos ſub titulo XII.

Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora &c.

Cottidiana.

Ad Hebræos ſub titulo VIII.

Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem &c.

Cottidiana.

Ad Galatas ſub titulo XIII.

Nemo ſpernit aut ſuperordinat, Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones &c.

Cottidiana.

Ad Hebræos ſub titulo XII.

Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora &c.

Cottidiana.

Ad Timotheum 1. ſub titulo XXVII.

Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia &c.

Cottidiana.

Ad Romanos ſub titulo XLII.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus &c.

Cottidiana.

Ad Romanos ſub titulo XVIII.

Scimus enim, quod lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum &c.

Cottidiana.

Ad Romanos ſub initium epiſtolæ.

Paulus ſervus Chriſti Ieſu vocatus Apoſtolus, ſegregatus &c.

Cottidiana.

Ad Romanos ſub titulo XLIII.

Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote &c.

Cottidiana.

Ad Romanos ſub titulo I.

Id ſupra.

In Sexageſima (1)

Ad Timotheum 1. ſub titulo V.

Obſecro igitur primo omnium fieri &c.

Cottidiana.

Ad Corinthios 1. ſub titulo XLII.

Neſcitis, quod hi, qui in ſtadio currunt &c.

In Quinquageſima.

Ad Romanos ſub titulo XLVIII.

In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & revixit &c.

In Quadrageſima.

Ad Corinthios 1. ſub titulo XLII.

Neſcitis, quod hi, qui in ſtadio currunt &c.

In

(1) Ita etiam in lectionario antiquiſſimo apud Ven. THOMASIUM T. V. opp. ed. VEZZOS. p. 424. ad uſum eccleſiæ *Mediolanenſis*, omiſſa Septuageſima, notatur *lectio in caput Sexages.* Sequitur in noſtro lectionario cottidiana *Neſcitis quod hi, qui in ſtadio currunt &c.* quæ lectio hodie legitur in Septuageſima. Quodſi coniici poſſet, hic aliquam interceſſiſſe ordinis aut inſcriptionis inverſionem, de ſuperiore etiam inſcriptione *Cottidiana* conjectura fieri poſſet, eſſe potius officia communia Dominicarum per annum, non ſolum poſt Epiphaniam; qualia deinceps, præterquam in Quadrageſima, nulla recurrunt poſt officia in Sexageſima & Quinquageſima. Quæ ipſa ad ritum quemdam ac obſervantiam veterem cum ieiunio quadrageſimali coniunctum referri poſſunt; de quo in Conc. IV. *Aurel.* can. 2. decernitur: *ut Quadrageſima ab omnibus eccleſiis æqualiter teneatur; neque Quinquageſimam aut Sexageſimam ante Paſcha quilibet Sacerdos præſumat indicere.* Convenit hoc quodammodo cum eo, quod SOCRATES lib. V. cap. 21. & SOZOMENUS lib. VII. cap. 19. de ſex vel ſeptem hebdomadis ieiunii Quadrageſimalis, ſed minus curate, ſcribunt.

Digitized by Google

In ieiunio I. in Quadrageſima.(1)

Ad Romanos ſub titulo XVI.

Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore &c.

Ieiunio II. in Quadrageſima.

Ad Romanos initium ſub titulo XL.

Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei &c.

In Quadrageſima Dominica II.

Ad Romanos ſub titulo XLIV.

Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum &c.

In Quadrageſima ieiunio III.

Ad Galatas ſub titulo XXVIII.

Omnis enim lex in uno ſermone impletur &c.

In Quadrageſima ieiunio IV.

Ad Epheſios ſub titulo XVI.

Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino &c.

In Quadrageſima Dominica III.

Ad Epheſios ſub titulo XVII.

Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum &c.

In Quadrageſima ieiunio V.

Ad Epheſios ſub titulo XX.

Eſtote ergo imitatores Chriſti &c.

In Quadrageſima ieiunio VI.

Ad Epheſios ſub titulo XXX.

De cætero fratres confortamini in Domino &c.

In Quadrageſima Dominica IV.

Ad Galatas ſub titulo IV.

Notum autem vobis facio &c.

In Quadrageſima ieiunio VII.

Ad Theſſalonicenſes 1. ſub titulo XIII.

De cætero ergo fratres rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu &c.

In Quadrageſima ieiunio VIII.

Ad Theſſalonicenſes 2. ſub titulo VI.

Fidelis autem Deus eſt, qui confirmavit &c.

In Quadrageſima Dominica V.

Ad Coloſſenſes ſub titulo V.

Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat &c.

In Quadrageſima ieiunio IX.

Ad Romanos ſub titulo L.

Et quæ ædificationis ſunt in invicem &c.

In Quadrageſima ieiunio X.

Ad Corinthios 2. ſub titulo VII.

Incipimus autem nosmetipſos commendare &c.

Do-

(1) Hoc titulo poſt Officium Dominicæ primæ uſque ad Dominicam Palmarum, quæ hic dicitur *Dominica ante octo diss Paſchæ*, per ſingulas hebdomadas, præter officium Dominicæ, binæ habentur lectiones, adeoque decem tantummodo numerantur ferialia officia uſque ad hebdomadam maiorem; quæ hic uno abundat officio ſeu lectione poſt Dominicam ante octo dies Paſchæ. Sequitur enim lectio una *in ebdomada maiore* poſt officium Dominicæ, ante illud *in ſecunda feria ante Paſcha ebdomada maiore*. Congruit quodammodo dierum quindecim ieiunii quadrageſimalis numerus a SOCRATE l. c. notatus. Demum lectionarium hoc in eo convenit cum Graduali dominicali, paullo ſupra ex Codice *Rhenaugienſi* edito, quod ſola hebdomada maiori ſingulis diebus occurrat officium: ita tamen, ut hic in Feria V. i. e. in Cœna Domini, duplex ſit officium, alterum nempe ad *Veſperum Cœnæ Domini*, de quo agimus in Diſquiſit. IX. P. III. cap. 1. p. 850. & ſupra p. 78. n. 1. duplex item poſt officium *in Sexta feria ante noctu magnæ*, nempe *in noctu ſanctæ mane*, & *in noctu ſanctæ noctu*: de quo officio diximus Diſquiſit. IX. P. III. p. 861. &c.

Digitized by Google

Dominica ante octo dies Paſchæ.

Ad Corinthios 2. ſub titulo V.

Statui autem hoc ipſe apud me iterum &c.

In Ebdoma maiore.

Ad Corinthios 2. ſub titulo XXV.

Nam ſi is, qui venit, alium Chriſtum prædicat &c.

In ſecunda feria ante Paſcha Ebdoma maiore.

Ad Galatas ſub titulo VII.

Cum autem veniſſet Petrus &c.

In tertia feria ante Paſcha.

Ad Galatas ſub titulo IX.

Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt &c.

In quarta feria ante Paſcha.

Ad Epheſios ſub titulo VII.

Nunc autem in Chriſto Ieſu vos &c.

In quinta feria ante Paſcha.

Ad Corinthios 1. ſub titulo XXIII.

Non bona gloriatio veſtra, fratres neſcitis, quia &c.

In Quinta feria ad Veſperam Cœnam Domini.

Ad Corinthios 1. ſub titulo LVI.

De collectis autem, quæ fiunt &c.

In Sexta feria ante noctu magna.

Ad Philippenſes ſub titulo V.

Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu &c.

In noctu ſancta mane.

Ad Philippenſes ſub titulo XIII.

Gaudete in Domino ſemper, iterum dico, gaudete &c.

In noctu ſancta noctu.

Ad Corinthios I. ſub titulo XLIV.

Nolo vos ignorare fratres, quoniam Patres noſtri &c.

In ſanctum Paſcha.

Ad Coloſſenſes ſub titulo XI.

Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto &c.

In ſecunda feria Paſchæ.

Ad Romanos ſub titulo XV.

An ignoratis, quia quicumque baptizati ſumus &c.

In tertia feria Paſchæ.

Ad Romanos ſub titulo XII.

Si enim Chriſtus, cum adhuc infirmi eſſemus.

In Quarta feria Paſchæ. (1)

Ad Epheſios ſub titulo IV.

Deus autem, qui dives eſt in miſericordia &c.

In

(1) Sic in ſtatutis S. BONIFACII, ad quem codex iſte pertinuit, ponuntur *in Paſcha Domini poſt Dominicam dies tres ſabbatizandi*, omiſſo feſto Pentecoſtes, quod in ſtatutis laudatis fieri potuit, quia paſſim feriæ poſt Pentecoſten tot diebus celebrantur, quot in Paſchate aguntur. Sed enim in noſtro Lectionario nec Pentecoſtes nec Aſcenſionis feſtum defectu quodam, aut negligentia ſcriptoris omiſſum eſt, ex cauſſa ſuperius iam indicata, quod hiſtoria Aſcenſionis Domini, nec non effuſionis S. Spiritus in Apoſtolos ex Actis Apoſtolorum legi in Miſſa ſemper conſueverit, veluti in feſto S. IOANNIS *Baptiſtæ* ex HIERMIA propheta. Alia ratio eſt antiquiſſimi lectionarii *Ambroſiani* apud Ven. THOMASIUM T. V. p. 424. &c. quia ritu illo duæ in Miſſa habebantur lectiones, una ex veteri teſtamento, *prophetia* dicta, alia ex novo, quæ accommodate *Apoſtolus* nominatur.

Digitized by Google

In Paſcha annotina. (1)

Ad Epheſios ſub titulo XIII.

Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino &c.

In Natale ſanctorum Petri & Pauli. (2)

Ad Romanos ſub titulo XXXII.

Corde enim creditur ad iuſtitiam &c.

In ieiunium ſancti Laurentii.

Ad Timotheum 2. ſub titulo XXIII.

In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerunt &c.

In Natale eodem.

Ad Corinthios 2. ſub titulo XXII.

Hoc autem dico, quoniam qui parce ſeminat, parce & metit &c.

In ieiunio ſancti Andreæ.

Ad Timotheum 2. ſub titulo V.

Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus &c.

In Natale ſancti Andreæ.

Ad Corinthios 1. ſub titulo VII.

Et ego cum veniſſem ad vos fratres, veni &c.

De Martyribus.

Ad Hebræos ſub titulo XII.

Chriſtus autem adſiſtens Pontifex futurorum bonorum &c.

De Martyribus.

Ad Hebræos ſub titulo XII.

De Martyris generalis feminini. (3)

Ad Corinthios 2. ſub titulo XXIII.

Qui autem gloriatur, in Domino glorietur &c.

De

(1) Quando nimirum, qui ſuperiore Paſchate baptizati fuerant, circumacto anno baptiſmi ſui diem uſitatis aliis in paſchali feſtivitate ſolemnibus ritibus celebrabant. Vid. Diſquiſit. IX. P. III. cap. 1. n. 13.

(2) Ritus *Romani* fuiſſe hoc lectionarium, ipſa hæc tria feſta ſubſequentia, præſertim S. LAURENTII, oſtendunt. Forte SS. PETRI & PAULI vigilia hic non notatur, quod ubique cum lectione ex Actis Apoſtolorum notetur; quod quamvis in ipſo etiam eorundem feſto tam in Miſſali *Romano*, quam apud PAMELIUM obſervetur, id tamen haud conſtans adeo ſemper fuit, uti vel ex hoc lectionario liquet, ubi lectio ex Apoſtolo aſſignatur; ne quid dicam de antiquiſſimo lectionario *Mediolanenſi* apud THOMASIUM T. V. p. 426. in quo pro eodem feſto lectio itidem ex Apoſtolo, licet à noſtra diverſa, occurrit.

(3) Lege *De martyribus generis feminini*, ſimulque adverte, nihil in hoc lectionario vel in generali vel in ſpeciali occurrere de Confeſſoribus vel Virginibus non Martyribus, nec quidem de ipſa Virgine virginum B. MARIA. Hoc fieri potuit ob rationem iam allatam; illud vero de nullo alio monumento veteris liturgiæ *Romanæ*, *Gallicanæ*, *Gotho-Hiſpanicæ* ſeu *Mozarabicæ* ac *Ambroſianæ* dici poteſt, ut cum antiquitate huius lectionarii contendi queat. In lectionario Græco ſuperius citato pag. 316. poſtquam ordine temporum in feſto Transfigurationis Domini, in Aſſumtione & Nativitate Virginis Deiparæ, in feſto Exaltationis S. Crucis, in feſtivitate SS. COSMÆ & DAMIANI inter Dominicas poſt Pentecoſten, & ante Dominicam Palmarum in feſto Annuntiationis Deiparæ lectiones ſuiſſent notatæ, in fine occurrunt lectiones in Sanctorum commemorationibus, in feſto unius & plurium Pontificum, plures in feſtivitatibus Sanctorum, in Dedicatione eccleſiæ, in ſanctarum Mulierum feſtis, demum in commemorationibus mortuorum.

Digitized by Google

De Martyribus.

Ad Hebræos ſub titulo XII.

Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis &c.

De Martyribus.

Ad Timotheum 2. ſub titulo II.

Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione &c.

De Martyribus.

Ad Romanos ſub titulo XXI.

Iuſtificati igitur ex fide &c.

In Dedicatione. (1)

AdCorinthios 1. ſub titulo XI.

Qui plantat autem, & qui rigat, unum ſunt &c.

In Dedicatione.

Ad Hebræos ſub titulo III.

Unde fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes &c.

In Dedicatione.

Ad Epheſios ſub titulo VI.

Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos &c.

In Natale Epiſcopi. (2)

Ad Hebræos. *Vacat titulus.*

De Ordinationibus.

Ad Timotheum 1. ſub titulo VIII.

Fidelis ſermo, ſi quis Epiſcopatum deſiderat &c.

De Ordinationibus Diaconorum.

Ad Timotheum 1. ſub titulo XII.

Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus &c.

De Agendis. (3)

Ad Theſſalonicenſes 1. ſub titulo XVII.

Nolumus autem ignorare vos fratres de dormientibus &c.

---

(1) Trina lectio ſeu officia *in Dedicatione* videntur pro uſu diverſarum eccleſiarum *Romæ* fuiſſe diſtincta; prout hodieque non in Urbe tantum, ſed per orbem quoque Catholicum nonnullarum *Romæ* eccleſiarum dedicatio celebratur: aut certe pro repetitione officii intra octavam fuere deſtinata, loco lectionum cottidianarum; iam enim tum per octo dies Dedicationis ſolemnia peragebantur.

(2) Ita paſſim dies anniverſarius ordinationis Epiſcopi, vel Papæ *natalis*, *natalitius*, vel etiam *dedicatio* dicitur, non in antiquioribus ſolum monumentis liturgicis, verum etiam apud SS. PP. AMBROSIUM, AUGUSTINUM, PETRUM *Chryſologum*, LEONEM M. & GREGORIUM, etiam *Turonenſem* vid. *Wilh. Ern.* TENZELII Tract. *de Natalitiis Epiſcop.* Exercit. ſelect. P. I. p. 345. Et *Ioach.* HILDEBRAND Tract. *de Natalitiis vet. ſacr. & prof.* In Mſc. monaſterii *Rheinaugienſis* circa finem ſæc. VIII. vel initium IX. extrato lectiones deſignantur pro vigiliis ſeu officio canonico *in Natali epiſcoporum* ex homiliis S. GREGORII M. in EZECHIELEM.

(3) i. e. mortuorum, ſeu pro defunctis, quam hodieque in die obitus legimus.

CAPITULARE EVANGELIORUM

DE ANNI CIRCULO.

Ex Mſc. *Spirenſi* Sec. VIII. circ. collato cum *Rhenaugienſi* Sec. X. circ.

Sequens laterculum, ſeu Capitulare Evangeliorum mecum communicavit *A.* BEEKE, *Spiræ* Præbendarius regius, inſertum antiquiſſimo codici Evangeliorum, cui etiam Canones Evangeliorum, ut frequens eſt in vetuſtioribus manuſcriptis, præmittuntur. Lacunas, quas ſubinde temporum iniuria paſſus eſt Codex *Spirenſis*, ſupplevimus ex gemino, cum quo *Spirenſe* contulimus, & variantes uncinis incluſas adnotavimus, Mſc. *Rhenaugienſis* bibliothecæ, adeo antiquis Codicibus liturgicis refertæ, ut ſuapte veterem liturgiam *Alemannico-Romanam* poſtliminio reſtituere poſſit. Convenit utrumque hoc noſtrum Capitulare ut plurimum & ad verbum fere cum *Vaticano* & *Palatino*, ſeu *Laureshaimenſi* apud THOMASIUM T. V. Opp. p. 429. & ſeqq. ac præcipue cum eo, quod FRONTO edidit ex Mſc. ſec. VIII. & minus accurate *Kalendarium* inſcripſit.

Incipit Capitulare Evangeliorum De anni circulo.

In Natale Domini (1) ad Sanctam Mariam [Maiorem] ſecundum Lucam capitulo III. *In illo tempore exiit edictum a Cæſare Auguſto*, uſque, *pax hominibus bonæ voluntatis.*

Item ad S. Anaſtaſiam ſec. Lucam c. III. *In illo tempore paſtores loquebantur ad invicem*, uſque, *ſicut dictum eſt ad illos.*

Item ad S. Petrum ſec. Ioh. cap. I. *In principio erat Verbum*, & *Verbum erat apud Deum*, uſque, *plenum gratiæ & veritatis.*

In Nat. S. Stephani ſec. Matth. cap. CCXL. *In illo tempore dicebat Ieſus turbis Iudæorum & principibus ſacerdotum: ecce ego mitto ad vos prophetas*, uſque *benedictus qui venit in nomine Domini.*

In Nat. S. Iohannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, ſec. Ioh. cap. CCXXXI. *In illo tempore dixit Ieſus Petro ſequere me*, uſque, *quia verum eſt teſtimonium eius.* (2)

In Nat. Innocentum, ſec. Matth. cap. VI. *In illo tempore angelus Dni in ſomnis apparuit Ioſeph*, uſque, *Rachel plorans filios ſuos noluit conſolari, quia non ſunt.* (3)

In Nat. S. Sylveſtri die XXXI. menſis Decemb. ſec. Matth. cap. CCLXII. (al. CCLXIII.) *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vigilate, quia neſcitis*, uſque, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*

Dominica I. poſt Nat. Dni ſec. Lucam cap. III. *In illo tempore erant pater & mater Ieſu mirantes*, uſque, *gratia Dei erat in illo.* (4)

In Octavas Dni [ad ſanctam Mariam ad Martyres] ſec. Lucam cap. III. *In illo tempore cum conſumtis diebus*, uſque, *gloriam plebis tuæ Iſrael.* (5)

In Nat. S. Martinæ Id. Ian. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.*

[Die ſupraſcripto Nat. S. Martinæ, ſec. Matth. cap. CCLXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ſimile eſt regnum cœlorum decem virginibus*, uſque, *quia neſcitis diem neque horam, qua Dominus veſter venturus ſit.*] (6)

In

(1) Uterque codex noſter non a Vigilia Natalis D. ut alia antiqua Evangeliaria, ſed a prima Miſſa ipſius Natalis incipit, quæ ſicut & duæ ſequentes per ſuas Stationes inſcribuntur; quod paſſim etiam fit in aliis ſtationum diebus, qui *Romanæ* eccleſiæ more notantur. Idipſum obſervatur etiam in Capitulari Evangeliorum apud THOMASIUM T. V. opp. pag. 431.

(2) Unica tantum Miſſa in hoc feſto paſſim notatur, quantum ad Evangelium, quamvis in *Thomaſ.* l. c. & etiam in ſacramentariis, ac Graduali duplex aſſignetur, de quo vid. ſupra pag. 367. n. 2.

(3) In *Rhenaug.* uti in *Mabtenians* aſſignatur integrum Evangelium uſque, *quoniam Nazaræus vocabitur:* & ita paſſim. Vid. THOMAS. l. c. pag. 432.

(4) Dominica hæc in *Rhenaug.* deeſt. Vid. infra in vigil. Epiph. & apud THOMAS. p. 433. n. 1.

(5) Eſt error in MS. legendum ut in *Rhenaug.* & *Thomaſ.* ac *Pamel. Poſtquam conſummati ſunt dies octo:* ubi ſimul notandum, nonniſi in paucis, iisque recentioribus Codd. decurtatum Evangelium aſſignari, quod hodie in Miſſali habetur.

(6) Feſtum hoc etiam in aliis notatur ad diem 1. ſeu Cal. *Ian.* cum Evang. ut ſupra in *Rhenaug.* Vid. MARTENE *Thef. Anecdot.* T. V. pag. 67. n. c. Cæterum utrumque etiam Evangelium exhibet THOMASIUS T. V. pag. 433.

In Vigil. de Theophania, ſec. Matth. cap. VI. *In illo tempore defuncto Herode*, uſque, *Nazaræus vocabitur.*

[In Vigilia Theophaniæ, Ipſa legitur Dominica prima poſt natale Domini in eccleſia ſancti Petri, ſecundum Matth. cap. VI. &c. *ut in Spirenſi.*] (1)

In Theophania ad S. Petrum, ſec. Matth. cap. IIII. *In illo tempore cum natus eſſet Ieſus in Bethlehem*, uſque, *reverſi ſunt in regionem ſuam.*

Poſt Theoph. ad S. Petrum ad Vincula ſec. Marc. cap. III. *In illo tempore fuit Iohannes in deſerto baptizans*, uſque, *filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* (2)

Item altera poſt Theophan. ad S. Anaſtaſiam, ſec. Ioh. cap. XIII. *In illo tempore vidit Iohannes Ieſum venientem ad ſe*, uſque, *quia hic eſt filius Dei.* (3)

Item altera [poſt Theophan.] ad S. Iohannem & Paulum, ſec. Matth. cap. VII. *In illo tempore venit Iohannes Baptiſta*, uſque, *filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

Dominica I. poſt Theoph. ſec. Lucam cap. III. *In illo tempore cum factus eſſet Ieſus annorum XII.* uſque, *apud Deum & homines.*

Menſe Ianuario, die XIIII. Nat. S. Felicis Mart. [Confeſſoris in Pincis] ſec. Luc. cap. CXVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, qui vos audit, me audit*, uſque, *nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.*

It. XVI. menſe ſupraſcripto Nat. S. Marcelli [Martyris & Pontificis] ſecundum Matth. cap. CCLXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam peregre proficiſcens*, uſque, *intra in gaudium Dni tui.* (4)

Hebdomada II. poſt Theoph. [die Dominico] ſec. Ioh. cap. XVIII. *In illo tempore nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ*, uſque, *crediderunt in eum diſcipuli eius.*

Item alia poſt Theoph. ſec. Matth. [l. Luc.] cap. XVII. *In illo tempore regreſſus Ieſus in virtute Spiritus in Galilea*, uſque, *procedebant de ore eius.* (5)

Item Fer. IV. ſec. Marc. cap. XVIII. *In illo tempore venit ad Ieſum leproſus deprecans eum*, uſque, *præcipit Moyſes [in] teſtimonium illis.* (6)

Fer.

(1) Ita etiam in Calendario FRONTONIS, quoad Stationem & Evangelium, quod in *Marteniano* diverſum eſt. Cæterum quod hic in *Rhenaug.* eſt, *ipſa legitur dominica prima poſt natale*, apud THOMASIUM p. 433. in Cod. Palat. habetur: *ipſa legitur dominica II. poſt natale Dni*; & in Vatic. *ipſa legitur Dominica prima poſt octabas Dni.*

(2) In *Rhenaug.* inſcribitur *Die prima poſt Theoph.* ſimiliter in Calend. FRONT. in quo etiam duæ ſequentes Miſſæ notantur, ſed in *Marteniano* una tantum poſt Theophan. Miſſa occurrit.

(3) In *Rhenaug.* in margine paullo inferius recentiore manu idem aſſignatur Evangelium, ſub prævia rubrica *Feria IIII. poſt Theoph.*

(4) Evangelium hoc in omnibus Codd. notatur, etſi hodie in Miſſali aliud legatur.

(5) Miſſa hæc in *Marteniano* habetur fer. IV. poſt Dominicam I. & in *Pameliano* fer. IV. poſt Dom. II. videtur autem ad priorem hebdomadam eſſe referenda; licet etiam in *Thomaſiano* ut in *Spirenſi* notetur.

(6) Ita etiam quoad tres has ferias legitur in Calendario FRONTONIS, aliter vero in *Marten.* & *Pamel.* in quibus etiam Sabbati officium hic & in ſequentibus deeſt, qui dies primum Stationum ſeu ieiunii diebus MARTENIO arbitro accenſitus eſt ſec. V. neque eius officium inter dies ſtationum reperitur in vetuſtiſſimis codicibus, quamvis in *Frontoniano* eo ut in noſtris modo ſemper notetur. Cæterum hic & deinceps poſt Epiphaniam & Pentecoſten ſæpius aſſignantur Evangelia pro antiquiſſimis diebus ſtationum Fer. IV. VI. & Sabb. Vid. Diſquiſit. X. P. III. cap. 1. n. 4.

Digitized by Google

Fer. VI. ſec. Marc. cap. L. *In illo tempore venit Ieſus in patriam ſuam*, uſque, *impoſitis manibus curavit.*

Die Sabb. ſec. Luc. cap. XXVI. *In illo tempore ſurgens Ieſus de ſynagoga*, uſque, *evangelizare regnum Dei.*

Die XVIII. menſis ſupraſcripti Nat. S. Priſcæ, ſec. Matth. cap. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.* (1)

Hebdom. III. poſt Theophan. ſec. Matth. cap. LXIII. *In illo tempore cum deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecuta eſt eum turba*, uſque, *ſanatus eſt puer ex illa hora.*

Fer. IIII. ſec. Marc. cap. XXV. *In illo tempore introivit Ieſus in ſynagoga*, uſque, *& reſtituta eſt manus illius.*

Fer. VI. ſec. Luc. cap. XXXIII. *In illo tempore cum eſſet Ieſus in una civitate*, uſque, *curarentur ab infirmitatibus ſuis.*

Die Sabb. ſec. Marc. cap. XXXVI. *In illo tempore cœpit Ieſus docere*, uſque, *qui habet aures audiendi, audiat.* (2)

Die XX. menſis ſupraſcripti. Nat. S. Sebaſtiani ſec. Luc. cap. XLV. *In illo tempore deſcendens Ieſus de monte* [uſque] *ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlis.* (3)

Die ſupraſcripto Nat. S. Fabiani [Martyris & Pontificis, ſec. Matth.] cap. CCLXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vigilate, quia neſcitis*, uſque, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*

Hebd. IIII. poſt Theoph. [die Dominico ſec. Matth. cap. LXVIIII. *In illo tempore*] *aſcendente Ieſu in naviculam*, uſque, *quia venti & mare obediunt ei.*

Die XXI. menſe ſupraſcripto Nat. S. Agnæ de paſſione, ſec. Matth. cap. CCLVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum decem virginibus*, uſque, *quia neſcitis diem neque horam.*

Fer. IIII. ſec. Matth. cap. LXXIIII. *In illo tempore loquente Ieſu ad turbas, ecce unus de principibus*, uſque, *in univerſam terram illam.*

Fer. VI. ſec. Marc. cap. XLI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis, videte, quid audiatis*, uſque, *diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.*

Die Sabb. ſec. Luc. cap. CLXXVIII. *In illo tempore dicebat Ieſus parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent*, uſque, *beatus qui manducabit panem in regno Dei.* (4)

Hebd. V. [poſt Theophan.] ſec. Matth. cap. CXXXVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo*, uſque, *triticum autem congregate in horreum meum.* (5)

Die

(1) Similiter in *Martenian.*, ſed in *Pameliano* deeſt, quamvis in ſacramentariis, & apud THOMASIUM notetur, T. V. opp. pag. 438.

(2) Sic & in *Frontoniano* ac *Thomaſiano* quoad tres iſtas ſtationes, aliter tamen in *Marten.* ac *Pamel.* quod & in ſequentibus paſſim fit.

(3) In *Pameliano* habetur officium unum pro SS. FABIANO & SEBASTIANO, in *Marteniano* pro ſolo S. SEBASTIANO; ſed in *Frontoniano* ac *Thomaſiano*, ut in noſtris, propria pro unoquoque notatur Miſſa.

(4) Conſentiunt hic iterum codices noſtri cum *Fronton.* & *Thomaſ.*

(5) In *Marteniano* quatuor tantum hebdomades poſt Epiphaniam habentur; in *Pameliano* notatur Dominica V. ſed cum alio Evangelio: *Fronton.* & *Thomaſ.* cum noſtris conveniunt.

Die XXII. menſe ſupraſcripto Nat. S. Vincentii [Statio in baſilica ſancti Euſebii iuxta Merulana (1)] ſec. Ioh. cap. CIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: niſi granum frumenti*, uſque, *honorificabit eum Pater meus, qui eſt in cœlis.*

[Die ſupraſcripta Nat. Anaſtaſii monachi, item alia *ut mox.* (2)]

Item alia ſec. Marc. cap. XLVIIII. *In illo tempore cum tranſcendiſſet Ieſus in naviculam, rurſus transfretavit*, uſque, *vade in pace, & eſto ſana a plaga tua.*

Die XXVIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Agnæ de Nativitate, ſec. Matth. cap. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.* (3)

Fer. VI. ſec. Marc. cap. XLVII. *In illo tempore venit Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorum*, uſque, *& miſertus eſt tui.*

Die Sabb. ſec. Luc. cap. LXVII. *In illo tempore factum eſt, deinceps ibat Ieſus in civitatem*, uſque, *Deus viſitavit plebem ſuam.*

Hebd. VI. poſt Theoph. ſec. Marc. cap. LXVII. *In illo tempore cum ſero eſſet factum, erat navis in medio maris*, uſque, *quotquot tangebant eum, ſalvi fiebant.*

Fer. VI. ſec. Luc. cap. LXXIIII. *In illo tempore rogavit Ieſum [quidam] Phariſæus, ut cum illo manducaret*, uſque, *quoniam dilexit multum.* (4)

Die Sabb. ſec. Marc. cap. XXI. *In illo tempore egreſſus Ieſus ad mare, omnisque turba*, uſque, *non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.*

Hebd. VII. ſec. Matth. cap. CXVI. *In illo tempore cum veniſſet Ieſus [ad turbas] in ſynagogam Iudæorum*, uſque, *curavit eos omnes.*

Menſe Februario [Die] ſecunda, hypapante [ad Sanctam Mariam] ſec. Luc. cap. III. *In illo tempore poſtquam impleti ſunt dies purificationis matris Ieſu [purgationis eius] ſecundum legem Moyſis*, uſque, *gloriam plebis tuæ Iſrael.*

Die V. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Agathæ, ſec. Matth. cap. CCLXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum decem virginibus*, uſque, *quia neſcitis diem neque horam.* (5)

Fer. IIII. ſec. Marc. cap. LXIII. *In illo tempore exiens Ieſus de nave vidit turbam multam*, uſque, *& cum dimiſiſſet eos, abiit in montem orare.*

Fer. VI. ſec. Matth. cap. CXLVII. *In illo tempore veſpere autem facto acceſſerunt ad Ieſum*, uſque, *manducantium autem*

(1) Vid. de hac Statione Ven. THOMAS. opp. T. V. pag. 440. not. A. Idem huius feſti Evangelium exhibet Calend. FRONTONIS & THOMASII, aliud vero *Martenianum*; in *Pameliano* ipſum feſtum deeſt.

(2) Eodem modo, ut in *Rbenaugienſi*, notatur in *Thomaſiano*, omiſſo *item alia.* Videtur autem Evangelium hoc pertinere ad Fer. IV. non ad feſtum S. ANASTASII, cum & in duobus codicibus a THOMASIO editis ita aſſignetur.

(3) Ita & in *Thomaſiano*, ſed in *Marten.* & *Pamel.* omnino deficit.

(4) Feria IV. ceu dies ſtationum, hic & in *Thomaſiano* omiſſa; ſic & in ſequentibus aliqui ſtationum dies deſiderantur.

(5) Idem Evangelium in omnibus aliis codicibus aſſignatur, quamvis hodie in Miſſali aliud legatur.

Digitized by Google

autem fuit numerus quinque millia hominum.

Hebd. VIII. ſec. Luc. cap. LXXXVI. *In illo tempore convocatis Ieſus diſcipulis ſuis*, uſque, *evangelizantes & curantes ubique.*

Fer. IIII. ſec. Matth. cap. CLIIII. *In illo tempore acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis Scribæ*, uſque, *non lotis manibus manducare non coinquinat hominem.*

Die XIIII. menſis ſupraſcripti Nat. S. Valentini, ſec. Luc. cap. XCVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum*, uſque, *donec videant regnum Dei.* (1)

Fer. VI. ſec. Luc. cap. LXXXIII. *In illo tempore, factum eſt autem in una dierum aſcendens Ieſus in naviculam*, uſque, *prædicans quanta illi Ieſus feciſſet.*

Die Sabb. ſec. Marc. cap. LXXII. *In illo tempore ſurgens Ieſus abiit in fines Tyri & Sidonis*, uſque, *& dæmonium exiſſe ab ea.*

Hebd. VIIII. ſec. Matth. cap. CCXXI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc; ſimile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo*, uſque, *multi vocati, pauci autem electi.*

Hebd. X. ſec. Matth. cap. CLVII. *In illo tempore egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis*, uſque, *& ſanata eſt filia eius ex illa hora.* (2)

[Menſis Martii die XII. Nat. ſancti Gregorii Confeſſoris atque Pontificis, ſec. Matth. cap. CCLXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vigilate*, uſque, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.* (3)]

Die XXV. menſis Martii Adnuntiatio Domini, ſec. Luc. cap. III. *In illo tempore miſſus eſt Gabriel Angelus a Deo*, uſque, *fiat mihi ſecundum verbum tuum.*

Incipiunt Lectiones Evangeliorum a Septuageſima uſque in Paſcha.

Dom. I. [in Septuageſima.] ad S. Laurentium, ſec. Matth. cap. CC. *In illo*

(1) Feſtum hoc notatur pariter in *Frontoniano*, *Pamel.* & *Thomaſ.* deeſt autem in *Martenianо*, uti & ſequens S. GREGORII, quin & ipſum Incarnationis Dominicæ ſeu Annuntiationis B. M. V. feſtum, cum in antiquiſſimis monumentis nullum prorſus in Quadrageſima occurrat feſtum.

(2) Ponuntur hic, uti & in *Frontoniano*, & *Thomaſ.* decem omnino Dominicarum officia poſt Epiphaniam, & quidem ſingulis fere hebdomadis, ultimis dumtaxat exceptis, lectionibus pro Feriis ſtationum duabus aut tribus, Fer. IV. VI. & Sabbato, adnotatis: uti etiam in Capitulari Evangeliorum apud Ven. THOMASIUM T. V. opp. edit. *Vezzoſ.* pag. 442. habentur. Coniicit autem VEZZOSIUS, cum tot hebdomadæ numquam occurrant inter Epiphaniam & Septuageſimam, forte hanc numerationem olim factam fuiſſe ante Septuageſimæ inſtitutionem; unde etiam accidiſſe ſuſpicatur, quod nulli poſt Septuageſimam uſque ad caput ieiunii (quin nec hebd. IX. aut X. præc.) ſtationum dies adnotentur, ut hoc modo Evangelia in præcedentibus aſſignata, pro iis inſervire poſſint uſque ad Quadrageſimam. Vid. THOMAS. T. V. pag. 442. A. & Diſquiſit. X. P. III. p. 937. Eadem porro ratio eſt Dominicarum poſt Penteoſten, quæ in antiquioribus monumentis liturgicis aut ſufficienti ſaltem non reperiuntur numero, aut ſeorſim extra ordinem ſuperadduntur: unde abundantes hic lectiones ibi etiam uſui eſſe potuerunt; ſicuti hodieque officia Dominicarum, quæ ſuperfuerunt poſt Epiphaniam, reponuntur ultimis poſt Pentecoſten Dominicis.

(3) Feſtum hoc deeſt in *Spirenſi*; de S. BENEDICTO vero in utroque nil habetur, neque in *Martio* neque in *Iulio*.

illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, uſque, *pauci vero electi.* (1)

Dom. II. in Sexageſima, ad S. Paulum, ſec. Luc. cap. LXXVI. *In illo tempore cum turba plurima convenirent*, uſque, *fructum adfert in patientia.*

[Dom.] in Quinquageſima, ad S. Petrum, ſec. Luc. cap CCXXII. *In illo tempore adſumſit Ieſus XII*, uſque, *omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.*

Feria IIII. ad S. Sabinam, ſec Matth. cap. XLV. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes*, uſque, *ubi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum.*

Fer. V. ad S. Gregorium, ſec. Matth. cap. LXIIII. *In illo tempore cum intraſſet Ieſus Capharnaum*, uſque, *& ſanatus eſt puer ex illa hora.*

Feria VI. In Pamachus (2) ſec. Matth. cap. XL. [cap. XXXVIIII.] *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, audiſtis, quia dictum eſt diliges proximum tuum*, uſque, *& Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.*

Die Sabb. ad S. Laurentium in regione tertia (3) ſec. Marc. cap. LXVII. *In illo tempore cum ſero eſſet factum, erat navis in medio*, uſque, *ſalvi fiebant.*

Die Dom. in Quadrageſima, ad Lateranis. ſec. Matth. cap. XV. *In illo tempore ductus eſt Ieſus in deſerto ab Spiritu*, uſque, *& ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.*

Fer. II. [ad S. Petrum] ad Vincula, ſec. Matth. cap. CCLXXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, cum autem venerit filius hominis*, uſque, *iuſti autem in vitam æternam.*

Fer. III. ad S. Anaſtaſiam, ſec. Matth. cap. CCX. *In illo tempore cum intraſſet* [*Ieſus*] *Hieroſolymam*, uſque, *ibique docebat eos de regno Dei.*

Menſe primo. (4)

Fer. IIII. ad S. Mariam, ſec. Matth. cap. CXVII. [CXXVII]. *In illo tempore acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ*, uſque, *ipſe meus frater, & ſoror & mater eſt.*

Fer. V. ad S. Laurentium [ad Formonſum (5)] ſec. Matth. cap. CLVII. *In illo tempore regreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri*, uſque, *ſanata eſt filia eius ex illa hora.*

Fer. VI. ad Apoſtolos, ſec. Ioh. cap. XXXVI. [XXXVIII.] *In illo tempore erat*

---

(1) Supra iam notavimus, nulla in codicibus noſtris aſſignari Evangelia pro feria IV. VI. & Sabbato intra hebdomadam Septuag. & Sexageſ. quod item in *Thomaſ.* & *Fronton.* obſervatur: habentur autem in *Martenianо* & *Pameliano*, exceptis ſabbatis, quæ ibi extra Quadrageſimam deficiunt.

(2) In *Rhenaug.* leg. *Pamacha*, alii *Pachimii.* Sed iam obſervavit THOMASIUS T. V. p. 446. A. legendum eſſe *Pamachii*, ſcilicet eccleſia a PAMMACHIO in honorem SS. IOANNIS & PAULI exſtructa, unde hæc ſtatio in PAMELIO & alibi etiam *ad SS. Ioannem & Paulum* appellatur.

(3) Sic etiam inſcribitur hæc Statio apud THOMASIUM, quæ in aliquibus, & in Miſſali notatur *ad S. Typhonem*: *Rhenaugienſe* absque ſtatione ſimpliciter habet *Feria VII.* ſtatio quoque in *Pameliano* deeſt, & FRONTONIS Calendarium nec Miſſam habet, nec ſtationem in hoc Sabbato.

(4) Id eſt, ieiunium vel Quatuor Tempora primi menſis, ſeu *Martii.* vid. Diſquiſit. X. cap. 6. p. 985.

(5) Ita & in *Frontoniano*, qui fuit locus eius martyrii, eſtque illa ipſa eccleſia, quæ in Miſſali vocatur *S. Laurentii in Paniſperna.*

Digitized by Google

rat dies feſtus Iudæorum, uſque, *quia Ieſus eſt, qui fecit eum ſanum.*

Die Sabb. [in] XII. lect. (1) ad S. Petrum ſec. Matth. cap. CLXXII. *In illo tempore adſumſit Ieſus Petrum, Iacobum & Iohannem*, uſque, *donec filius hominis a mortuis reſurgat.*

Hebd. II. Die Dominico vacat. ſec. Matth. cap. CLVII. *Egreſſus Ieſus ſeceſſit*, uſque, *ſanata eſt filia eius ex illa hora.* (2)

Feria II. ad S. Clementem ſec. Ioh. c. LXXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus turbis Iudæorum, ego vado, & quæretis me*, uſque, *quæ placita ſunt ei, facio ſemper.*

Feria III. ad S. Balbinam, ſec. Matth. cap. CCXXVII. *In illo tempore locutus eſt Ieſus ad turbas*, uſque, *qui ſe humiliat, exaltabitur.*

Fer. IIII. ad S. Cæciliam, ſec. Matth. cap. CCI. *In illo tempore aſcendit Ieſus Hieroſolymam*, uſque, *redemtionem pro multis.*

Fer. V. N. Caliſti trans Tiberim [ad Sanctam Mariam trans Tiberim, titulum Calliſti] ſec. Luc. cap. CXCVI. [CXCIII.] *In illo tempore homo quidam erat dives, induebatur*, uſque, [*neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.*] (3)

Fer. VI. [ad Apoſtolos in titulo Veſtinæ (4)] ſecundum Matth. cap. CCIX. [CCXVIIII.] *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum: homo erat, qui plantavit vineam*, uſque, *quia ſicut prophetam eum habebant.*

Die Sabb. ad S. Marcellinum & Petrum, ſec. Luc. cap. CXC. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: homo quidam habuit duos filios*, uſque, *perierat, & inventus eſt.*

Hebd. III. die Dom. ad S. Laurentium. ſec. Luc. cap. CXXVI. *In illo tempore erat Ieſus eiiciens dæmonium*, uſque, *beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.*

Fer. II. ad S. Marcum, ſec. Luc. cap. XX. *In illo tempore dixerunt Phariſæi ad Ieſum, utique dicetis mihi* [*ad Ieſum quanta audivimus facta in Capharnaum*] (5) uſque, *ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat.*

Feria III. ad S. Pudentianam, ſec. Matth. cap. CLXXXIII. *In illo tempore reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos dixit Simoni Petro, ſi peccaverit in te frater tuus*, uſque, *ſeptuagies ſepties.*

Fer. IIII. ad S. Xyſtum, ſec. Matth. cap. CLIIII. *In illo tempore acceſſerunt ad*

---

(1) Vid. quæ de hac inſcriptione diximus ſupra ad Graduale pag. 374. n. 3.

(2) Loco mox cit. pag. 375. Tractum ex Evang. fer. V. præced. exhibuimus, hicque in *Spirenſi* uti in *Pameliano* & *Marteniano* ipſum etiam eiusdem feriæ V. Evangelium aſſignatur: in *Rhenaugienſi* vero & *Frontoniano* Dominica hæc omni prorſus officio vacat, etſi hodie Evangelium ex Sabbato præcedente repetatur. Vid. ſupra pag. 375. n. 1.

(3) Ita & in *Thomaſ.* ac *Fronton.* ſed in *Pamel.* ac *Marteniano* aliud Evangelium notatur.

(4) Ex Thomasio T. V. p. 449. A. diſcimus, eccleſiam Tituli Veſtinæ in honorem Apoſtolorum, nec non S. Vitalis eſſe dicatam: atque exinde diverſa huius Stationis inſcriptio orta eſt, dum in aliis *ad Apoſtolos in titulo Veſtinæ* (alii perperam legunt *inter Veſtinæ*, cum primitus ſcriptum ſuſpicemur *in t.* quod *Amanuenſes* haud intelligentes, *inter* expreſſerint) uti hic & in *Fronton.* ac *Thomaſ.* in aliis vero & in Miſſali *ad S. Vitalem* notatur.

(5) Eſt error *Amanuenſis*, vel enim legendum ut in Miſſali: *dixit Ieſus Phariſæis, utique dicetis &c.*; vel ut in *Rhenaug.* ac cæteris: *dixerunt Phariſæi ad Ieſum: quanta audivimus &c.*

Digitized by Google

ad Ieſum ab Hieroſolymis, uſque, *non lotis manibus manducare non coinquinat hominem.*

Fer. V. ad ſanctos Coſmam & Damianum, ſec. Luc. cap. XXV. [XXVI.] *In illo tempore ſurgens Ieſus de ſynagoga*, uſque, *oportet me evanglizare regnum Dei.* [uſque, *erat prædicans in ſynagogis Galileæ.*] (1)

Fer. VI. ad S. Laurentium in [titulo] Lucinæ, ſec. Ioh. cap XXXIII. *In illo tempore venit Ieſus in civitatem Samariæ*, uſque, *quia hic eſt vere Salvator mundi.* (2)

Die Sabb. ad S. Suſannam, ſec. Ioh. cap. LXXXVI. [*In illo tempore perrexit Ieſus in montem Oliveti*, uſque, *vade & amplius noli peccare.*]

Hebd. IIII. Die Dom. [in Suxurio (3) ſec. Ioh. cap. XLVI. *In illo tempore abiit Ieſus trans mare Galileæ*, uſque, *quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum.*]

Fer. II. ad ſanctos IIII. Coronatos, ſec. Ioh. XXI. *In illo tempore prope erat paſcha Iudæorum*, uſque, *ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine.* (4)

Fer. III. in [titulo] Damaſi, ſec. Ioh. cap. LXXV. *In illo tempore iam die feſto mediante*, uſque, *de turba autem multi crediderunt in eum.*

Fer. IIII. ad S. Paulum, ſec. Ioh. cap. LXXXVIIII. *In illo tempore præteriens Ieſus vidit hominem cæcum*, uſque, *& procidens adoravit eum.*

Fer. V. ad S. Silveſtrum, ſec. Luc. cap. LXVII. *In illo tempore ibat Ieſus in civitatem, quæ vocatur Naim*, uſque, *quia Deus viſitavit plebem ſuam.* (5)

Fer. VI. ad S. Euſebium ſec. Ioh. cap. XCIIII. *In illo tempore erat quidam languens Lazarus*, uſque, *& viderunt, quæ fecit Ieſus, & crediderunt in eum.*

Die Sabb. ad S. Laurentium [Martyrem] (6) ſec. Ioh. cap. LXXXVI. *In illo tempore dicebat Ieſus turbis Iudæorum: ego ſum lux mundi*, uſque, *quia nondum venerat hora eius.*

Hebd. V. Die Dom. ad S. Petrum, ſec. Ioh. cap. LXXXVIIII. *In illo tempore dicebat Ieſus turbis Iudæorum, & principibus ſacerdotum: quis ex vobis arguet me de peccato*, uſque, *Ieſus autem [abſcondit ſe, & exivit de templo.*

Fer. II. ad S. Chryſogonum, ſec. Ioh. cap. LXXVIIII. *In illo tempore miſerunt prin-*

(1) Sic etiam notatur duplex hæc lectionis terminatio apud THOMASIUM; ſed in *Pamel.* ac *Marteniano* aliud habetur Evangelium.

(2) In ſolo *Marteniano* hac feria aliud Evangelium notatur.

(3) Diverſe vox hæc exprimitur apud THOMASIUM, & in noſtris, *ſuxurio*, *ſuxorio*, vel *ſuſulio*, ac tunc tantum ponitur, ubi notanda eſt ſtatio *S. Crucis in Ieruſalem*, veluti infra in Paraſceve. Sed omnino legendum videtur *in Sexorio* ſeu verius *Seſſorio*; in ædibus enim SESSORII eccleſia iſta exſtructa eſt. Sic ſupra *in Veſtinæ*, *in Pamachio*, denominatione ſtationis a loco vel conditore eius ſumta. Cæterum quæ hic in *Spirenſi* exeſa ſunt, ex *Rhenaugienſi* ſupplevimus, ut mox infra plura.

(4) Variant hic ſtationes in ſolo *Pameliano* per hanc hebdomadam: in cæteris eædem notantur.

(5) In *Pamel.* & *Marteniano* aliud hic aſſignatur Evangelium.

(6) Sic & in *Thomaſ.* in *Marten.* vero *ad S. Laurentium foris murum*; *Pamel. ad S. Laurentium in Mediana*, quæ omnia eandem ſtationem deſignant; ſed diſſentit Miſſale, in quo habetur *ad S. Nicolaum in carcere.*

principes & Phariſæi, uſque, *quem accepturi erant credentes in eum.*

Fer. III. ad S. Quiriacum (1) ſec. Ioh. cap. LXXV. *In illo tempore*] *abiit Ieſus in Galileam*, uſque, *nemo tamen loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.*

Fer. IIII. ad S. Marcellum, ſec. Ioh. cap. XCII. *In illo tempore facta ſunt encænia*, uſque, *quia in me eſt Pater, & ego in Patre.*

Fer. V. ad S. Apollinarem, ſec. Luc. cap. LXXIIII. *In illo tempore rogabat Ieſum*, uſque, *quoniam dilexit multum.* (2)

Fer. VI. ad S. Stephanum, ſec. Ioh. cap. XCIIII. *In illo tempore collegerunt pontifices & Phariſæi concilium*, uſque, *& ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.*

Sabb. ad S. Petrum, quando eleemoſyna datur, ſec. Ioh. cap. CLIII. *In illo tempore ſublevatis Ieſus oculis in cœlum*, uſque, *non rogo, ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos de malo.* (3)

[Sabbato. Datur fermentum in conſtorio Lateranenſe, ſec. Marc. cap. CLX. *In illo tempore Iudas Scariotes unus de XII.* uſque, *& præparaverunt paſcha.* (*Evangelio huic alia, ut videtur, manus paullo recentior in ſuperiore ora folii ſequens ſubſtituit:* ſec. Ioh. cap. CLIII. Sublevatis Ieſus oculis, *uſque*, & ego ad te venio.)] (4)

Hebd. VI. Die Dom. ad Lateranis, legitur paſſio Dni ſec. Matthæum cap. CCLXXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſcitis quia poſt biduum paſcha fiet*, uſque, *ſignantes lapidem cum cuſtodibus.*

Fer. II. ad S. Praxedem [ad S. Nereum & Achilleum] (5) ſec. Ioh. cap. XCVII. *In illo tempore ante ſex dies paſchæ venit Ieſus*, uſque, *abiit & abſcondit ſe ab eis.*

Fer. III. ad S. Priſcam, ſec. Ioh. cap. CXII. *In illo tempore ante diem feſtum* [*paſchæ ſciens Ieſus*, uſque, *& continuo clarificavit eum.*] (6) Fer.

---

(1) In aliquibus codd. ut & in Miſſali melius legitur *ad S. Cyriacum.*

(2) Evangelium hoc etiam in *Frontoniano*, *Thomaſ.* & Miſſali notatur, in *Marteniano* tamen & *Pameliano* aliud aſſignatur.

(3) Hæc inſcriptio pariter habetur in *Marteniano*, *Pamel.* & *Thomaſ.* cum diverſis tamen Evangeliis. In *Frontoniano* inſcribitur ut in *Rhenaug.* ſed absque officio. Supra *p.* 63. in ſacramentario notatur *Sabbato vacat eleemoſyna datur.* De hoc ritu, quo hac die a ſtationibus vacabant, & Papa generalem eleemoſynam ob imminens paſchale feſtum elargiebatur, videndus MARTENE *de divinis officiis* cap. 19. p. 187. & THOMASIUS T. V. pag. 452. A. Hodie in Miſſali plane diverſum habetur Evangelium.

(4) Eſt hic alius antiquus Sabbati huius ritus *Romanus*, in *Frontoniano* etiam aliisque notatus, quo Euchariſtia a Pontifice conſecrata, alias ſingulis diebus dominicis per urbis Titulos mitti ſolita, hac die presbyteris titularibus ſequenti dominica alias occupatis diſtribuebatur; quæ MARTENII coniectura eſt, l. c. p. 188. vid. THOMAS. l. c. pag. 453. Cæterum ſpeciale hic in iſta diſtributione Evangelium notatur, quod in unico cod. Vatic. ſec. IX. apud THOMAS. adſignatum reperi. Alterum vero recentiore manu adſcriptum idem eſt cum notato in *Spirenſi*, etſi in clauſula variet.

(5) In *Marteniano* & in uno THOMASII pariter notatur Statio *ad S. Praxedem*; in *Pamel.* vero & *Frontoniano*, *Thomaſ.* ac antiquo Stationum indice aſſignatur ut in *Rhenaug. ad SS. Nereum & Achilleum.*

(6) Evangelium hoc, loco paſſionis, quam hodie ex Marco legimus, in *Marten. Fronton.* & *Thomaſ.* adnotatur; in *Pameliano* tamen ponitur ipſa paſſio ſec. Marcum cap. CLVI. quæ, ut obſervat MARTENE, cum olim in plerisque eccleſiis in Dominica Palmarum ad nocturnos legeretur, hac feria III. non amplius repetebatur. Ex S. LEONIS quoque ſerm. 3. de paſſ. Dom. erui videtur, lectionem Dominicæ paſſionis in feria quarta tantum fuiſſe iteratam: THOMASIUS vero T. V. pag. 457. A. ex aliis eius ſermonibus colligit, paſſionem illam ſec. Marcum unacum reſurrectionis hiſtoria in Sabbato ſancto fuiſſe recitatam.

Fer. IIII. [ad S. Mariam, legitur paſſio Domini ſec. Lucam cap. CCLX. *In illo tempore adpropinquabat dies feſtus azymorum*, uſque, *in quo nondum quisquam poſitus fuerat.*]

Fer. V. ad [Lateranis] conficitur Chriſma (1) [ſec. Ioh. cap. XCII. al. CXII.] *In illo tempore ſciens Ieſus, quia venit eius hora*, uſque, *ita & vos faciatis.*

Fer. VI. in Suxorio [quod eſt in baſilica in Hieruſalem] (2) legitur paſſio Domini ſec. Ioh. cap. CLVI. *In illo tempore egreſſus eſt Ieſus trans torrentem Cedron*, uſque, *quia iuxta erat monumentum, poſuerunt eum.*

In Sabbato ſancto ad Lateranis, ſec. Matth. cap. CCCLII. *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit*, uſque, *ibi eum videbitis, ecce dixi vobis.*

In Paſcha Dominica ſancta, ad S. Mariam [maiorem in præſepe] ſec. Marc. cap. CCXXX. *In illo tempore Maria Magdalene, & Maria Iacobi*, uſque, *ibi eum videbitis, ſicut dixi vobis.*

Fer. II. ad S. Petrum, ſec. Luc. cap. CCCXXXVIIII. *In illo tempore duo ex diſcipulis Ieſu ibant in caſtellum*, uſque, *cognoverunt eum in fractione panis.*

Fer. III. ad S. Paulum, ſec Luc. cap. CCCXL. *In illo tempore ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum*, uſque, *remiſſionem peccatorum in omnes gentes.*

Fer. IIII. ad S. Laurentium (3) ſec. Ioh. cap. CCXIX. *In illo tempore manifeſtavit ſe Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tiberiadis*, uſque, *cum reſurrexiſſet a mortuis.*

[Fer. V. ad Apoſtolos, ſec. Ioh. cap. CCXI. *In illo tempore Maria ſtabat ad monumentum*, uſque, *quia vidi Dnum, & hæc dixit mihi.*] (4)

Fer. VI. ad [S. Mariam maiorem] (5) ſec. Matth. cap. CCCLV. *In illo tempore undecim diſcipuli abierunt in Galileam*, uſque, *ad conſummationem ſeculi.*

Die Sabb. ad Lateranis, ſec. Ioh. cap. CCXIII. *In illo tempore cum eſſet ſero die illo una Sabbatorum*, uſque, *& quorum retinueritis, retenta ſunt.*

(*Solus Spirenſis*) Item ſec. Ioh. cap. CCVIIII. *In illo tempore, una autem ſabbati Maria Magdalene*, uſque, *oportebat eum a mortuis reſurgere.* (6) Die

(1) Benedictionem Chriſmatis in Cœna Domini fieri ſolitam, exhibuimus ſupra in Sacramentario p. 74. 75. &c.

(2) Vid. quæ de hac Statione, eiusque inſcriptione diximus ſupra ad Dom. IV. in Quadrag. p. 425.

(3) In *Marten.* & Miſſali additur *Foris murum*, vel *extra muros.*

(4) Feriæ huius officium in *Spirenſi* exeſum ex *Rhenaugienſi* ſubſtituimus.

(5) In *Marteniano*, & *Thomaſiano*, ac Miſſali Statio hæc prænotatur *ad S. Mariam ad Martyres.*

(6) Prius hoc Evangelium habetur etiam in *Fronton.* & *Thomaſ.* ac in Miſſali quoad partem priorem Dom. ſeq. eſtque in illud S. GREGORII M. homilia 26. *in octavis Paſchæ* habita, quam tamen inſcriptionem quidam codices non habent. Alterum, quod in *Rhenaug.* deeſt, notatur in *Pameliano*, *Marteniano*, & in Miſſali, quod proprium huius diei eſſe, patet ex homilia 22. S. GREGORII in illud, ſabbato poſt Paſcha dicta. Singulare autem eſt, quod utrumque Evangelium in *Spirenſi* ponatur, quod in nullo alio deprehendimus. Ritu *Ambroſiano* duplex per hanc hebdomadam, ut ſupra videre eſt p. 92. ſeqq. habetur miſſa, una pro baptizatis, vocaturque a S. AUGUSTINO *octavæ infantium. Tam multis*, inquit ep. 55. n. 35. *præſumtionibus ſic plena ſunt omnia, ut gravius corripiatur, qui per octavas ſuas terram nudo pede tetigerit, quam qui mentem violentiis ſepelierit.* Pertinent huc quos duos notat tractatus S. AUGUSTINI *de octavis infantium*, nempe neophytorum, POSSIDIUS cap. 8. & 10. in Indiculo opp. S. AUGUSTINI T. X. p. 292. &c. Cum hoc ſabbato recens baptizati Albas ſuas ubique depoſuerint, fieri potuit, ut eo ſaltem die peculiaris miſſa alicubi celebraretur, quod ritu *Ambroſiano* ſingulis diebus fit. Idem duplex officium notatur in eodem *Spirenſi* etiam in ſabbato poſt Pentecoſten; ubi vide.

Die Dom. Octabas Paſchæ, ſec. Ioh. cap. CCXVI. [CCXIII.] *In illo tempore Thomas unus ex duodecim*, uſque, *vitam habeatis in nomine eius.* (1)

Menſe Aprile.

Die XIIII. Nat. Sanctorum Tiburtii, Valeriani & Maximi, ſec. Ioh. cap. CXXXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, hoc eſt præceptum meum*, uſque, *in nomine meo det vobis.*

[In Paſcha annotina (2) ſec. Ioh. cap. XXIIII. *In illo tempore erat homo ex Phariſæis Nicomedes* (l. *Nicodemus*) uſque *ſed habeat vitam æternam.*]

Die XXIIII. [XXIII.] menſis ſupraſcripti Nat. S. Georgii, ſec. Luc. cap. CCLI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ponite in cordibus veſtris*, uſque [*poſſidebitis animas veſtras.* (3)

Die XXV. menſis ſupraſcripti, in Letania maiore, ſec. Luc. cap. CXXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: quis veſtrum habebit amicum*, uſque, *Spiritum bonum petentibus ſe.*

Fer. IIII. ſec. Ioh. cap. CLIII. *In illo tempore reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos dixit: Pater ſancte ſerva eos*, uſque, *ſed ut ſerves eos a malo.*] (4)

Fer. VI. ſec. Ioh. cap. XXXVII. *In illo tempore erat quidam regulus*, uſque, *domus eius tota.*

Die XXVIII. menſis ſupraſcripti Nat. S. Vitalis ſec. Iohan. cap. CXXXII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ego ſum vitis vera*, uſque, *quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.*

Die Sabb. ſec. Ioh. cap. XLVI. *In illo tempore abiit Ieſus trans mare Galilea*, uſque, *& ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.*

Hebd. II. ad Sanctos Coſmam & Damianum, ſec. Ioh. cap. LXXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ego ſum paſtor bonus*, uſque, *fiet unum ovile & unus paſtor.*

Menſe Maio.

Kal. Maii. Nat. Apoſtolorum Philippi & Iacobi, ſec. Ioh. cap. CXXVII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, non turbetur cor veſtrum*, uſque, *quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam.*

Die III. [menſis ſupraſcripti] Nat. Sanctorum Alexandri & Soc. [Eventii & Theotholi] ſec. Ioh. cap. CXXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, hæc mando vobis*, uſque, *quia oderunt me gratis.* (5) [Fer.

(1) Sic pariter legitur in *Fronton.* eſtque altera pars Evangelii, quod in Miſſali aſſignatur. Cæterum in nostro noſtro Codice aliqua hodie Statio notatur.

(2) Vid. quæ Diſquiſ. IX. cap. 1. p. 866. & ſupra p. 415. diximus de paſchate annotino, ſeu anniverſario ſuſcepti præterito paſchate baptiſmi, unde & Evangelium de NICODEMO ſeu baptiſmo ubique in eo notatur. Deeſt in *Spirenſi.*

(3) Tam ex noſtris codicibus quam ex illis apud THOMASIUM videre eſt, antiquam iam eſſe diverſitatem diei pro feſto S. GEORGII, dum illud quidam XXIII. alii XXIV. *Aprilis* hodieque celebrant. Cæterum ex feſtis Sanctorum menſe *Aprili* hic aſſignatis nullam in *Pameliano* occurrit, & in *Marteniano* feſtum S. GEORGII deeſt, utut antiquiſſimum. In Miſſali hodie eſt aliud Evang.

(4) Dies ſtationum etiam poſt Paſcha, ſed pauci tantum, & in prima hebdomada fere, notantur in noſtris codicibus; in *Pameliano* vero ut ante Quadrageſimam ſemper Feria IV. & VI. aſſignantur, ubi tamen paſſim diverſa a noſtris habentur Evangelia; in *Marteniano* nulli habentur uſque poſt III. poſt octavas Paſchæ, ubi in noſtris deſunt.

(5) Deeſt hoc feſtum in *Pameliano*, ſed in *Marteniano* ut in noſtris notatur: in quibus tamen omnibus excepto *Pamel.* feſtum Inventionis S. Crucis deſideratur, quamvis ſupra in Sacramentario p. 112. contineatur.

[Fer. VI.] ſec. Ioh. cap. CXI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: qui credit in me*, uſque, *ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.*

Hebd. III. die Dom. ſec. Iohan. cap. CXLVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: modicum & iam non videbitis me*, uſque, *gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.*

Die X. Maii menſis ſupraſcripti Nat. S. Gordiani, ſec. Matth. cap. XCV. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nolite arbitrari, quia veni*, uſque, *non perdet mercedem ſuam.* (1)

Die XII. menſis ſupraſcripti Nat. Sanctorum Nerei & Achillei, ſec. Matth. c. CLXXXVIIII. *In illo tempore acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi tentantes*, uſque, *ſed quibus datum eſt.*

(*Solus Spir.*) Item alia in Nat. Nerei & Achillei, ſec. Ioh. cap. XXXVII. *In illo tempore erat quidam regulus*, uſque, *& domus eius tota.* (2)

Die ſupraſcripto Nat. S. Pancratii, ſec. Ioh. cap. CXXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, hæc mando vobis, ut diligatis*, uſque, *quia oderunt me gratis.* (3)

Hebd. IIII. Die Dom. ſec. Ioh. cap. cap. CXLVII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vado ad eum, qui me miſit*, uſque, *quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*

Hebd. V. Die Dom. ſec. Ioh. cap. CL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem*, uſque, *hoc credimus, quia a Deo exiſti.*

[Die XIIII. menſis ſupraſcripti, Dedicatio eccleſiæ ſanctæ Mariæ ad Martyres. Legitur lectio, cuius concurrerit hebdomadæ; eoquod ſemper in die dominico celebratur ipſa ſolemnitas. (4)]

Die XVIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Pudentianæ ſec. Matth. cap. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito*, uſque, *nova & vetera.*

Fer. IIII. ſec. Ioh. cap. XXV. *In illo tempore abiit Ieſus cum diſcipulis ſuis in Iudæam terram*, uſque, *gaudium meum impletum eſt.* (5)

Die XXV. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Urbani Conf. atque Pont. via Appia, ſec. Matth. cap. CCLXIII. *In illo tempore dixit*

(1) Deeſt hoc feſtum in *Pameliano.*

(2) Prius Evangelium notatur in *Marten.* & *Thomaſ.* quod in *Pameliano* S. PANCRATIO tribuitur: alterum, quod in *Rhenaug.* deeſt, legitur in *Vatic.* apud THOMAS. extatque S. GREGORII homilia 28. in illud in die Natali horum Martyrum dicta.

(3) Evangelium iſtud etiam in *Fronton.* & *Thomaſ.* aſſignatur, convenitque fere cum Ev. *Hoc eſt præceptum meum &c.* quod olim hoc die fuiſſe lectum patet ex homil. 27. S. GREGORII in eiusdem ſancti natali habita.

(4) Vid. ſupra pag. 405. eamdem inſcriptionem ex *San-Gallenſi*; ubi tamen n. 5. hæc minus recte de Evangelio feriali ſumendo explicantur, cum potius tam lectio quam Evangelium de ipſa Dominica occurrente, in qua ſemper celebratur, ſumenda præferibatur. Cæterum in *Spirenſi* deeſt.

(5) Quorſum hæc feria referenda ſit, incertum eſt, neque enim ei in hac hebdomada locus eſt, ubi feria IV. vigilia Dominicæ Aſcenſionis cum proprio officio notatur; neque etiam ad Rogationes ſpectat, de quibus hic nullum veſtigium extat: ſed nec in *Pameliano* aut *Marteniano* ullibi inter ferias poſt Paſcha notatur. Facile ergo THOMASIO conſentimus, eam ad præteritam quamdam hebdomadam eſſe referendam.

dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vigilate, uſque, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.* (1)

In Vigilia de Aſcenſa Dni, ſec. Iohan. cap. CLIII. *In illo tempore ſublevatis Ieſus oculis in cœlum, dixit*, uſque, *& ego ad te venio.*

(*Solus Spirenſis*) Item alia ſec. Lucam cap. CCCXLII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hæc ſunt verba*, uſque in finem. (2)

Fer. V. In Aſcenſa Dni, ſec. Marc. cap. CCXXXIIII. *In illo tempore recumbentibus undecim diſcipulis*, uſque, *ſequentibus ſignis.*

Hebd. poſt Aſcenſa Dni [Hebd. VI.] Die Dom. ſec. Ioh. cap. CXLV. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: cum autem venerit*, uſque, *quia ego dixi vobis.*

Fer. IIII. ſec. Ioh. cap. CXXXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ſi manſeritis in me*, uſque, *& gaudium veſtrum impleatur.* (3)

Die Sabb. In Vigilia Pentecoſtes, ſec. Ioh. cap. CXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi diligitis* [*me*] *mandata*, uſque, *manifeſtabo ei meipſum.*

(*Solus Spir.*) Evangel. de nocte, ſec. Ioh. cap. LXXXI. *In noviſſimo autem die magno*, uſque, *erant credentes in eum.* (4)

[(5) Dom. Pentecoſt. ſec. Ioh. cap. CXXX. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi quis diligit me, ſermonem meum ſervabit*, uſque, *ſiout mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.*

Fer. II. ad Vincula, ſec. Ioh. cap. XXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſic enim dilexit Deus mundum, ut filium ſuum unigenitum daret*, uſque, *ut manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.*]

Fer. III. [ad S. Anaſtaſiam] ſec. Ioh. cap. LXXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium*, uſque, *& abundantius habeant.*

Menſe

---

(1) Feſta S. PUDENTIANÆ & S. URBANI deſunt in *Pamel.* poſterius vero notatur in *Marteniano*, uti & primum in *Frontoniano.* Hodie de S. URBANO legitur Evang. *homo peregre proficiſcens.*

(2) Duplex hæc Miſſa huius vigiliæ in ſolo *Thomaſ.* habetur, in cæteris enim prima tantum aſſignatur, & ſecunda in *Pamel.* & *Marteniano* notatur feria VI. ſequente, in qua etiam in *Fronton.* nihil habetur.

(3) Idem Evang. in *Fronton.* & *Pamel.* quoque habetur, aliud vero in *Marteniano.* In *Pamel.* notatur inſuper Feria VI. ante vigiliam.

(4) Notandum hic in *Spirenſi* & *Thomaſ.* duplex Evangelium in vigilia Pentecoſtes; quorum primum hodieque eo die cantatur, alterum *de nocte* inſcribitur, quia aliquando ad inſtar paſchalis pervigilii hoc etiam celebrababatur, ut Diſquiſ. IX. P. III. cap. 1. n. 16. oſtendimus ex ſtatutis S. BONIFACII, & GRATIANO, qui locum quemdam eam in rem ſub nomine S. AMBROSII affert diſt. 76. cap. 9. dum tamen genuinus S. AMBROSIUS, uti alii SS. Patres Latini & Græci de paſchali tantum pernoctatione loqui ſoleant; tantum, quod utrumque diem comparent in baptiſmi adminiſtratione, quæ etiam anſam Vigiliæ dare potuit; extantque duo S. AUGUSTINI ſermones in vigiliis Pentecoſtes, etiam a POSSIDIO ſic in indiculo notati. Sed de antiquiore huius Vigiliæ per orbem catholicum frequentatione non adeo conſtat, quam de baptiſmi ſolemni adminiſtratione: qua certe perdurante, immutata, vel potius ad antiquiorem ritum reſtituta eſt divini officii celebratio, cuius initium horam ſeptimam, finem autem horam nonam determinat breviarium ordinis eccleſiaſtici a nobis l. c. recenſitum.

(5) Sequentia uncinis incluſa in *Spirenſi* detrita ex *Rhenaugienſi* ſupplevimus, in quo, ut & in *Pamel.* ac *Marten.* Statio *ad S. Petrum* non notatur.

Digitized by Google

Menſe Iunio. (1)

Fer. IIII. ad S. [Mariam] ſec. Ioh. cap. LX. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nemo poteſt venire ad me*, uſque, *caro mea pro mundi vita.* (2)

Fer. VI. ad Apoſtolos, ſec. Luc. cap. XXXVI. *In illo tempore factum eſt in una dierum*, uſque, *quia vidimus mirabilia hodie.*

Die Sabb. [in] XII. lect. ad S. Petrum, ſec. Matth. cap. CCV. *In illo tempore egrediente Ieſu ab Hiericho*, uſque, & *ſecuti ſunt eum.* (3)

Item alia [Dominica vacat] ſec. Luc. cap. LV. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, eſtote miſericordes*, uſque, *ut educas feſtucam de oculo fratris tui.* (4)

Octabas Pentecoſten. ſec. Ioh. cap. XXIIII. *In illo tempore erat homo ex Phariſæis*, uſque, *ſed habeat vitam æternam.* (5)

Die II. menſis ſupraſcripti, Nat. Sanctorum Petri & Marcellini [via Lavicana] ſec. Luc. cap. CCXLVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: cum audieritis prælia*, uſque, *in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* (6)

Die VIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. Sanctorum Primi & Feliciani [in baſilica S. Stephani] (7) ſec. Ioh. cap. CXXXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hoc eſt præceptum meum*, uſque, *in nomine meo det vobis.*

Die XII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Baſilidis, ſec. [Ioh. cap. XXIIII.] *In illo tempore erat homo*, [uſque, *ſed habeat vitam æternam.*] (8)

Fer. IIII. (9) Hebd.

(1) Inſcribitur alias *in menſe quarto*, quod idem eſt. Vid. Diſquiſit. X. cap. 6. p. 981. ſeqq.

(2) Feriæ quintæ officium tam in noſtris, quam in *Fronton.* & *Thomaſ.* omittitur: quod etſi quoad antiphonas & collectas idem ſit cum illo Dominicæ Pentecoſtes, tamen in *Pamel.* æque ac *Marten.* & miſſali cum propria epiſtola & Evangelio notatur, ac cum ſtatione *ad Apoſtolos*, & ſeq. Fer. VI. *ad SS. Iohannem & Paulum.*

(3) Sic & *Fronton.* ac *Thomaſ.* ſed *Martenian. Pamel.* & Miſſale ponunt Evang. Luc. *Surgens Ieſus de ſynagoga introivit.*

(4) Hoc Evangelium pro Sabbato in *Spirenſi* aſſignatum *Rhenaugienſis* cum *Thomaſ.* diei dominico ſequenti aſſignat ſub titulo *Dominica vacat*, quales erant, quæ ſabbatum in XII. lect. inſequebantur, vid. Diſquiſit. X. cap. 6. pag. 985. ſeqq. hodieque in Miſſali Dominica I. poſt Pentecoſten idipſum hoc Evangelium legitur. Forte tamen duplex omnino fiebat officium in hoc ſabbato, ut in ſabbato poſt Paſcha annotavimus, in quo pariter *Spirenſis* duo officia aſſignat, vid. ſupra pag. 427. n. 6. Atque hinc etiam eſſe videtur, quod poſt hoc Sabbatum Dominica ſequente, ſeu in octava Pentecoſtes, in omnibus codicibus aſſignetur non ſolum Evangelium de NICODEMO ſeu baptiſmo, in Paſchate annotino dici ſolitum, ſed ipſa quoque illius officii annotini epiſtola ex Apocalypſi: *vidi oſtium apertum*; cætera vero ex feſto Pentecoſtes, uti ſupra in Grad. *Rhenaug.* pag. 389. inſcribitur: *octava Pentecoſtes canitur ſicut in die Pentecoſtes.* Vid. quæ diximus Diſquiſit. IX. cap. 1. pag. 866. ſeq.

(5) Ita etiam in *Pamel. Marteniano*, & *Vatic.* apud THOMASIUM notatur. Vid. ſupra pag. 389. n. 1.

(6) Habetur in *Marteniano*, *Thomaſ.* deeſt vero in *Pameliano*, licet eorum memoria contineatur in Canone Miſſæ. In Miſſali aliud habetur Evang.

(7) Deſideratur in mox indicatis, excepto *Fronton.* & *Thomaſ.*

(8) Feſtum hoc notatur etiam in *Fronton.* deeſt autem in *Marten.* & *Pamel.*

(9) Eſt hic in *Spirenſi* lacuna, quam unde ſuppleamus, non occurrit: nec enim in *Vatic.* THOMASII, quocum codex noſter in omnibus fere convenit, legitur Feriæ IV. poſt octav. Pentec. officium; quæ autem in *Pamel.* & *Marten.* aſſignantur, in omnibus ſequentibus ferils a noſtro diverſa ſunt. Niſi in codice notatum eſſet *Fer. IIII.* dicerem, in hac lacuna reponendum eſſe *Die XIV. menſ. ſupraſcripti. Nat. S. Feliculæ* cum ſuo Evangelio; quod feſtum in *Frontoniano* & *Thomaſ.* immediate poſt illud S. BASILIDIS ponitur. *Rhenaugienſis* habet quidem poſt *XII. menſis* officium feriæ IV. ſed idem eſt, quod hic in *Spirenſi* ponitur feria IIII. hebdomadæ II.

Digitized by Google

Hebd. II. poſt Pent. ſec. Luc. cap. CXLVI. *Erat homo quidam dives*, uſque, *neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent ei.*

Fer. IIII. (1) ſec. Luc. cap. XCIII. *In illo tempore accedentes diſcipuli ad Ieſum dixerunt illi*, uſque, *manducaverunt, & ſaturati ſunt.*

Fer. VI. ſec. Luc. cap. CLXXXVI. *In illo tempore erant adpropinquantes ad Ieſum*, uſque, *ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.*

Die Sabb. ſec. Luc. cap. LXXXV. *In illo tempore venit ad Ieſum vir, cui nomen Iairus*, uſque, *ne alicui dicerent, quid factum erat.* (2)

Hebd. III poſt Pent. ſec. Luc. cap. CLXXXI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis ſimilitudinem hanc: homo quidam fecit (cœnam) magnam*, uſque, *guſtabit cœnam meam.* (3)

Fer. IIII. ſec. Marc. cap. LXIIII. *In illo tempore acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes, deſertus eſt*, uſque, *quinque millia hominum.*

Fer. VI. ſec. Marc. cap. CLXXXI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte ne contemnatis*, uſque, *erunt ſoluta & in cœlo.*

Die Sabb. ſec. Marc. cap. XCIIII. *In illo tempore venit Ieſus cum diſcipulis ſuis in Capharnaum*, uſque, *non perdet mercedem ſuam.*

Hebd. IIII. poſt Pent. ſec. Luc. cap. CLXXXVI. *In illo tempore erant adpropinquantes ad Ieſum*, uſque, *ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.* (4)

Hebd. V. poſt Pent. ſec. Luc. cap. LV. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: eſtote miſericordes*, uſque, *ut educas feſtucam de oculo fratris tui.* (5)

Die XVIII. menſis ſupraſcripti, Nat. Sanctorum Marci & Marcelliani [via Ardeatina] ſec. Ioh. cap. CXXXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hoc eſt præceptum meum*, uſque, *in nomine meo det vobis.* (6)

Die XIX. menſis ſupraſcripti, Nat. SS. Protaſii & Gervaſii [ad S. Vitalem] ſec. Marc. cap. CXXXVII. *In illo tempore egrediente Ieſu de templo*, uſque, *in finem, ſalvus erit.* (7)

Die XXIII. menſis ſupraſcripti, Vigilia S. Iohannis Bapt. ſec. Luc. cap. I. *In illo tempore fuit in diebus Herodis regis ſacerdos quidam*, uſque, *parare Dno plebem perfectam.*

Die

(1) Harum trium feriarum officia *Rhenaug.* ponit poſt octavas Pentecoſtes ante hebdomadam II. Inde quæ hic in *Spirenſi* ab Hebd. II. inclusive uſque ad Hebd. VI. excluſive ſive Dominicalia ſive ferialia Evangelia ponuntur, in cit. *Rhenaugienſi* non habentur, exceptis ſolum tribus dictis feriis.

(2) In *Rhenaug.* recentiore manu in margine notatur hoc finale: *fides tua te ſalvam fecit.* Poſtea ſequitur *Die XVIII.* ut infra.

(3) In Miſſali eſt Dominica II. poſt Pentecoſt. habeturque etiam in *Pamel.* & *Marten.* conveniuntque paſſim Evangelia cum *Pamel.* in Dominicis, non autem in feriis IV. & VI. quæ ibi ſemper Dominicis ſubiunguntur, hic vero ſubinde omittuntur, aut pauciores tantum ponuntur: ſicut etiam in *Vatic.* THOMASII nullæ adſignantur huius hebdomadis feriæ, ſed quæ hic in *Spir.* & *Rhenaug.* notantur, ibi ſequente hebdom. IV. habentur.

(4) In Miſſali *Rom.* eſt Dominica III. poſt Pentecoſt.

(5) Dominica hæc in Miſſali eſt I. poſt Pentecoſt. ſupra iam poſita: eodem ut hic modo notatur etiam in *Marten.* & *Pamel.*

(6) Sic etiam legitur in *Fronton.* & *Thomaſ.* ſed in *Marten*, aliud aſſignatur Evangelium, aliudque in Miſſali *Rom.*

(7) Similiter in exteris, & *Pamel.* ſed in Miſſali diverſum ponitur Evangelium.

Digitized by Google

Die XXIIII. Nat. S. Iohannis Baptiſtæ, ſec. Luc. cap. III. *In illo tempore Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi*, uſque, *& fecit redemtionem plebis ſuæ.*

Die XXVI. menſis ſupraſcripti, Nat. SS. Iohannis & Pauli, ſec. Lucam cap. CXLIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, adtendite a fermento Phariſæorum*, uſque, *coram Angelis Dei.* (1)

Hebd. VI. poſt Pent. ſec. Luc. cap. XXVIIII. *In illo tempore cum turbæ irruerent ad Ieſum, ut audirent verbum Dei*, uſque, *& relictis omnibus ſecuti ſunt eum.* (2)

[Die XXVIII. menſis ſupraſcripti, translatio corporis beati Leonis Pontificis, ſec. Matth. cap. CCLXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam peregre proficiſcens*, uſque, *in gaudium Domini tui.* (3)]

Die XXVIII. menſis ſupraſcripti, vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, ſec. Ioh. cap. CCXXVI. *In illo tempore dixit Ieſus Simoni Petro*, uſque, *qua morte clarificaturus eſſet Deum.*

Die XXVIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. Apoſtolorum Petri & Pauli, ſec. Matth. cap. CLXVI. *In illo tempore venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi*, uſque, *erit ſolutum & in cœlis.*

Die XXX. menſis ſupraſcripti, ad S. Paulum, ſec. Matth. cap. CXCV. *In illo tempore dixit Simon Petrus ad Ieſum, ecce nos reliquimus*, uſque, *vitam æternam poſſidebit.* (4)

Hebd. I. poſt natale Apoſtolorum, ſec. Matth. cap. XXXV. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: niſi abundaverit iuſtitia veſtra*, uſque, *donec reddas noviſſimum quadrantem.* (5)

Menſe Iulio.

Die II. Nat. SS. Proceſſi & Martiniani, ſec. Matth. cap. CCXLIII. *In illo tempore ſedente Ieſu ſupra montem*, uſque, *in finem, hic ſalvus erit.*

In Octavas Apoſtolorum, ſec. Matth. cap. CXLVIII. *In illo tempore iuſſit Ieſus diſcipulis ſuis aſcendere in naviculam*, uſque, *vere filius Dei es.*

Fer. IIII. ſec. Marc. cap. CVII. *In illo tempore cum egreſſus eſſet* [*Ieſus*] *in via*, uſque, *veni ſequere me.*

Fer. VI. ſec. Marc. cap. LXXVII. *In illo*

(1) Feſtum hoc deficit in *Marteniano*, in reliquis omnibus eodem modo notatur.

(2) In miſſali *Rom.* hæc eſt Domin. IV. poſt Pentecoſten. In *Rhenaugienſi* hic inſcribitur *Hebdomada II. poſt Pentecoſten*, adeoque unicam tantum Dominicam poſt octavam Pentecoſtes habet uſque ad feſtum Apoſtolorum; in quo plane convenit cum *Frontoniano*, ubi idipſum obſervatur. Cæteri omnes codices, *Vaticanus* THOMASII, *Marten.* & *Pamel.* cum noſtro *Spirenſi* conſtanter ſex poſt Pentecoſten Dominicas exhibent uſque ad feſtum Apoſtolorum; poſt quod illas de novo numerare incipiunt. Vid. Diſquiſit. X. cap. 5. p. 977. ſeq.

(3) Supra ex Sacrament. Gregor. notavimus officium S. LEONIS hac ipſa die pag. 143. qui videtur fuiſſe LEO II. hac die depoſitus, qua tamen etiam celebrabatur translatio S. LEONIS I. quæ inſcriptio cum hic in *Rhenaug.* notetur, dubium diſparet, de utro horum aſſignatum ſit hoc officium. Vid. BAILLET *Vies des Saints T. IV. XXVIII. Iunii.* Simili modo legitur etiam in *Frontoniano*, ut in *Rhenaug.*

(4) Sic & in cæteris, ſed in Miſſali *Rom.* aliud hodie Evangelium legitur.

(5) Eſt Domica V. poſt Pentec. in Miſſali, ubi decurtatum ponitur Evangelium, uti etiam in *Rhenaug.* manu recentiore notatur, uſque, *& tunc veniens offeres munus tuum.* quod & in *Vatic. Tvomaſ.* habetur. In *Marten.* aliud Evang. aſſignatur.

illo tempore exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere, uſque, *dimiſit illum in domum ſuam.* (1)

Hebd. II. [poſt natale Apoſtolorum] Die Dom. ſec. Marc. cap. LXXVI. *In illo tempore cum multa turba eſſet*, uſque, *& dimiſit eos.* (2)

Die X. menſis ſupraſcripti, Nat. VII. Fratrum [via Appia & Salaria] ſec. Matth. cap. XXIIII. *In illo tempore videns Ieſus turbas aſcendit in montem*, uſque, *merces veſtra copioſa eſt in cælo.* (3)

Item via Salaria prima Miſſa ad Sanctum (4) Aquilonem, ſecunda ad S. Alexandrum, ſec. Luc. capit. CXXXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nemo accendit lucernam*, uſque, *lucerna fulgoris illuminabit te.*

Item ad S. Felicitatem, ſec. Matth. cap. CXIX. [CXXX] *In illo tempore loquente Ieſu ad turbas*, uſque, *meus frater, ſoror & mater eſt.*

Die XX. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Cirici [Die XV. menſ. ſupr. Nat. S. Cyriaci] ſec. Luc. cap. XCVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: qui vult poſt me venire*, uſque, *donec videant regnum Dei.* (5)

Fer. VI. ſec. Luc. cap. XCVIIII. *In illo tempore deſcendens Ieſus de monte cum diſcipulis ſuis*, uſque, *& reddidit illum matri ſuæ.*

Die Sabb. ſec. Matth. cap. CXCIII. *In illo tempore accedens ad Ieſum quidam ait illi*, uſque, *& veni ſequere me.*

Hebd. III. die Dom. ſec. Matth. cap. LVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: attendite a falſis prophetis*, uſque, *intrabit in regnum cælorum.* (6)

Die XXI. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Praxedis, ſec. Matth. cap. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cælorum*, uſque, *nova & vetera.*

Die XXIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Apollinaris, ſec. Luc. cap. CCLXX. *In illo tempore facta eſt contentio inter diſcipulos*, uſque, *iudicantes duodecim tribus Iſrael.*

Fer. IIII. ſec. Luc. cap. LXXXIII. *In illo tempore cum egreſſus eſſet Ieſus de navi*

---

(1) Evangelia hæc ferialia ſeu quotidiana paſſim variant ab illis in *Martenianо* & *Pameliano* aſſignatis, ut tamen cum *Thomaſianis* ſemper conveniant.

(2) Eſt Dominica VI. in Miſſali, & *Pamel.*

(3) Sic notatur in *Thomaſ.* & *Marten.* Mox pergit *Rhenaug. prima miſſa ad Aquilonem* (quæ nempe præceſſit); *ſecunda ad S. Alexandrum &c.* Ut ſupra.

(4) In *Rhenaug. Franton.* & *Thomaſ.* ſimpliciter legitur *ad Aquilonem:* quæ THOMASIO T. V. opp. p. 478. B. eſt prima huius die ſtatio, nempe in baſilica S. SILVESTRI ad PHILIPPUM & FELICEM S. FELICITATIS filios via Salaria ibidem ſepultos: ſecunda vero ad S. ALEXANDRUM aliosque eiusdem ſanctæ Matris Filios in altera baſilica; & demum tertia in ipſa S. FELICITATIS baſilica: cuius officium illud eſt, quod hodie in Miſſali & *Pamel.* notatur. In *Marteniano* prima tantum Statio, ſed in *Frontoniano* ac *Thomaſiano* omnes tres ad totidem horumce eccleſias aſſignantur. Vid. Analect. MABILLONII deſcriptio regionum urbis cæterum in *Pameliano* una S. FELICITAS cum ſua Miſſa notatur, nihilque ultra de Sanctorum feſtis in eo occurrit uſque ad VI. *Auguſti.*

(5) Haud dubie in *Spirenſi* legendum, ut in *Rhenaug. Die XV.* quo die etiam in *Frontoniano* notatur *Nat. S. Cyriaci*; ſimiliter in *Thomaſiano.* Cum vero apud eundem THOMASIUM in Evangeliario Vatic. ſec. XII. inſcribatur *In S. Quirici & Iulittæ*; & in Martyrologiis duobus Mſſ. apud HENSCENIUM T. II. *Martii Bolland. Idibus Iulii Cyriaci & Matris eius Iulittæ*, is ipſe CYRIACUS vel QUIRICUS eſt, cuius officium ex *Ambroſiano* ſupra in Sacramentario pag. 151. dedimus.

(6) Scil. Dominica III. poſt natale Apoſtolorum, prout apud THOMASIUM habetur; quæ in Miſſali eſt Domin. VII. poſt Pentecoſt.

navi ad terram, uſque, *prædicans, quanta illi feciſſet Ieſus.*

Fer. VI. ſec. Luc. cap. CXCVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam erat dives*, uſque, *reſurrexerit, credent.* (1)

Die XXVIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. SS. Felicis [Papæ] Simplicii, Fauſtini, & Beatricis [Via Portuenſe] ſec. Lucam cap. CLIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſint lumbi veſtri præcincti*, uſque, *filius hominis veniet.* (2)

[Die XXX. menſis ſupraſcripti, Nat. SS. Abdon & Sennes, ſec. Iohan. cap. CXXXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hoc eſt præceptum meum*, uſque, *quia oderunt me gratis.* (3)]

Hebd. IIII. poſt Nat. Apoſtolorum, ſec. Luc. cap. CXC. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: homo quidam erat dives, qui habebat villicum*, uſque, *recipiant vos in æterna tabernacula.* (4)

Fer. IIII. ſec. Matth. cap. CXLVII. *In illo tempore veſpere autem facto acceſſerunt ad Ieſum*, uſque, *fuit numerus quinque millia hominum.*

Hebd. V. Die Dom. ſec. Lucam cap. CCXXXVI. *In illo tempore cum adpropinquaret Ieſus Hieruſalem, videns civitatem flevit*, uſque, *& erat docens quotidie in templo.*

[Hebd. V. ſec. Luc. cap. CXXI. *In illo tempore quidam legisperitus ſurrexit, tentans Ieſum*, uſque, *vade, & tu fac ſimiliter.* (5)]

Menſe Auguſto.

Kal. Auguſti, ad Vincula, ſec. Matth. cap. CXLVIII. *In illo tempore iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in naviculam*, uſque, *vere filius Dei es.* (6)

Die II. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Stephani Pontificis [via Latina] ſec. Lucam cap. CCXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc*, [*homo quidam nobilis*], uſque, *omni habenti dabitur, & abundabit.*

Fer. IIII. ſec. Luc. cap. CXXVI. *In illo tempore erat Ieſus eiiciens dæmonium*, uſque, *imo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.*

Hebd. VI. ſec. Luc. cap. CCXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus ad quosdam, qui in ſe confidebant tamquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam: duo homi-*

(1) Tam hic, quam in *Frontoniano* & *Vatic.* THOMASII feſtum S. IACOBI deſideratur, quod ſuprà ex *San-Gallenſi* dedimus, pag. 152. & habetur etiam in veteriſſimo *Marteniano.*

(2) Ita & in *Marten.* ac *Thomaſ.* cæterum uti ſuprà in Graduali pag. 392. inſcriptio quidem huius feſti eſt de omnibus ibi aſſignatis, Miſſa autem de ſolo S. FELICE, ita & hic idem eſt obſervandum; quod ex Evangelio de Confeſſore, & lectione in *San-Blaſiano* ſec. XII. palam fit, ubi iſta aſſignatur; *plures facti ſunt ſacerdotes*, cum eodem Evangelio: unde etiam ſupra in ſacramentario pag. 154. particularis de ipſo Miſſa habetur.

(3) Habetur hoc feſtum in *Thomaſ.* & in veteri *Rom.* Calend. apud BUCHERIUM, & ſupra in Sacrament. pag. 155. nec tamen in *Frontoniano*, *Spirenſi*, aut *Marten.* notatur.

(4) Similiter in *Marten. Pamel.* ac *Thomaſ.* In Miſſali eſt Dominica VIII.

(5) Habes hic duo Evangelia Dominicæ IX. poſt Pentecoſt. quorum primum in *Marten. Pamel.* & Miſſali, alterum vero in noſtro *Rhenaugienſi* notatur; & in nonnullis codd. apud THOMASIUM, in quorum uno aſſignatur Fer. VI. præced.

(6) In miſſali hodiè aliud legitur Evangelium, uti etiam in ſeq. feſto S. STEPHANI P. qui habetur etiam cum eodem hoc Evang. in *Marteniano* & *Thomaſiano.*

Digitized by Google

homines aſcendebant in templum, uſque, *qui ſe humiliat exaltabitur.* (1)

Die VI. menſis ſupraſcripti, Nat. SS. Sixti, Feliciſſimi & Agapiti, ſec. Matth. cap. LXXXVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ecce ego mitto vos*, uſque, *in finem hic ſalvus erit.* (2)

Die VIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Cyriaci, ſec. Matth. cap. XCII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nihil eſt opertum, quod non reveletur*, uſque, *confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt.* (3)

Die VIIII. menſis ſupraſcripti, vigilia S. Laurentii, ſec. Matth. cap. CLXX. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me venire*, uſque, *venientem in regno Dei* [*ſuo.*] (4)

Die X. menſis Aug. Nat. S. Laurentii, ad primam Miſſam ſec. Matth. c. XCVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: qui amat patrem aut matrem plusquam me*, uſque, *non perdet mercedem ſuam.*

Item ad aliam Miſſam [ad Miſſam publicam] ſec. Ioh. cap. CIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: niſi granum frumenti cadens in terram*, uſque, *Pater meus qui in cœlis eſt.* (5)

Die XI. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Tiburtii ſec. Ioh. cap. CXXXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hoc eſt præceptum meum*, uſque, *in nomine meo, det vobis.* (6)

Die ſupraſcripto Nat. S. Suſannæ, ſec. Matth. cap. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.* (7)

Die XII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Eupli, ſec. Ioh. cap. CXLVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, quia plorabitis*, uſque, *in nomine meo det vobis.* (8)

Fer. IIII. ſec. Luc. cap. LXXIIII. *In illo tempore rogabat Ieſum quidam Phariſæus*, uſque, *quoniam dilexit multum.*

Die XIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Hippolyti, ſec. Luc. cap. CXLIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: attendite a fermento Phariſæorum*, uſque, *coram Angelis Dei.* (9)

Fer VI. ſec. Luc. cap. XXVI. *In illo tempore ſurgens Ieſus de ſynagoga introivit in domum Simonis Petri*, uſque, *quia*

(1) Habetur etiam in *Marten. Pamel.* ac *Thomaſ.* & in Miſſali Domin. X. poſt Pent. Eſt autem ultima poſt feſtum Apoſtolorum; poſt quod tam in *Marten.* quam *Fronton.* ſex Dominicæ notantur.

(2) Tam hic, quam in *Frontoniano* ac *Thomaſ.* omnes ſimul iunguntur, prout hodie in Miſſali: in *Pameliano* autem & *Marteniano* ſolus notatur S. XISTUS, veluti etiam ſupra in Sacramentario pag. 157 sum eodem tamen Evangelio.

(3) Similiter etiam in *Frontoniano*, & *Thomaſ.* nec non in Sacrament. p. 160. ſolus occurrit: ſed in Miſſali ponitur cum Sociis & diverſo etiam Evangelio.

(4) Ita pariter in omnibus, reliquis codicibus aſſignatur, excepto finali in Miſſali.

(5) Duplex hæc Miſſa notatur etiam in *Marteniano*, *Front.* & *Thomaſ.* & in lectionario ac Graduali cum hac inſcriptione *in mane prima*, & *in dit ad Miſſam*, quæ ultima nunc ſola eſt, uti & in *Pamel.*

(6) Diſtinctas de hoc Sancto, & ſeq. Miſſas hic & alibi paſſim habes, quamvis nunc in Miſſali unica tantum de utroque habeatur.

(7) In *Rhenaug.* feſtum hoc recentiore nonnihil manu adſcriptum, ut & ſequens.

(8) Habetur etiam in *Frontoniano*, & *Vaticem* THOMASII. Vid. de S. EUPLO vel EUPLIO Diac. & Mart. BARONIUS in notis ad Martyrol. h. d.

(9) Idem notatur in *Fronton.* ſed in *Marten.* aliud Evangelium legitur.

Digitized by Google

quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei.

Die XIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Euſebii ſec. Matth cap. CCLXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vigilate, quia neſcitis*, uſque, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.* (1)

Die XV. menſis ſupraſcripti, ſolemnitas de Pauſatione (2) ſanctæ Mariæ, ſec. Luc. cap. CXXII. *In illo tempore intravit Ieſus in quoddam caſtellum*, uſque, *quæ non auferetur ab ea.*

[Item eiusdem Evangelii (al. *Evangelium*) in finem cap. CXXXI. *Factum eſt, cum hæc diceret, extollens mulier*, uſque, *& cuſtodiunt illud.* (3)]

Die XVIII. [menſis ſupraſcripti] Nat. S. Agapiti, ſec. Luc. cap. CLIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſint lumbi veſtri*, uſque, *filius hominis veniet.*

Hebd. I. poſt S. Laurentii, ſec. Marc. cap. LXXIIII. *In illo tempore exiens Ieſus de finibus Tyri venit per Sidonem*, uſque, *& ſurdos fecit audire, & mutos loqui.* (4)

Die XXII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Timothei, ſec. Luc. cap. CLXXX. [CLXXXIII.] *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi quis venit ad me*, uſque, *qui habet aures audiendi audiat.* (5)

Die XXV. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Geneſii, ſec. Marc. cap. CXXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte ne quis vos ſeducat*, uſque, *hic ſalvus erit.*

Fer. IIII. ſec. Luc. cap. CLXVIIII. *In illo tempore dum iret Ieſus per civitates & caſtella*, uſque, *& accumbent in regno Dei.*

Die XXVIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Hermes, ſec. Luc. cap. XLV. *In illo tempore deſcendens Ieſus de monte ſtetit in loco campeſtri*, uſque, *merces veſtra copioſa eſt in cœlis.*

Die XXVIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Sabinæ, ſec. Matth. cap. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.*

Die XXX. menſis ſupraſcripti, Nat. SS. Felicis & Adaucti [& depoſitio Heliſæi Prophetæ] & decollatio S. Iohannis Baptiſtæ, ſec. Marcum, cap. LVIIII. *In illo tempore miſit Herodes, & tenuit Iohannem*, uſque, *& poſuerunt illud in monumento.* (6)

Hebd. II. poſt Nat. S. Laurentii, ſec. Luc. cap. CXX. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: beati oculi qui vident*

(1) Nihil habetur in noſtris codd. de vigilia Aſſumtionis, tum forte nondum inſtituta.

(2) Ita in utroque noſtro codice inſcribitur Aſſumtio B. M. De quo vid. Diſquiſit. IX. c. p. 906.

(3) Hæc in *Rhenaug* paullo recentiore manu addita leguntur etiam apud THOMASIUM. Duplex pariter Miſſa notatur in Calend. FRONTONIS, unica vero in *Marteniano*, & noſtro *Spirenſi*.

(4) Eſt Dominica XI. poſt Pent. in Miſſali.

(5) Ubique fere ſolus notatur S. TIMOTHEUS in antiquioribus, ſed in recent. *Sun-Blaſ.* ſec. XII. cum Socio & Evang. *Deſcendens Ieſus.* Cæterum nulla hic & in *Fronton.* S. BARTHOLOMÆI mentio, cuius tamen feſtum habetur in *Marteniano.*

(6) Similis inſcriptio notatur etiam apud THOMAS. in *Vatican.* codd. & quidem ad eamdem diem 30. *Aug.* cum alias feſtum decollationis conſtanter die præced. aſſignetur: ad quod feſtum etiam ſolum ſpectat Evangelium hic præſcriptum; nihilque plane de cæteris Sanctis occurrit in noſtris codd.

dent quæ videtis, uſque, *vade & tu fac ſimiliter.* (1)

Fer. IIII. ſec. Matth. cap. CXVII. *In illo tempore abeuntes Phariſæi*, uſque, *in nomine eius gentes ſperabunt.*

Fer. VI. ſec. Luc. cap. CXLVIIII. *In illo tempore ait ad Ieſum quidam de turba*, uſque, *& Deus paſcit illos.*

Hebd. III. [poſt nat. S. Laurentii] ſecundum Luc. cap. CCI. *In illo tempore dum iret Ieſus in Hieruſalem*, uſque, *vade, quia fides tua te ſalvum fecit.*

Fer. IIII. ſec. Marc. cap. CXX. *In illo tempore introivit Ieſus Hieroſolymam*, uſque, *admirabantur ſuper doctrina.*

Menſe Septembrio.

Die VIII. Nativitas S. Mariæ, ſec. Luc. cap. III. *In illo tempore exurgens Maria*, uſque, *exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* (2)

Die ſupraſcripto, Nat. S. Adriani, ſec. Ioh. cap. CXXXII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ego ſum vitis vera*, uſque, *gaudium veſtrum impleatur.*

Die XI. menſis ſupraſcripti, Nat. SS. Proti & Hyacinthi, ſecundum Matth. c. LXXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: cum perſequentur vos*, uſque, *coram Patre meo, qui eſt in cælis.*

Hebd. IIII. ſec. Matth. cap. XLVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nemo poteſt duobus dominis ſervire*, uſque, *& hæc omnia adiicientur vobis.* (3)

Fer. IIII. ſec. Matth. cap. XXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, audiſtis quia dictum eſt*, uſque, *& Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.*

Fer. VI. ſec. Luc. cap. CCXL. *In illo tempore docente Ieſu populum in templo*, uſque, *in qua poteſtate hæc facio.*

Die XIIII. menſis ſupraſcripti Nat. S. Cornelii Pontificis [SS. Cornelii & Cypriani] ſec. Luc. cap. CXL. *In illo tempore dicebat Ieſus turbis Phariſæorum & Principibus ſacerdotum: væ vobis, qui ædificatis*, uſque, *quærentes capere aliquid ex ore eius, ut accuſarent eum.* (4)

Die ſupraſcripto, Exaltatio S. Crucis, ſec. Ioh. cap. XXIIII. *In illo tempore erat homo ex Phariſæis Nicodemus*, uſque, *ſed habeat vitam æternam.*

Hebd. V. ſec. Luc. cap. LXVII. *In illo tempore ibat Ieſus in civitatem*, uſque, *quia Deus viſitavit plebem ſuam.* (5)

Die XV. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Nicomedis, ſec. Luc. cap. XCVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi quis vult poſt me venire*, uſque, *donec videant regnum Dei.*

Die XVI. menſis ſupraſcripti, Nat. ſcarum Luciæ & Euphemiæ, ſec. Matth. cap. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cælorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.*

(Spir.

---

(1) Dominica hæc in Miſſali eſt XII. utl ſequens XIII. poſt Pentecoſten.

(2) Ita & in *Fronton.* ſed in Miſſali hodie legitur Genealogia Salvatoris ex Matth.

(3) Scil. poſt nat. S. LAURENTII. Eſt Dominica XIV. poſt Pentecoſt.

(4) Sic legitur & in cæteris, etiam *Marteniano*, clauſula tamen Evangelii variat. Celebratur hodie die 16. *Sept.* cum alio Evangelio.

(5) Quinta hæc eſt Dominica *poſt Natale S. Laurentii*, quot nempe in *Frontoniano*, ſeptem vero in *Marteniano* numerantur: in noſtro Miſſali eſt Domin. XV. poſt Pentecoſt.

Digitized by Google

(*Spir. ſol.*) Die XX. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Euſtathii ſec. Luc. cap. XLV. *In illo tempore deſcendens Ieſus de monte*, uſque, *merces veſtra copioſa eſt in cœlis.*

[Nat. S. Euſtochii ſec. Luc. cap. CLIIII. *Sint lumbi veſtri*, uſque, *filius hominis venit.* (1)

(*Spir. ſol.*) Die XXI. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Dignæ, ſec. Matth. c. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.* (2)

Fer. IIII. ſec. Lucam cap. XXXVIII. *In illo tempore vidit Ieſus publicanum nomine Levi*, uſque, *peccatores in pœnitentiam.* (3)

Hebd. I. poſt [Nat.] S. Cypriani (4) ſec. Luc. cap. LXXVI. *In illo tempore cum intraret Ieſus in domum cuiusdam*, uſque, *& qui ſe humiliat, exaltabitur.*

Fer. IV. menſis ſeptimi ad S. Mariam [Maiorem] ſec. Marc. cap. XCI. *In illo tempore reſpondit* [*reſpondens*] *unus de turba dixit*, uſque, *hoc genus non eiicitur, niſi oratione & ieiunio.*

Fer. VI. ad Apoſtolos, ſec. Luc. cap. XXXVI. *In illo tempore ſedebat Ieſus docens, & erant Phariſæi ſedentes*, uſque, *vidimus mirabilia hodie.* (5)

Die Sabb. ad S. Petrum XII. lect. ſec. Luc. cap. CLXIIII. *In illo tempore erat Ieſus docens in ſynagogis Iudæorum*, uſque, *quæ glorioſe fiebant ab eo.*

Hebd. II. poſt Cypriani, ſec. Matth. cap. CCXXIII. *In illo tempore acceſſerunt ad Ieſum Sadducæi*, uſque, *audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.* (6)

Fer. IIII. ſec. Marc. cap. CXXXI. *In illo tempore interrogavit Ieſum unus de Scribis, quod eſſet primum*, uſque, *non es longe a regno Dei*

Fer. VI. ſec. Matth. cap. CXXXVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum homini* [*qui ſeminavit*] uſque, *triticum autem congregate in horreum meum.*

Die XXVII. menſis ſupraſcripti, Nat. SS. Coſmæ & Damiani, ſec. Ioh. cap. CXXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hæc mando vobis* [*ut diligatis invicem*] uſque, *quia oderunt me gratis* (7)

Die

---

(1) Leg. EUSTACHII: ita & in *Rhenaug.* in quo recentiore paullo manu hæc appoſita. Utrumque tamen Evangelium aſſignatur etiam apud THOMAS. & feſtum etiam in *Fronton.* habetur.

(2) Sic & apud THOMAS. ſed nil apud FRONTON. Notatur hæc S. Virgo in Martyrolog. *Rom.* ad diem ſeq. 22. *Sept.*

(3) Hoc idem Evangelium in *Pamel.* notatur pro vigilia S. MATTHÆI Apoſt. quæ ſicut & ipſum feſtum in noſtris & *Thomaſ.* deſideratur. Quod in antiquis *Gregorianis* ſacramentariis paſſim fit.

(4) Ita deinceps Dominicas poſt Pentecoſten numerant etiam THOMASIUS & FRONTO; in Calendario tamen *Marteniano* inſcribuntur *poſt S. Angeli.* Porro quæ hic prima poſt *S. Cypriani* notatur, in Miſſali eſt XVI. poſt quam hic ponitur ieiunium ſeptimi menſis, veluti hodieque illud feria IV. poſt Exaltationem S. Crucis, ſeu diem 14. *Sept.* qua hic aſſignatur S. CYPRIANI feſtum, incipit: at in Miſſali poſt Dominic. XVII. ponitur. Firmari hinc videtur coniectura, quam ſupra pag. 351. n. 1. ad Grad. *Rhenaug.* protulimus, officia IV. temporum in eo forte Dominicæ XVI. fuiſſe poſtpoſita.

(5) In Miſſali hodie notatur Evangelium de muliere peccatrice, quod & in *Marten.* ac *Pamel.* habetur.

(6) Dominica XVII. poſt Pentecoſt. in Miſſali tamen non integrum, ut hic, habetur Evangelium.

(7) Hodie aliud legitur Evangelium: in *Pamel.* & *Marten.* deeſt.

Digitized by Google

Die XXVIIII. [menſis ſupraſcripti] Dedicatio eccleſiæ S. Archangeli [Michaelis] ſec. Matth. cap. CLXXVIII. *In illo tempore acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum*, uſque, *quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt.* (1)

Hebd. III. poſt S. Cypriani, ſec. Matth. cap. LXX. *In illo tempore aſcendens Ieſus in naviculam trans fretum*, uſque, *quia dedit poteſtatem talem hominibus.* (2)

Menſe Octobrio.

Die VII. Nat. S. Marci, ſec. Matth. cap. CCLXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo peregre*, uſque, *intra in gaudium Domini tui.* (3)

Die XIIII. [menſis ſupraſcripti] Nat. S. Calliſti [Pontificis] ſec. Matth. cap. CCLXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vigilate*, uſque, *conſtituet eum.*

Die XXV. [menſis ſupraſcripti] Nat. SS. Chryſanthi & Dariæ, ſec. Matth. cap. CCXLIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte ne quis vos ſeducat*, uſque, *in finem hic ſalvus erit.*

Menſe Novembrio.

Kal. Novemb. Nat. S. Cæſarii, ſec. Ioh. cap. CIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen dico vobis, niſi granum frumenti*, uſque, *honorificabit eum Pater meus, qui eſt in cœlis.* (4)

Die VIII. menſis ſupraſcripti, Nat. IIII. Coronatorum, ſec. Luc. cap. XLV. *In illo tempore deſcendens Ieſus de monte ſtetit in loco campeſtri*, uſque, *merces veſtra copioſa eſt in cœlis.*

Die VIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Theodori, ſec. Luc. cap. CCLI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ponite in cordibus veſtris*, uſque, *in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.*

Hebd. IIII. poſt S. Cypriani, ſec. Matth. cap. CXXXI. *In illo tempore loquebatur Ieſus diſcipulis ſuis in parabolis dicens: ſimile factum eſt*, uſque, *pauci vero electi.* (5)

Hebd. V. [IIII.] poſt S. Cypriani, ſecund. Matth. cap. CLXXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem*, uſque, *dimiſeritis unusquisque fratri ſuo de cordibus veſtris.* (6)

Die XI. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Mennæ [ſec. Luc. cap. XCVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi quis vult poſt me*, uſque, *donec videant regnum Dei.*

Die

(1) Habetur etiam in *Marteniano*, in quo poſt hoc feſtum nullum uſque ad vigil. S. ANDREÆ amplius occurrit.

(2) Eſt Dominica XVIII. poſt Pentecoſt.

(3) Hodie in feſto S. MARCI Papæ legitur Evangelium *Vigilate*, diverſum quoque de S. CALLISTO, & CHRYSANTHO, quæ tria feſta ſola in hoc menſe notantur, nulla facta mentione S. LUCÆ Ev. vel SS. SIMONIS & IUDÆ, quod in noſtris codd. frequens, qui pauciſſima tantum Apoſtolorum feſta exhibent.

(4) Nihil prorſus hic ſive de vigilia, ſive de feſto omnium Sanctorum notatur, quod, ut diximus Diſquiſit. IX. c. 2. p. 909. ſeq. circa an. 835. celebrari cœpit. Unde coniicere eſt, noſtros codices vel illo tempore eſſe antiquiores, vel ex antiquioribus deſcriptos.

(5) Dominica hæc XIX. poſt Pentecoſt. omiſſa eſt in *Rhenaug.* ubi ſequens *hebd. V.* inſcribitur *hebd. IIII.* & ſic porro.

(6) Eſt hæc Dominica XXI. in Miſſali, cuius Dominica XX. ſive eius Evangelium: *Erat quidam regulus*, hic plane deeſt, habetur autem in *Pamel.* & *Marten.*

Die XII. mēnſis ſupraſcripti, Nat. S. Martini] ſec. Luc. cap. CLIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſint lumbi veſtri præcincti*, uſque, *filius hominis veniet.* (1)

Fer. IIII. ſec. Luc. cap. CLXXXVI. *In illo tempore erant adpropinquantes ad Ieſum publicani*, uſque, *ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.*

Hebd. VI. [V] poſt S. Cypriani, ſec. Matth. cap. CCXXIII. *In illo tempore abeuntes Phariſæi conſilium inierunt*, uſque, & *quæ ſunt Dei Deo.* (2)

Die XXII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Cæciliæ, ſec. Matth. c. [CCLXVIIII.] *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum decem virginibus*, uſque, *vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam.*

Die XXIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Clementis, ſec. Matth. c. CCLXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam peregre proficiſcens*, uſque, *intra in gaudium Domini tui.* (3)

Die ſupraſcripto [Nat.] S. Felicitatis, ſec. Matth. cap. CXXXI. *In illo tempore loquente Ieſu ad turbas*, uſque, *ipſe meus frater, ſoror & mater eſt.* (4)

Die XXIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Chryſogoni, ſec. Ioh. cap. CXXXVII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hæc mando vobis, ut diligatis invicem*, uſque, *quia oderunt me gratis.* (5)

Hebd. VII. [VI] poſt S. Cypriani, ſec. Matth. cap. LXXIIII. *In illo tempore loquente Ieſu ad turbas, ecce princeps unus*, uſque, & *exiit fama hæc in univerſam terram.*

Fer. IIII. ſec. Luc. cap. XXXIII. *In illo tempore cum eſſet Ieſus in una civitatum*, uſque, & *curarentur ab infirmitatibus ſuis.*

Die XXVIIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Saturnini, ſec. Marc. cap. CXXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte, ne quis vos ſeducat*, uſque, *in finem hic ſalvus erit.*

Die ſupraſcripto, Vigilia S. Andreæ, ſec. Ioh. cap. XVI. *In illo tempore ſtabat Iohannes*, uſque, *Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis.*

Die XXX. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Andreæ, ſec. Matth. cap. XX. *In illo tempore ambulans Ieſus iuxta mare*, uſque, *at illi relictis retibus & patre ſequuti ſunt eum.*

Hebd. VIII. [VII] poſt S. Cypriani, ſec. Ioh. cap. XLVIIII. *In illo tempore cum ſublevaſſet oculos Ieſus, & vidiſſet,* uſque,

(1) Quæ in *Spirenſi* deſunt, uncinis incluſa ex *Rhenang.* ſupplemus; ita autem legendum eſſe, patet ex THOMASIO p. 505. ubi tamen melius habetur *die ſupraſcripto* (nempe XI.) *Nat. S. Martini*; revera enim S. MARTINI *Turonenſis* feſtum die XI. non autem XII. agitur.

(2) Eſt Dominica XXII. in Miſſali, ſicut ſequens hebd. VII. ibi notatur Dom. XXIII.

(3) Hodie legitur Evangel. *Vigilate.*

(4) Ita habetur iam ſupra X. *Iulii* p. 434.

(5) In Miſſali notatur Evangel. *nolite arbitrari.*

uſque, *hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum.* (1)

Fer. IIII. ſec. Matth. cap. LXVII. *In illo tempore cum veniſſet Ieſus in domum Simonis Petri*, uſque, *ſine mortuos ſepeliant mortuos ſuos.*

Fer. VI. ſec. Luc. cap. CXLVIIII. *In illo tempore dixit ad Ieſum quidam de turba: magiſter*, uſque, *& hæc omnia adiicientur vobis.*

Menſe Decembrio.

Die XIII. Nat. S. Luciæ, ſec. Matth. [cap.] CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.* (2)

Fer. IIII. ſec. Marc. cap. LXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: videte & cavete*, uſque, *& dimiſit illum in domum ſuam.* (3)

Hebd. IIII. ante Natale Domini, ſec. Matth. cap. CCVI. *In illo tempore cum adpropinquaret Ieſus Hieroſolymis*, uſque, *benedictus qui venit in nomine Domini.* (4)

Hebd. III. ante Natale Domini, ſecund. Luc. cap. CCLVII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis*, uſque, *verba autem mea non tranſient* [*tranſibunt.*]

Hebd. II. ante Natale Domini, ſecund. Matth. cap. CII. *In illo tempore cum audiſſet Iohannes in vinculis*, uſque, *qui præparavit viam tuam ante te.*

Hebd. I ante Natale Domini, ſec. Ioh. cap. VIIII. *In illo tempore miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis*, uſque, *ubi erat Iohannes baptizans.* (5)

Fer. IIII. ad S. Mariam, ſec. Luc. cap. III. *In illo tempore miſſus eſt Gabriel Angelus*, uſque, *fiat mihi ſecundum verbum tuum.* (6)

Fer. VI. ad Apoſtolos, ſec. Luc. cap. III.

---

(1) Hæc Dominica in *Marteniano* & *Pameliano* inſcribitur *Dominica V. ante Natale Domini*, cum eodem Evangelio, quod in Miſſali inter Dominicas poſt Pentecoſten & Epiphaniam non occurrit: neque etiam Dominicæ XXIV. officium in Miſſali hodie notatum in noſtris codicibus habetur. Cæterum inſtituto harum Dominicarum computo, in *Spirenſi* habemus Dominicas XXIII. in *Rhenaugienſi* vero & *Frontoniano* ſolum XX. Vid. Diſquiſit. X. cap. 5, pag. 978. In *Marteniano* ſunt Dominicæ XXV. & ſequitur ibi *Dominica V. ante Natale*, quæ hic in *Spirenſi* eſt *Dom. VIII. poſt S. Cypriani* ſeu XXIII. poſt Pentecoſten, deficiente tamen una Dominica poſt Pentecoſten.

(2) Feſtum deeſt in *Marteniano*, & *Pamel.* quia olim in Adventu æque ac Quadrageſima nulla Sanctorum feſta celebrabantur.

(3) Hoc modo etiam in *Thomaſ.* habetur; incertum tamen eſt, quorſum pertineat hoc officium, cum in præcedenti hebdomada iam notetur aliud pro feria IV. & in Adventu nec in noſtris, nec in *Marteniano* aliquod officium feriale notetur; quod tamen ſecus eſt in PAMELIO. Forte Miſſæ ſequenti poſtponendum.

(4) Vid. quæ de his Dominicis Adventus diximus Diſquiſit. X. c. 2. p. 930. Cæterum hoc idem Evangelium hac Dominica aſſignatur etiam in *Pamel. Marten.* & *Thomaſ.* quamvis in Miſſali Domin. I. Adventus, cui noſtra reſpondet, notetur Evangel. Dom. ſeq. in noſtris poſitum; & ſic etiam de ſequentibus. Quod officia ferialia Adventus ſolus PAMELIUS feriæ IV. & VI. officium exhibet.

(5) Sic notatur in cæteris, etiam *Pamel.* & *Marten.* quæ autem nunc eſt Dominica ultima Adventus, ſeu prima aut proxima ante Natale Domini, omittitur, quia proprio officio *vacat*, & ſolum Evangelium Sabbati præcedentis aſſignatum habet: quæ omnia cum recentioris ſint inſtituti, mirum non eſt, cur in antiquis his monumentis non occurrant.

(6) Hæ feriæ quatuor temporum menſis decimi eodem modo in cæteris quoque codicibus habentur; hodie tamen ante Dominicam ultimam Adventus notantur.

III. *In illo tempore exurgens Maria*, uſque, & *exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.*

Die Sabb. XII. lect. ad S. Petrum, ſec. Lucam cap. VI. *In illo tempore anno quinto decimo imperii Tiberii*, uſque, & *videbit omnis caro ſalutare Dei.*

Die XXIIII. menſis ſupraſcripti, vigilia Domini, ſec. Matth. cap. III. *In illo tempore cum eſſet deſponſata mater Ieſu*, uſque, *ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum.*

[Incipiunt Lectiones Evangelii pro diverſis cauſis. (1)]

Pro ubertate pluviæ, ſec. Lucam, cap. LXXXIII. *In illo tempore factum eſt in una dierum*, uſque, *quia & ventis imperat & mari, & obediunt ei.* (2)

Pro ſterilitate pluviæ, ſec. Matth. c. CLX. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: miſereor turbis*, uſque, *aſcendit in navicula, & diſcipuli cum eo.*

In commotione gentium, ſec. Lucam cap. CL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nolite ſolliciti eſſe, quid manducetis*, uſque, *omnia adiicientur vobis.* (3)

In die belli, ſec. Matth. cap. CCXLIII. *In illo tempore ſedente Ieſu ſuper montem Oliveti acceſſerunt ad eum diſcipuli*, uſque, *in finem hic ſalvus erit.* (Spir. ſolus.)

In Natali Papæ, (4) ſec. Lucam cap. CCLXX. *In illo tempore facta eſt contentio inter diſcipulos Ieſu*, uſque, *iudicantes XII. Tribus Iſrael.*

Item altera, ut ſupra, ſec. Luc. cap. CCXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam*, uſque, *omni habenti dabitur & abundabit.*

Item ubi ſupra, ſec. Matth. c. CLXXI. *In illo tempore venit Ieſus in partes Cæſareæ*, uſque, *erit ſolutum & in cœlis.* (5)

Item ubi ſupra, ſec. Luc. c. CCXXV. *In illo tempore egreſſus Ieſus perambulabat*, uſque, *ſalvum facere quod perierat.* (Spir. ſol.)

In ordinatione Presbyterorum, ſecund. Matth. cap. CCLXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vigilate*, uſque, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.* (6)

In ordinatione Diaconorum, ſec. Ioh. cap. CIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, niſi granum frumenti*, uſque, *Pater meus, qui eſt in cœlis.*

Pro

(1) Titulus hic, qui in *Spirenſi* deeſt, in *Rhenaugienſi* paullo recentiore manu adpoſitus eſt, habeturque quoque apud THOMASIUM T. V. pag. 513. quocum etiam ſequentes lectiones conveniunt: quas omnes codex *Spirenſis* exhibet, pauciores vero *Rhenaug.* quod ſuo loco notabimus.

(2) Eamdem habet *Marten.* cum inſcriptione *pro ſerenitate vel pluvia poſtulanda.*

(3) In *Marteniano* hic aliud legitur Evangelium, illud nempe, quod mox *in die belli* in *Spir.* notatur.

(4) Vid. quæ de hac inſcriptione diximus ſupra in Lect. *Fuld.* p. 416. n. 2. Idem ſentiendum de ſequentibus titulis: *in ordinatione*, id eſt, eius anniverſario.

(5) Evangelium hoc iam tempore S. LEONIS Papæ in natali Papæ lectum fuiſſe, patet ex eius ſerm. 2. in anniverſario aſſumtionis ſuæ. Nec tamen in *Pamelliano*, aut *Marten.* hic Papæ natalis notatur.

(6) Apud THOMASIUM præter hanc alia adhuc Miſſa notatur.

Digitized by Google

Pro Ordinantibus, (1) ſec. Iohannem cap. LXXXVIII. *In illo tempore loquente Ieſu ad turbas*, uſque, *opera Abrahæ facite.*

In ordinatione Epiſcoporum, (2) ſec. Marc. cap. LII. *In illo tempore circuibat Ieſus in circuitu docens*, uſque, *multos ægrotos, & ſanabantur.*

Item unde ſupra, ſec. Lucam. capit. LXXXVI. *In illo tempore convocatis Ieſus XII. diſcipulis ſuis*, uſque, *evangelizantes & curantes ubique.*

Item ubi ſupra, ſec. Matthæum cap. LXXVI. *In illo tempore circuibat Ieſus civitates omnes*, uſque, *& curaret omnem languorem, & omnem infirmitatem.* (*Spir. ſol.*) (3)

In Dedicatione baſilicæ ſive oratorii, ſec. Luc. cap. LX. [*In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis*] *non eſt enim arbor bona, quæ facit fructus malos*, uſque, *fundata enim erat ſupra petram.*

Item altera, ſec. Luc. cap. CCXXV. *In illo tempore egreſſus Ieſus perambulabat Iericho*, uſque, *venit enim filius hominis quærere & ſalvum facere, quod perierat.* (*Spir. ſol.*) (4)

Pro velatione ancillarum Domini, ſec. Matth. cap. CCXXI. *In illo tempore loquebatur Ieſus cum diſcipulis ſuis*, uſque, *multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.*

Ad velandam maritatam, ſec. Ioh. cap. XXVII. *In illo tempore reſpondens Iohannes* [*Ieſus*] *dixit, non poteſt homo*, uſque, *hoc ergo gaudium meum impletum eſt.* (5)

Item altera, ſec. Matthæum capitulo CLXXXVIIII. *In illo tempore venit Ieſus in fines Iudeæ*, uſque, *quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.* (*Spir. ſol.*)

In Vigilia unius Apoſtoli, ſec. Ioh. cap. CXXXII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ego ſum vitis, vos palmites*, uſque, *gaudium veſtrum impleatur.* (6)

In Natale unius Apoſtoli, ſec. Ioh. cap. CXXXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hoc eſt præceptum meum*, uſque, *in nomine meo det vobis.*

Item altera, ſec. Ioh. c. CXXXVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: hæc mando vobis, ut diligatis*, uſque, *quia oderunt me gratis.*

In

(1) In *Thomaſ.* etiam legitur *pro ordinationibus*, vel *ordinandis.*

(2) *Rhenaug.* habet *Pro ordinantibus epiſcopis*: ſed melius legitur *pro ordinandis epiſcopis.* Cæterum hæ Miſſæ etiam in *Pamel.* & *Marten.* habentur.

(3) In *Pamel.* duo adhuc alia Evangelia in ordinatione Epiſcoporum notantur.

(4) Utraque hæc lectio etiam in *Martenianо* habetur: cæterum exinde in *Pamelianо* nulla amplius ſequentium Miſſarum notatur, exceptis agendis mortuorum.

(5) Deeſt hæc in *Martenianо*, ubi tamen ſequens altera legitur. Poſt hanc Miſſam in *Rhenaug.* ſequitur agenda mortuorum, & quæ hic pro communi Sanctorum ex *Spirenſi* ſequuntur, in eo omnino deſunt.

(6) Hoc commune Sanctorum præter THOMASIUM exhibet etiam Calendarium *Martenianum*, ſed diverſo ordine, ſcil. *in natali omnium Apoſtolorum, in natali omnium SS. Martyrum, in natali Virginum, in natali Confeſſorum*, ubi ſingulis titulis plures Miſſas easdem fere cum *Spirenſi* ſubiicit, & quidem de Apoſtolis tres hic poſitas.

Digitized by Google

In Vigilia unius Sacerdotis (1) ſec. Matth. cap. CCLXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: vigilate, quia neſcitis*, uſque, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*

In Natale unde ſupra, ſec. Matth. cap. CCLXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: homo quidam peregre proficiſcens*, uſque, *in gaudium Domini tui.*

Item altera, ſec. Luc. cap. CXXXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nemo accendit lucernam*, uſque, *lucerna fulgoris illuminabit te.*

In Vigilia unius Martyris, ſive Confeſſoris, ſec. Matth. cap. XCV. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nolite arbitrari quia veni mittere pacem*, uſque, *non perdet mercedem ſuam.*

In Natale unde ſupra, ſec. Matthæum cap. XCII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: nihil opertum quod non revelabitur*, uſque, *coram Patre meo, qui eſt in cælis.*

Item altera, ſec. Luc. cap. CLXXXII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſi quis venit ad me*, uſque, *qui habet aures audiendi audiat.* (2)

In Natale plurimorum Sanctorum, ſec. Luc. cap CLIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ſint lumbi veſtri præcincti*, uſque, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.* (3)

Item altera, ſec. Matth. cap. XXIIII. *In illo tempore videns Ieſus turbas aſcendit in montem*, uſque, *merces veſtra copioſa eſt in cælis,*

In Natale plurimorum Martyrum ſec. Matth. cap. LXXXVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ecce ego mitto vos ſicut oves*, uſque, *in finem hic ſalvus erit.* (4)

Item altera, ſec. Luc. cap. CCXLVIIII. *In illo tempore acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi tentantes*, uſque, *verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.* (5)

Item altera ſec. Marc. cap. CXXXVII. *In illo tempore egrediente Ieſu de templo ait illi unus de diſcipulis ſuis*, uſque, *in finem hic ſalvus erit.*

Item altera, ſec. Luc. cap. CXLIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, attendite a fermento Phariſæorum*, uſque, *confitebitur in illo coram angelis Dei.*

Item altera, ſec. Ioh. cap. CXLVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: amen amen dico vobis, quia plorabitis*, uſque,

---

(1) Eſt hoc commune Pontificum, quod in *Marten.* in natali Confeſſorum continetur.

(2) Tres præcedentes lectiones eodem ordine habentur in *Martenſano* in natali SS. Martyrum.

(3) Evangelium hoc I. e. ponitur in natali Confeſſorum.

(4) Has duas lectiones eodem modo exhibet *Marten.* ſed ſequens ibi aſſignatur in Natali Virginum, quorſum etiam ſpectat.

(5) *Thomaſ.* & *Marten.* hic inſerunt Evang. *cum audieritis prælia.*

uſque, *gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.*

Item altera, ſec. Matth. c. LXXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: cum autem perſequentur vos in civitate iſta*, uſque, *coram Patre meo qui eſt in cœlis.*

In Natale Virginum, ſec. Matth. cap. CCXLVIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, ſimile eſt regnum cœlorum decem virginibus*, uſque, *neſcitis diem neque horam.*

Item altera, ſec. Matth. cap. CXL. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: ſimile eſt regnum cœlorum theſauro*, uſque, *nova & vetera.* (1)

In agenda mortuorum, ſec. Ioh. cap. XCIIII. *In illo tempore dixit Martha ad Ieſum: Dne ſi fuiſſes hic*, uſque, *qui in hunc mundum veniſti.*

Item alia ſec. Ioh. cap. XXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum: ſicut enim Pater ſuſcitat mortuos*, uſque, *ſed tranſiit de morte ad vitam.*

Item alia, ſec. Ioh. cap. LVI. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum: omne quod dat mihi Pater*, uſque, *& reſuſcitabo ego eum* [*reſuſcitem illum*] *in noviſſimo die.*

Item alia, ſec. Ioh. cap. LVI. [LXV] *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum: ego ſum panis vivus*, uſque, *& ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.* (2)

In adventu Iudicum, ſec. Lucam cap. CCXVIII. *In illo tempore interrogavit Ieſum quidam princeps dicens: magiſter bone quid faciens*, uſque, *in ſeculo venturo vitam æternam.*

Item altera, ſec. Luc. cap. CXLVIII. *In illo tempore ait ad Ieſum quidam de turba: magiſter dic fratri meo*, uſque, *& non eſt in Deo dives.*

In conventu Epiſcoporum, ſec. Ioh. cap. CLXXXVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: ego ſum paſtor bonus*, uſque, *unum ovile & unus paſtor.*

Item altera, ſec. Luc. cap. CVII. *In illo tempore deſignavit Ieſus & alios ſeptuaginta duos*, uſque, *dignus eſt enim operarius mercedem ſuam.* (3)

Contra iudices male agentes, ſec. Luc. cap. CCXIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, quoniam oportet ſemper orare*, uſque, *cito faciet vindictam eorum.*

Contra Epiſcopos male agentes, ſec. Matth.

---

(1) Hic iterum pergit codex *Rhenaugienſis.*

(2) Quatuor hæ lectiones etiam aſſignantur in *Marteniano & Pamelliano*: poſt quas explicit capitulare Evangeliorum Codicis *Rhenaugienſis. Spirenſis* ſequentia adhuc addit, quæ eodem ordine habentur etiam apud THOMASIUM, & quædam etiam in *Marteniano*, ſed ante Agenda mortuorum, id quod ultimo ibi loco ponitur.

(3) Evangelium hoc in conventu Epiſcoporum legi olim ſolitum fuiſſe, patet ex homil. 17. S. GREGORII in illud *ad epiſcopos*, vel ut alii codd. habent, *in conventu epiſcoporum* habita.

Matth. cap. LIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : omnia, qnæcumque vultis ut faciant*, uſque, *intrabit in regnum cœlorum.*

Pro iter agentibus, vel quando ad regem & ad principem pergit, (1) ſec. Matth. cap. LXXXII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : euntes autem prædicate dicentes*, uſque, *in die iudicii quam illi civitati.*

Item alia ſec. Luc. cap. CVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : ite ecce ego mitto vos*, uſque, *in die illa remiſſius erit, quam illi civitati.*

Quando Miſſa votiva canitur, ſecund. Marc. cap. CXXXVI. *In illo tempore ſedens Ieſus contra gazophylacium*, uſque, *miſit totum victum ſuum.*

Item altera, ſec. Ioh. cap. CXXXIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : ſi manſeritis in me*, uſque, *& gaudium veſtrum impleatur.* (2)

Pro infirmo, ſec. Luc. cap. LXV. *In illo tempore intravit Ieſus Capharnaum*, uſque, *invenerunt ſervum, qui languebat, ſanum.* (3)

Item unde ſupra, ſec. Matthæum cap. LXIIII. *Cum introiſſet Ieſus Capharnaum acceſſit ad eum*, uſque, *& ſanatus eſt puer in illa hora.*

Pro eleemoſynam facientibus, ſec. Luc. cap. CLXXX. *In illo tempore dicebat autem Ieſus & ei qui ſe invitaverat*, uſque, *beatus qui manducabit panem in regno Dei.*

Item altera, ſec. Matth. c. CCLXXIII. *In illo tempore cum venerit filius hominis*, uſque, *in vitam æternam.*

Pro tribulantibus (4), ſec. Ioh. cap. CXLVIIII. *In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis : amen amen dico vobis, quia plorabitis*, uſque, *gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.*

Explicit Capitulare Evangeliorum.

---

(1) Eadem fere inſcriptio legitur in cod. *Vatic.* apud THOMASIUM.

(2) Hanc etiam habet *Marten.* in quo ſex adhuc aliæ *Miſſæ votivæ* notantur.

(3) Etiam hæc in *Marten.* cum tribus aliis lectionibus *pro infirmis* continetur.

(4) Id eſt *pro tribulatis.* Sequuntur poſtea in THOMASIO T. V. pag. 524. variæ adhuc Miſſæ pro diverſis, quas tamen codex *Spirenſis*, quem hic dedimus, non habet.

OBSER-

OBSERVATIONES PRÆVIÆ
IN SEQUENTIA DIVERSI GENERIS
KALENDARIA.

Poſt ea, quæ Diſquiſit. II. cap. II. n. 11. p. 135. & ſequentibus anticipavimus de origine uſuque liturgico Martyrologiorum, Dyptichorum, Kalendariorum ac Necrologiorum, cuiusmodi ex antiquis Mſſ. edimus, non eſt, cur lectorem multis hic moremur. Imprimis copioſe ibidem diſſeruimus de Martyrologio, ultra dimidium quidem manco, quod annexum vetuſtiſſimo omnium, quæ in *Alemannia* invenimus, *Rhenaugienſi* Sacramentario, hic edimus, ſuppletis lacunis ex *San-Gallenſi* ſec. X. circiter: ut nihilominus perinde ac antiquiſſimum hoc *Rhenaugienſe* complures dies vacuos numeret, præter vulgatorum fere Martyrologiorum morem, alterius etiam *Rhenovienſis*, quod cum aliis *Alemannicis*, in ſupplemento menſis *Iunii* T. VI. ediderunt *Bollandiſtæ*. Ut tamen USUARDUS in præfatione ſui Martyrologii tradit, BEDA *quam plures Kalendarum dies intactos reliquit*. Igitur, ubi nulli dies vacui occurrunt in editis BEDÆ Martyrologiis, ea interpolata eſſe cenſendum eſt. Idem forte factum etiam in eo eſt, quod a Kalendis *Ianuarii* initium ſumant, quum BOLLANDUS T. I. Act. *Ianuarii* p. 48. notaverit Mſc. codicem *Centulenſis* S. VEDA-

STI

STI apud *Attrebates* monaſterii, qui orditur, ut noſter codex, a Vigilia Natalis Domini, ipſo Ven. BEDA atteſtante de more *Anglorum* incipiendi *annum ab octava Kalendarum Ianuariarum die, ubi nunc natale Domini celebramus*, ut in libro de temporum ratione c. 13. loquitur.

Dum hæc ſcribo, mittit ad me *Steph. Alex.* WURDTWEIN Officialis *Moguntinus* epiſtolam, in qua ex ſcriptoribus medii ævi probat, olim *Germaniam* annum a Nativitate Chriſti nempe a 25. *Dec.* auſpicatam fuiſſe; de *Anglis* etiam ſcriptoribus in eandem ſententiam profert GERVASII *Doroberneſis* teſtimonium. Putat obſervantiam hanc perduraſſe uſque ad ſeculum XV. quo etiam ſummi Pontifices variarunt circa anni initium, id iam numerando a 25. *Decembris*, iam a 25. *Martii*, & ſubin a prima *Ianuarii*: qui dies in *Galliis* fixus eſt CAROLI IX. edicto anni 1564. & an. 1575. in *Belgio* iuſſu PHILIPPI II. *Hiſp.* Regis, quod exemplum pleræque *Germaniæ* ſecundæ eccleſiæ *Colonienſis*, *Trevirenſis*, *Leodienſis* ſecutæ ſunt, uti antea morem ab VIII. Kal. *Aprilis* ordiendi annum, qui in Kalendariis Annuntiatio dominica, conceptio & crucifixio Domini ſignatur, & poſt biduum Reſurrectio Domini; fuitque antiquus mos non *Gallorum* tantum a reſurrectione Domini ſeu Paſchate incipiendi annum, atque inter VIII. Kal. *Martii* & Nonas *Aprilis* initium primi menſis, prout cum Paſchate concurrebat, ſtatuendi, quod in martyrologio *Rhenaugienſi* ac alibi annotatur frequentius ſub nomine *incenſio prima* vel *ultima lunæ* ad determinandum nempe Paſcha poſt lunam XIV. Nus-

piam tamen hoc anni auſpicium monumenta liturgica habent, ſed feſta Natalitia Domini, quod fortaſſis etiam apud *Græcos* fuit factum, licet alias anni exordium cum *Hebræis* a menſe *Septembri* repeterent, natale autem Domini ſexta *Ianuarii* celebrarent.

Atque hinc veriſimile eſt uſum antiquum veniſſe, ut in Epiphania Domini quotannis Paſcha in Eccleſiis denunciaretur, ut præſcribitur in Conc. *Aurelianenſi* IV. an. 545. & *Antiſiodorenſi* an. 578. more *Ægypti*, quem Diſquiſ. IX. P. III. C. I. p. 845. indicavimus. Idem legitur in libello, ex quo in eccleſia *Aquileenſi* feſtivitates olim promulgabantur, quem ex Mſc. ſec. XIII. edidit *Frid.* ALTANUS ex Comitibus *Salvaroli Foroiulenſis de Calend.* p. 281. memoratque in adiecto itinere *Foroiulienſi* p. 372. ſingularem ritum, quo in eodem feſto Epiphaniæ Diaconus poſt cantatum ſingulari modulatione Evangelium mobilia feſta indicit. Proſtant eo in opere varia inedita Kalendaria, quæ omnia, uti etiam noſtra antiquiora *Alemannica*, a Kalendis *Ianuarii* exordiuntur, licet in fronte Sacramentariorum ſint poſita, quæ a Vigilia natalis Domini incipiunt annum eccleſiaſticum.

In celebri Sacramentario, quod in bibliotheca Cæſarea *Vindobonenſi*, cod. Theol. olim 360. nunc 149. habetur, quodque LAMBECIUS illud ipſum eſſe exiſtimavit, quod inter annum 772-797. ab ADRIANO P. ad CAROLUM M. miſſum fuerit (nimis præfidenter, nam ſcriptura ſeculi IX. eſt,

Digitized by Google

eſt, eiusdem forte manus, qua *Petershuſanum* & *San-Blaſianum* Sacramentaria ſunt exarata) præmittitur Kalendarium, ex parte metrice iuxta Martyrologium Ven. BEDÆ compoſitum: ac ſimul inter alia quam plurima Imperatorum, Regum, Principum nomina, Abbatum item cœnobii *Augienſis*, atque Epiſcoporum *Conſtantienſium*, qui ex eo monaſterio aſſumti ſunt, emortuales dies, quandoque etiam ordinationes indicantur. Unde recte *Augienſe* Sacramentarium creditur, atque etiam quoddam inſtar veterum Dyptichorum: quæ neceſſe eſt diu in noſtra *Alemannia* obtinuiſſe, quum fere in Sacramentariis ſec. IX. vel X. deſit manu primæva exaratum *memento* ſeu memoria mortuorum, alia manu, ut p. 236. n. 2. obſervavimus, ſuppletum; eo quod nomina ex tabulis necrologicis legerentur, aut inſerta Kalendariis, quæ in Sacramentorum codicibus habebantur: ut ita, quod in Miſſa votiva pro vivis vel defunctis Diſquiſ. IV. P. I. p. 366. & ſupra p. 268. & 280. legitur, locum habeat in hæc verba: *Quorum animas ad memorandum conſcripſimus, vel nomina ante ſanctum altare tuum adſcripta eſſe videntur, ſive vivorum ſive defunctorum.* Morem defunctorum nomina in Kalendaria referendi diſcimus ex S. ANSELMI epiſt. 21. lib. I. *Vir*, inquit, *qui a nobis nuper moriens monachi ſumſit habitum, ſi etiam benedictionem aſſumſerit, mandate nobis nomen, & diem obitus eius, ut in noſtro Kalendario ſcribatur.* Huiusmodi varia proſtant Kalendaria, magnam partem nominibus benefactorum interſtincta, quæ ut potiſſimum monaſtica ſunt. Quoniam vero

in monaſteriis peculiaria fuerunt ad uſum Capituli, inde eſt, quod Kalendaria libris liturgicis inſerta paſſim etiam pura cernuntur.

Deſideratur omnino huiusmodi Kalendarium in antiquiori *San-Blaſiano* Sacramentario *Gregoriano*, ex authentico bibliothecæ cubiculi *Romæ* deſcripto eadem manu ſec. IX. qua *Petershuſanum*, & forte etiam *Solodorenſe*, ex quibus Kalendarium edimus; ſimulque Necrologium monaſticum ex Mſc. monaſterii *Murenſis* in *Helvetia*, in quo continetur Regula S. BENEDICTI monialibus accommodata. Fuit autem mos antiquus, ut ſimul poſt Primam in loco Capituli cum lectione ſacræ Regulæ ſuo ordine ex Necrologio nomina defunctorum per annum recitarentur. In noſtro autem hoc *Murenſi* necrologio præter Imperatorum ac Ducum *Bavariæ*, aliaque nomina, Epiſcopi *Ratisbonenſes*, & Abbatiſſæ monaſterii *Nidermunſter*, quod olim fuerat *Benedictinarum*, hodie Canoniſſarum: unde ad moniales *Murenſes*, quod etiamnum exiſtit monaſterium in *Hermetswill* ſeu *Hermetis villa* ad *Ruſam*, pervenit Necrologium hoc: eique nomina WERNERI de *Habsburg* Epiſcopi *Argentoratenſis*, eiusque ſororis ITÆ Comitiſſæ, præcipuorum fundatorum monaſterii *Murenſis* utriusque ſexus, ſunt inſerta.

In

Digitized by Google

In Dei nomine

Incipit Breviarium Apoſtolorum (1)
ex nomine vel locis,
ubi prædicaverunt, orti vel obiti ſunt.
Ex Mſc. Rhenaugienſi ſec. VIII.

Simon, qui interpretatur Obediens, Petrus Agnoſcens, filius Iohannis, frater Andreæ, dicitur ortus vico Bethſaida, provincia Galileæ, qui propter Simonem Magum, licet Dei occulto nutu, Romam pervenit: ibique prædicans evangelium, XX. & V. annorum eiusdem urbis tenuit pontificatum. Sexto autem & triceſimo anno poſt paſſionem Domini ſub Nerone ceſſare (Cæſare), ut voluit, cruce ſuſpenſus eſt: cuius natalitium III. Kal. Iulii celebratur.

Paulus, qui interpretatur Pius, ortus ex tribu Beniamin, Apoſtolus gentium. Hic ſecundo poſt aſcenſionem Domini anno baptizatus, & ſub Nerone Romæ eodem die, quo & Petrus, capite truncatus, ibique ſepultus eſt.

Andreas, qui interpretatur Virilis vel Decorus, frater Petri. Hic prædicavit per Scythiam & Achaiam, ibique in civitate Patras cruce ſuſpenſus occubuit, pridie Kal. Decembris.

Iacobus, qui interpretatur Supplicator (ed. Supplantator), filius Zebedæi, frater Iohannis. Hic Spaniæ & (f. per) occidentalia loca prædicator (*Autiſ.* prædicat), & ſub Herode gladio cæſus occubuit, ſepultusque eſt in Achaia Marmarica, VIII. Kal. Auguſti.

Iohannes, qui interpretatur Gratia Dei, Apoſtolus & Evangeliſta, filius Zebedæi, frater Iacobi, dilectus Domini, prædicator Aſiæ & in Epheſo. VI. Kal. Ian. Natl. eius. alii dormitionem (*ed.* eius) VIII. Kal. Iulii dicuntur (*ed.* dicunt), quando nativitas ſancti Iohannis Baptiſtæ celebratur.

Thomas, qui interpretatur Abyſſus, Didymus, hoc eſt, Chriſto ſimilis. Hic Parthis & Medis prædicatur (*Autiſ.* prædicat), & deſtinans (*Gellon.* prædicator & diſtans. *f. leg.* prædicator eſt deſtinatus ad) orientalem plagam, ibi (*ed.* ibique) Evangelium prædicavit. Lancea enim ibi transfixus occubuit in Calaminice in Indiæ civitate, ibi ſepultus eſt in honore XII. Kal. Ian.

Philippus, qui interpretatur os lampadas (*ed.* lampadis) a Bethſaida civitate ortus, unde & Petrus, Gallis prædicavit Chriſtum: deinde in Hierapoli Phrygiæ provinciæ crucifixus & lapidatus obiit, ibique cum filiabus ſuis quieſcit, cuius natalitia Kal. Maii celebratur.

Iacobus

(1) Exſtat hoc Breviarium ex Mſc. *Gellonenſi* apud DACHERIUM Tom. II. Spicileg. nov. edit. p. 25. & in vetuſtiſſimo Martyrologio *San-Germanenſi Autiſiod.* in T. III. Theſauri Anecdot. *Ed.* MARTENE p. 1549. quibuscum noſtrum hoc *Rhenaugienſe* contulimus. In eit. Spicileg. pag. 1. martyrologio *Hieronym.* præmittuntur etiam feſta Apoſtolorum, quæ cum hoc breviario fere concordant. Habetur porro etiam in *Fuldenſi* Codice incomparabili ſec. VI. ex quo lectionarium ſupra p. 409. edidimus, indiculus, QUIBUS LOCIS APOSTOLI IACERANT, *ſub quo titulo*, inquit SCHANNATUS in *Vindemiis litterariis* p. 218. *deſignantur urbes, in quibus non Apoſtolorum tantum, ſed & Evangeliſtarum, aliorumque Sanctorum corpora in veneratione tum temporis habebantur.* Quæ vero hic diverſitas inter *Fuldenſem & Rhenaugienſem* codices intercedit, aut quæ hiſtoriam ſpectant, hic liturgicis monumentis proferendis unice intenti haud diſcutimus. Ita autem *Fuldenſis*:

Quibus locis Apoſtoli iaceant.
Petrus & Paulus *Romæ.*

Iacobus frater Domini, Hieroſolymorum primus Epiſcopus. Hic dum Ieruſalem Chriſtum Dei Filium prædicaret, de templo a Iudæis præcipitatur, lapidibusque obprimitur, ibique iuxta templum humatur. Eius natalitium Kal. Maii (*Aut.* celebratur, &) ordinatio VI. Kal. Ian.

Bartholomæus Apoſtolus nomen ex ira (*ed.* ex Syra) lingua ſuſcepit, & interpretatur filius ſuſpendentis aquas, Liconiam pre (*ed.* Licaoniam prædicavit) ad ultimum in Albono (*ed.* Albano) maioris Armeniæ urbe vivens a barbaris decoriatur, atque per iuſſum regis Aſtyagis decollatur, ſicque terræ conditur VIIII. Kal. Sept.

Matthæus Apoſtolus & Evangeliſta, qui interpretatur Donatus, hic etiam e tribu ſua Levi ſumſit cognomen, ex publicano (*ed.* a) Chriſto electus, primum quod eſt in India (*ed.* primum quidem in Iudæa) evangelizavit, poſtmodum in Macedonia, & paſſus in Perſida, requieſcit in montibus Portorum, XI. Kal. Octobris.

Simon Zelotes, qui interpretatur Zelus. Hic primus dictus eſt Cananæus, zelo Dei fervens, par in cognomento Petri, & ſimilis in honore. Hic accepit Ægypti principatum, & poſt Iacobum Iuſtum cathedram dicitur tenuiſſe Hieroſolymorum, & poſt annos XX. (*Autiſ.* centum viginti) meruit ſub Adriano per crucem ſuſtinere martyrium paſſionis. Iacet in portico foro (*ed.* Portoforo): eius natalitium celebratur V. Kal. Nov.

Iudas, qui interpretatur Confeſſor, frater Iacobi, in Meſopotamia atque in interioribus Ponti prædicavit: ſepultus eſt in Nerito Armeniæ urbe, cuius feſtivitas celebratur V. Kal. Novemb.

Mathias de ſeptuaginta diſcipulis unus, & pro Iuda Scarioth duodecim (*ed.* duodecimus) inter Apoſtolos ſubrogatus (*ed. addunt* electus) ſorte, & ſolus ſine cognomento, cui datur Evangelii prædicatio in Iudæa (*ed.* VI. Kalendas Martii.)

MAR-

Ioannes Evangeliſta *Epheſo.*

Andreas *Patras.*

Philippus *in Aſia civitate Hierapoli.*

Matthæus *in Ponto.*

Iacobus *Hieroſolima.*

Bartholomeus *in Phrygia civitate Dolbel.*

Thomas *in India civitate Iothabis.*

Iacobus Alphei *in civitate Ioppe.*

Simon Zelotes *in Cappadocia civitate Cæſarea.*

Iudas Iacobi *in Provincia Phœnice civitate Byreto* (*ſic*, *pro* Beryto)

Marcus Evangeliſta *Alexandria.*

Lucas Evangeliſta *Antiochia.*

Timotheus *Epheſo.*

Philippus unus de ſeptem *Cæſarea Paleſtina.*

Stephanus Protho-Martyr *Hieroſolyma.*

Ioannes Baptiſta *in Samaria civitate Sebaſte.*

Caput Ioannis Baptiſtæ *in Provincia Phœnice civitate Emeza.*

Barnabas & Silas *Cypro civitate Conſtantia.*

MARTYROLOGIUM

ex antiquiſſimo Codice *Rhenaugienſi*, ſuppletum ex *San-Gallenſi* ſec. X. circ.

Incipit Martyrologium (*de*) anni circulo. (1)

e. VIII. Kl. Ian. Nativitas D. N. I. Ch. Solſtitium apud Latinos.

F. VII. Kl. Ian. Natl. Stephani primi Mart.

G. VI. Kl. Ian. Ioh. Apoſtoli, & Iacobi Alfei frat. Domini.

h. V. Kl. Ian. In Bethleem Iuda infantium occiſorum no. (2)

i. IIII. Kl. Ian.

K. III. Kl. Ian.

L. II. Kl. Ian. Natl. Sci Silveſtri Epi. (3)
Silveſtri P. P.

Ianuarius habet Dies XXXI. Luna XXX.

A. Kl. Ian. Circumciſio D. N. I. Ch. ſecund. carnem. (4)
Octava Dni & Circumciſio *Dni.*

b. IIII.

(1) Ita codex *Rhenaugienſis*, *San-Gallenſis* vero: *In nomine Domini incipit Martyrologium per circulum anni.* Licet utrumque primo intuitu Kalendarium potius videatur, quam Martyrologium, perinde ac editum a M. *Frid.* BECKIO *Auguſtæ Vind.* an. 1687. Iſthoc ex Sanctis vero ARBOGASTO, FLORENTIO, AURELIA, OTILIA, ATTALA *Alſatico-Alemannicum*, & forte *Argentoratenſe*, eſſe comprobatur. Habet quidem eandem inſcriptionem, quam modo in *San-Gallenſi* notavimus, attamen numquam ut in noſtris nomina locorum, in quibus Sancti vixerunt, aut mortem pro Chriſto oppetierunt, adduntur. Neque in noſtris, quod Kalendarii proprium eſt, dies tantum notantur, quibus memoria Sanctorum celebratur, aut qui continentur in Sacramentario, ad cuius calcem adiectum eſt *Rhenaugienſe* Martyrologium: quale etiam mox ſe primis lineis prodit, dum *VI. Kal. Ian. Iohannis Apoſtoli, & Iacobi fratris Domini* meminit, cuius ordinatio ad hunc diem in Martyrologiis tantum notatur, feſtum vero ritu *Romano* numquam hoc die fuit celebratum, ut *Gallicano & Gothico* ritu. In Liturgia tamen Mozarabica, ut in *Ambroſiana*, idem poſt feſtum SS. Innocentum ponitur. In Cod. *San-Gallenſi* ſolius S. IOANNIS in feſto & eius octava fit mentio; pro more tamen Martyrologiorum nonnumquam ut dicimus locus vitæ vel obitus ſeu martyrii adnotatur. Cæterum in eo litteræ Dominicales hodieque more ſcribuntur, quod & nos obſervabimus, ubi *Rhenaugienſis* deficit, in quo pro veteri more litteræ iſtæ continuatæ ponuntur uſque ad litt. T. vel U.

(2) Quid hæc ſyllaba *no* ſibi velit, aliis divinandum relinquo: forte leg. *innocentum.*

(3) Rarius in hoc Martyrologio *Rhenaug.* præfatio ſeu apellatio *Sancti* aut *Sanctæ* occurrit: quod pro ſingulari antiquitatis ſigno iam *Io. Bapt.* SOLLERIUS in præfatione ad Martyrologium USUARDI p. 36. notavit. Idem in *San-Gallenſi* & infra in *Petershuſano* obſervare licet.

(4) Editum a BECKIO a die natalis Domini, a Kalendis vero *Ianuarii* more Martyrologiorum *San-Gallenſe* noſtrum incipit, ex quo *Rhenaugienſe* mancum ſupplemus, atque ad id lectiones variantes damus, minuſculis ad diſtinctionem litteris; ita quidem, ut ea, quæ recentiore manu in *San-Gallenſi* codice ſunt addita, characteribus *curſivis*, ut vocant typothetæ, exprimamus.

Digitized by Google

b. IIII. Non. Ian. Eſidori Epi & Martyris. (1) Octava S. Stephani *martyris.* Diet Ægypt.

c. III. Non. Ian. Scæ Genovevæ Virg. Octava S. Iohannis *Evangeliſtæ.*

d. II. Non. Ian. Natl. Simonis Prophetæ in Hieruſalem, qui accepit Ieſum. (2) Octava Innocentum.

e. Non. Ian. Vigilia Theophaniæ. Epiphaniæ.

F. VIII. Id. Ian. Epiphania Dni nri Ieſu Chriſti. Epiphania Dni.

G. VII. Id. Ian.

h. VI. Id. Ian. Natl. Timothei Apoſtoli. (3)

i. V. Id. Ian. VII. horæ in die.

K. IIII. Id. Ian. *Pauli primi Eremitæ.*

L. III. Id. Ian. Eductio Dni de Ægypto, & Natl. S. Felicitatis. (4)

M. II. Id. Ian.

N. Id. Ian. Dormitio Hilarii Epi Pict. & Remedii Conf. Octava Epiphaniæ, & eſt depoſitio Sci Hilarii Epi & Conf.

O. XVIIII. Kl. Feb. Felicis Presbyteri & Conf.

p. XVIII. Kl. Feb. Natl. S. Remedii. *Mauri Conf.*

q. XVII. Kl. Feb. Dormitio Furſei Abb. & Fulmani. Marcelli Papæ & Mart.

R. XVI. Kl. Feb. Depoſitio Antonii monachi. Sci Supici (Sulpitii). *Antonii Conf.*

S. XV. Kl. Feb. R. (Romæ) Cathedra S. Petri. Priſcæ Virg. Sol in Aquar.

T. XIIII. Kl. Feb. Pauli monachi.

U. XIII. Kl. Feb. Sebaſtiani Martyris. Fabiani & Sebaſtiani martyris.

A. XII. Kl. Feb. Scæ Agnæ Martyris in Roma. Agnæ Virg.

B. XI. Kl. Feb. Vincentii Diac. & Mart.

C. X. Kl. Feb. *Emerentianæ V.*

d. VIIII. Kl. Feb. VII. horæ in die. Babilli Epi, & trium parvolorum (5). Timothei Apli. e. VIII.

---

(1) Duo hac die in Martyrologio *Rom.* notantur ISIDORI epiſcopi: in Kalendariis tamen infra die 7. *Ian.* habetur; uti etiam in *Argentorat.* De octavis S. STEPHANI &c. vid. Diſquiſit. IX. c. 2. p. 889. Octavæ, quæ non habentur in Sacramentariis, leguntur in Martyrologiis; uti & in antiquiſſimo *Antiſiodorenſi* ſupra cit. legitur *Octabas S. Thomæ Apli*, aliæque in aliis; quæ tamen in Sacramentariis nullum habent officium.

(2) In aliis Martyrologiis & Kalendariis idem propheta SIMEON ad ſequentem diem Nonarum ponitur, paſſim cum SIMEONE confeſſore, ſeu monacho, *Stylite* nimirum, confuſus. Cuiusmodi tres ad hunc diem a *Bollandi*, notantur. Vid. *Leonis* ALLATII diatriba *de Simeonum ſcriptis.*

(3) Hic notatur in Martyrol. ad diem 24. *Ian.* paſſimque tam ipſe quam cæteri Apoſtolorum diſcipuli præcipui Apoſtolorum nomine, & ſubinde officio quoque eccleſiaſtico inſigniuntur.

(4) In Martyrol. *Rom.* habetur ad diem 7. *Ian. Relatio pueri Ieſu* de Ægypto: & S. FELICITATEM in unico USUARDI martyrologio interpolato apud SOLERIUM ad hanc diem cum S. EUGENIO reperi.

(5) Notatur ad diem 24. *Ian.* in Martyrol. S. BABYLAS epiſcopus, paſſus cum tribus parvulis.

zed by Google

e. VIII. Kl. Feb. Converſio Pauli Apli in Damaſco. Converſio S. Pauli. Dies Ægypt.
F. VII. Kl. Feb. *Polycarpi Epi.*
G. VI. Kl. Feb. *Iohannis Chryſoſtomi.*
h. V. Kl. Feb. Perpetuæ & Agnæ. Oct. S. Agnæ.
i. IIII. Kl. Feb.
K. III. Kl. Feb. Beatæ Adelgundæ Virg.
L. II. Kl. Feb.

Dies XXVIIII. Luna XXVIIII.

Februarius habet Dies XXVIII. & Lunam XXVIIII. In biſſextili anno dies XXVIIII. Lunam XXX.

M. Kl. Feb. Natl. Scæ Brigitæ Virg. (1) In Scotia Brigitæ Virg.
N. IIII. Non. Feb. Purificatio Scæ Mariæ Virg.
O. III. Non. Feb. Sci Blaſii Epi.
p. II. Non. Feb.
q. Non. Feb. Paſſio S. Agathæ Virg. & Martyris in Silicia (Sicilia.) Paſſio S. Agathæ Virg.
R. VIII. Id. Feb. Sci Vedaſti & Sci Amandi. *Obitus W. de Wil Subdiac.* (2) Dies Ægypt.
S. VII. Id. Feb.
T. VI. Id. Feb. Dionyſiii & Sebaſtiani. VIIII. horæ in die, & ter inter initium XL. uſque II. Id. Mart. (3)
U. V. Id. Feb.
A. IIII. Id. Feb. Translatio Scæ Gerdrudæ Virg. in Nivialcha. (4) Scholaſticæ V.
B. III. Id. Feb.
C. II. Id. Feb. Obiit Wolfker, Deo cœlo. d.

(1) De S. BRIGIDA, aliisque Inſularum *Britannicarum* Sanctis, qui primis hic ſtatim anni menſibus frequenter occurrunt, iam lectorem monuimus Diſquiſ. II. P. I. p. 137. Unde etiam S. FINTANUS oriundus, codicem hunc ad monaſterium *Rhenaugienſe* detuliſſe creditur haud abs re. Id inſuper ex eo fit veroſimilius, quod in pluribus conveniat ab initio cum illo *Anglicano*, ab *Edm.* MARTENE collect. ampliſſ. T. VI. p. 652. vulgato.

(2) Patet ex his, in utroque tam *Rhenaugienſi*, quam *San-Gallenſi* Martyrologio ſubinde etiam nomina defunctorum fuiſſe inſerta; ſed id recentius primum eſſe factum, ex characterum diverſitate apparet: quod & in editis paſſim cernitur.

(3) Legendum hic videtur: *& veris initium*, it. *initium Quadrageſimæ uſque II. Idus Martii.* prius notatur in *Petersbuſ. & Solod.* infra edendis ad diem præcedentem 7. *Febr.* ac in cæteris etiam editis. Alterum, ſeu initium Quadrageſimæ, in reliquis quidem notatum haud reperio, quum vero & initium & finis Quadrageſimæ i. e. primæ eiusdem Dominicæ, diebus hic aſſignatis conveniat, nempe 8. *Febr.* & 14. *Martii*, ac inſuper infra notetur initium & finis primi menſis, ac *primum & ultimum paſcha*, coniectura noſtra firmari poteſt. In Martyrol. *Anglic.* l. ſupra cit. ad hanc ipſam diem notatur: *ante iſtum locum non poteſt eſſe Quadrageſima.*

(4) In aliis legitur: *in Niviala*, id eſt, *Nivigella*; eſt enim hæc S. GERTRUDIS *Nivigellenſis.*

d.		Idus	Feb.	
e.	XVI.	Kl.	Mar.	Valentini presbyteri Mart.
F.	XV.	Kl.	Mar.	A Dno retrorſum diabolus receſſit. (1) Sol in Piſces.
G.	XIIII.	Kl.	Mar.	Scæ Iulianæ Virg. Iulianæ.
h.	XIII.	Kl.	Mar.	
i.	XII.	Kl.	Mar.	
k.	XI.	Kl.	Mar.	
L.	X.	Kl.	Mar.	
m.	VIIII.	Kl.	Mar.	
n.	VIII.	Kl.	Mar.	Cathedra Sci Petri in Antiochia. Antiochia Cathedra S. Petri.
o.	VII.	Kl.	Mar.	Vigilia Mathiæ Apoſtoli.
p.	VI.	Kl.	Mar.	Biſſextus. Nat. Sci Mathiæ Apoſtoli. Locus biſſexti.
q.	V.	Kl.	Mar.	Kyriani Sacerdotis & Mart. in Nivialcha. Veni Sce Spiritus.
R.	IIII.	Kl.	Mar.	Dies Ægypt.
S.	III.	Kl.	Mar.	
T.	II.	Kl.	Mar.	

Martius habet Dies XXXI. Luna XXX.
In iſto menſe erit celebratio ieiuniorum, IIII. & VI. Fer. Sabb. XII. Lect.

A.		Kl.	Mar.	Dies Ægyptius.
B.	VI.	Non.	Mar.	
C.	V.	Non.	Mar.	
d.	IIII.	Non.	Mar.	Dies Ægyptius.
e.	III.	Non.	Mar.	
F.	II.	Non.	Mar.	Fridolini Abb.
G.		Non.	Mar.	Perpetuæ & Felicitatis.
h.	VIII.	Id.	Mar.	Initium primi menſis uſque Non. Aprilis. (2)
i.	VII.	Id.	Mar.	Iuliani Mart. & XL. Militum. In Armenia minore XL. Militum.
K.	VI.	Id.	Mar.	XI. horæ in die. In Bobio Attalæ Conf.
L.	V.	Id.	Mar.	Baſſi Abbatis.
m.	IIII.	Id.	Mar.	Natl. Gregorii Papæ Romæ. Romæ S. Gregorii Papæ. (3)
n.	III.	Id.	Mar.	
o.	II.	Id.	Mar.	
p.		Id.	Mar.	
q.	XVII.	Kl.	Apl.	

R.

(1) Referendum eſt ad primam Quadrageſimæ Dominicam, in qua iam ab antiquo Evangelium de tentato Domino legitur. Sic etiam habetur in cit. *Anglicano.*

(2) *Initium primi menſis* alibi paſſim, ut prævie obſervavimus, hic *primo incenſio lunæ paſchalis* notatur uſque ad Nonas *Aprilis*, quæ hic deſignatur *ultima incenſio Lunæ paſchalis.* Ab hinc currit primus paſcha, quod in Kal. *Peterſbuſ.* notatur ad XI. Kal. *Apr.* & ultimum VII. Kal. *Maii.*

(3) Natalitia Papæ GREGORII iam in *Chlooesheviniſi* in *Anglia* concilii an. 747. canone 17. celebrari præcipiuntur.

R. XVI. Kl. Apl. Patricii Epi, & Scæ Gerdrudæ Virg. Patricii Epi & C.
S. XV. Kl. Apl. Sol. in Arietem.
T. XIIII. Kl. Apl.
U. XIII. Kl. Apl. Ioſeph Sponſus Mariæ. (1)
A. XII. Kl. Apl. Æquinoctium ſecundum Græcos, & primi (2) dies ſcilicet Benedicti. Sci Benedicti Abbatis.
B. XI. Kl. Apl. Hic incipiunt Epactæ, & in die terminationis Paſce. (3)
C. X. Kl. Apl. Æquinoct. apud Gre. uſque ad VII. Kl. Mai.
d. VIIII. Kl. Apl. Ambroſii.
e. VIII. Kl. Apl. Dominus noſter crucifixus eſt, & XII. horæ in die. Æquinoctium apud Latinos. Adnuntiatio S. Mariæ.
F. VII. Kl. Apl.
G. VI. Kl. Apl. Reſurrectio Dni noſtri Ieſu Chriſti. Mariæ. (4) Reſurrectio Dni.
h. V. Kl. Apl.
i. IIII. Kl. Apl. Ordinatio Gregorii Romæ.
K. III. Kl. Apl.
L. II. Kl. Apl.

Aprilis habet Dies XXX. Luna XXVIIII.

m. Kl. Apl. Mariæ & Ambroſii. initium ſecundi menſis.
n. IIII. Non. Apl.
O. III. Non. Apl.
p. II. Non. Apl. Ambroſii Epi & C. 9.

---

(1) Notatur hoc feſtum etiam ad diem præced. in *Richenovienſi* T. VI. ſuppl. *Iunii Bolland.* & in *Anglicano* ſupra cit. quæ facile prima & antiquiſſima huius feſti monumenta ſunt.

(2) Corrupta hic verba ſic ſunt reſtituenda, ut in Kalendariis mox ſequentibus *Augienſi* & *Petershuſano* ad XV. Kal. *April.* leguntur: *primus dies ſeculi*, deinde *Benedicti*. Ven. BEDA de temporum ratione c. 4. diem iſtum notat his verbis: *quo ſane in loco primus ſeculi dies ſit, nonnulli quærentes XII. Kalendarum ſupra ſcriptarum die magis adnotatum putarunt, uno utique hoc æquinoctii argumento nitentes, quaſi rationi congruat, ut quia Deus æquis in principio partibus lucem tenebraſque diviſerit, ibi præcipue tunc caput mundi, ubi nunc æquinoctium, fieri credatur.*

(3) Et hæc confuſa ſunt. Verba illa *æquinoct. apud Gre.* ex die præced. repetita fuiſſe videntur. Saltem ſequentia: *uſque ad VII. Kl. Mai.* ad *Paſcha* ſunt referenda, cuius initium XI. Kl. *April.* & finis VII. Kl. *Maii.* notatur in aliis per *primum & ultimum paſcha.* Vid. Kal. ſeqq. Forte legendum: *& inde determinatio paſchæ uſque ad VII. Kl. Maii.*

(4) Legendum hic eſt *Adnuntiatio Mariæ*, prout etiam in Kalendario Sacramentarii *Solodorenſis* ſimul ponitur *Annuntiatio S. Mariæ & Reſurrectio Domini*, ſed VIII. Kal. *Apr.* quo die iuxta cætera, uti etiam hoc noſtrum martyrologium, *Dominus noſter crucifixus eſt.* Qua de re S. AUGUSTINUS L. IV. de Trinit. c. 5. *Sicut*, inquit, *a maioribus traditum ſuſcipiens eccleſiæ cuſtodit auctoritas, octavo Kalendas Aprilis conceptus traditur quo & paſſus. Natus autem octavo Kalendas Ianuarias.* Et BEDA de ratione temporum c. 45. *Quod octavo Kal. Aprilis crucifixus VI. Kal. earundem die reſurrexerit, multorum latinorum Doctorum eccleſiaſticorum conſtat ſententia vulgatum.* Annuntiationis feſtum in *Oriente* & *Occidente*, excepta *Hiſpania*, VIII. Kal. Apr. conſtanter celebratum, ſed in *Occidente* poſt Paſcha translatum, quod hic forte aut ſequenti prima *Aprilis* innuitur.

q.		Nonas	Apl.	Depoſitio Ambroſii Epi. (1)
R.	VIII.	Id.	Apl.	
S.	VII.	Id.	Apl.	
T.	VI.	Id.	Apl.	
U.	V.	Id.	Apl.	
A.	IIII.	Id.	Apl.	(2) Dies Ægyptius.
C.	III.	Id.	Apl.	
D.	II.	Id.	Apl.	
E.		Idus	Apl.	
F.	XVIII.	Kl.	Maii.	Romæ Tyburti, Valeriani & Maximi.
G.	XVII.	Kl.	Maii.	
A.	XVI.	Kl.	Maii.	
B.	XV.	Kl.	Maii.	Petri Diaconi. (3) Sol in Taurum.
C.	XIIII.	Kl.	Maii.	
D.	XIII.	Kl.	Maii.	
E.	XII.	Kl.	Maii.	Seneſii Martyris. (4) Dies Ægyptius.
F.	XI.	Kl.	Maii.	
G.	X.	Kl.	Maii.	
A.	VIIII.	Kl.	Maii.	Romæ Georgii M. & Adalberti Epi M. (5)
B.	VIII.	Kl.	Maii.	
C.	VII.	Kl.	Maii.	In Alexandria Marci Evang.
D.	VI.	Kl.	Maii.	
E.	V.	Kl.	Maii.	
F.	IIII.	Kl.	Maii.	Romæ Vitalis M. & Criſtofori.
G.	III.	Kl.	Maii.	
A.	II.	Kl.	Maii.	Vigilia Apoſtolorum Philippi & Iacobi.

Maius habet Dies XXXI. Lunam XXX.

B.		Kl.	Maii.	Nat. Philippi & Iacobi fratris Dni. Walpurgæ Virg. Sigismundi regis.
C.	VI.	Non.	Maii.	Athanaſii Epi & C. S. Wiboradæ m. (6)
D.	V.	Non.	Maii.	Inventio S. Crucis. Alexandri, Eventii, Theodoli.
E.	IIII.	Non.	Maii.	Dies Ægyptius.
F.	III.	Non.	Maii.	Aſcenſio Dni in cœlum. Dies Ægypt.
G.	II.	Non.	Maii.	Iohannis Apli ante portam latinam.
A.		Nonas	Maii.	
B.	VIII.	Id.	Maii.	Victoris Martyris.
C.	VII.	Id.	Maii.	*Octava Sæ Wiboradæ V. & M.* Æſtatis initium ſecundum Græcos, habet dies XC.
D.	VI.	Id.	Maii.	Gordiani & Epimachi.
E.	V.	Id.	Maii.	F.

(1) Negligentia ſcriptoris feſtum hoc ex die præcedente, quo in cæteris notatur, ad hunc diem repoſuit, uti etiam alia alibi ita transpoſuiſſe videtur.

(2) Reſciſſa ex *Rhenaug.* pagina, ſequitur *Sun-Gallenſis*, in quo ea plerumque feſta notantur, quæ in aliis *Alemannicis*, ſacramentariis quoque, occurrunt.

(3) Habetur hic Martyr *Antiochenus* in Martyrol. d. 17. *April.*

(4) Vid. quæ de hoc S. SENESIO ſupra in ſupplem. feſtiv. Grad. p. 404. n. 5. diximus. Infra in *Puteribuſ.* notatur ad diem 19. *April.*

(5) S. ADALBERTUS Ep. *Pregenſis* & M. paſſim in Sacramentariis etiam, uti ex noſtris domeſticis Mſſ. conſtat, cum S. GEORGIO iungitur.

(6) Feſtum hoc S. WIBORADÆ ad S. *Gallum* reclusæ, peculiare eſt *Sun-Gallenſibus*, unde etiam infra eiusdem octava ponitur.

Digitized by Google

F.	IIII.	Id.	Maii.	Nerei, Achillei & Pancratii.
G.	III.	Id.	Maii.	Gangolfi Mart. (1)
A.	II.	Id.	Maii.	
B.		Idus	Maii.	
C.	XVII.	Kl.	Iun.	
D.	XVI.	Kl.	Iun.	
E.	XV.	Kl.	Iun.	Sol in Geminos.
F.	XIIII.	Kl.	Iun.	Romæ Pudentianæ Virg.
G.	XIII.	Kl.	Iun.	
A.	XII.	Kl.	Iun.	
B.	XI.	Kl.	Iun.	
C.	X.	Kl.	Iun.	In Vienna Deſiderii Epi & Mart.
D.	VIIII.	Kl.	Iun.	
E.	VIII.	Kl.	Iun.	Urbani Papæ & Mart. Dies Ægypt.
F.	VII.	Kl.	Iun.	
G.	VI.	Kl.	Iun.	
K.	V.	Kl.	Iun.	Germani de Pariſis. Pariſius Germani Epi & Conf.
L.	IIII.	Kl.	Iun.	
m.	III.	Kl.	Iun.	Paſſio Thomæ Apoſtoli. (2)
n.	II.	Kl.	Iun.	Chryſogoni, (3) & Scæ Petronellæ. Petronellæ Virg.

Iunius habet Dies XXX. Luna XXVIIII.
In iſto menſe hebdomada ſecunda erit celebratio ieiuniorum IIII. & VI. feria. Sabb. XII. lectiones.

o.		Kal.	Iun.	Natl. Theclæ Virg. (4) Nicomedis Matt.
p.	IIII.	Non.	Iun.	Marcellini & Petri. Romæ Marcellini presbyteri, & Petri exorciſtæ. In Campania Eraſmi Epi & M.
q.	III.	Non.	Iun.	Martyrum CCCC.
R.	II.	Non.	Iun.	
S.		Nonas	Iun.	Apollonari Mart. (5) Bonifacii Archiepi & M. cum aliis XII.
T.	VIII.	Id.	Iun.	
U.	VII.	Id.	Iun.	
A.	VI.	Id.	Iun.	Natl. Sci Medardi Epi. Medardi Epi & Conf.
B.	V.	Id.	Iun.	In Scotia Columbæ Conf. Romæ Primi & Feliciani M.
C.	IIII.	Id.	Iun.	Dies Ægypt.
d.	III.	Id.	Iun.	Romæ Barnabæ Apli.
e.	II.	Id.	Iun.	Romæ Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii. F.

(1) GANGULPHUS Martyr in aliis Martyrologiis & Kalendar. die XI. ſeu V. Id. *Maii* notatur.

(2) Nuſpiam feſtum hoc ad diem 30. *Maii* aſſignatum reperi, ſed vel ad d. 21. *Dec.* vel 6. *Oct.* apud *Græcos*; & in Martyrol. *Hieronymi* d. 9. *Febr.* notatur *Depoſitio Thomæ.*

(3) Obſervant *Bollandiani* T. VII. *Maii* p. 420. S. CHRYSOGONI memoriam unacum *Cantianis* Martyribus haberi die 31. *Maii* in quibusdam Martyrologiis HIERONYMI nomen præferentibus, uti in illo a DACHERIO T. II. Spicileg. nov. ed. vulgato p. 11.

(4) In cit. martyrol. DACHERII notatur hac die S. THECLA V. *Antiochiæ* cum ZOSIMO: quæ adeo ab altera die 23. *Sept.* coli ſolita diverſa eſt.

(5) Habetur hac die APOLLONIUS cum ſociis in Martyrol. nullibi tamen APOLLINARIS nomen invenio.

Digitized by Google

F. Idus Iunii. Bartholomei Apoſtoli. (1)
G. XVIII. Kl. Iulii. Sci Anniani Epi. (2)
h. XVII. Kl. Iul. Sci Viti Martyris. Viti, Modeſti & Creſcentiæ M.
i. XVI. Kl. Iul. Paſſio Cyriaci Mart. & CCCCIIII. Cyriaci & Iulittæ matris eius. (3) Dies Ægypt.
K. XV. Kl. Iul. Nicandri Mart. Sol. in Cancrum.
L. XIIII. Kl. Iul. Romæ Marci & Marcelliani M.
m. XIII. Kl. Iul. Gerbaſi & Protaſi in Mediolanenſi. Gervaſii & Protaſii M.
n. XII. Kl. Iul. Solſtitium ſecundum Ægyptios. Secundum Græcos hic dies decreſcere, nox creſcere incipit.
o. XI. Kl. Iul. Albani Mart.
p. X. Kl. Iul. Iacobi Alfei Apli. (4) *Paulini Epi.*
q. VIIII. Kl. Iul. Vigilia Sci Iohannis Baptiſtæ.
R. VIII. Kl. Iul. Ioannis Baptiſtæ Ieiunium, & receptio Iohannis Evangeliſtæ. (5) Nativitas Præcurſoris Domini. Et in Epheſo dormitio S. Iohannis Apoſtoli & Evang.
S. VII. Kl. Iul.
T. VI. Kl. Iul. Iohannis & Pauli. Romæ Iohannis & Pauli M.
A. V. Kl. Iul.
B. IIII. Kl. Iul. In Ieiunio Apoſtolorum. Romæ Leonis Papæ. Vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli.
C. III. Kl. Iul. Petri & Pauli, & aliorum DCCCLXXVII. Nat. Apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum DCCCCLXXVII. (6)
d. II. Kl. Iul. Feſtivitas ſci Pauli *Apoſtoli.*

Iulius

---

(1) Ita etiam in Martyrol. HYERONYMI ad diem 23. *Iun. In Perſida natalis S. Bartholomæi Apoſtoli.*

(2) Ibidem hac die notatur *In civitate Aurelianis translatio corporis S. Aniani Epiſcopi.*

(3) *Cyriacus*, *Cyrinus*, vel *Cyricus* idem eſt ac QUIRICUS in martyrol. *Rom.* hac die notatus. In cit. *Hieron.* legitur: *In antiochia Cyrici, Iulittæ matris eius, & cum eis quadringentorum Martyrum.* Die ſequenti, vero pariter, ut hic, NICANDRI Mart. nomen inter alios notatur.

(4) Sic & in ſæpe laudato *Hieron.* martyrol. hac die: *In Perſida Natalis S. Iacobi Alphæi Apoſtoli.* Quum vero ibidem die 1. *Maii* notetur IACOBUS ſimpliciter, nonnulli IACOBUM *Alphæi* a IACOBO *Iuſto* ſeu *Minore* diſtinguendum cenſuerunt: quos refutat BARONIUS in Annal. & NATAL. *Alex.* hiſt. eccleſ. T. III. c. 8. patetque ex noſtro *Rhenang.* ubi ſupra ad VI. Kal. *Ian.* idem hic IACOBUS *Alphæi frater Domini* appellatur.

(5) Hæc vigilia per incuriam ſcriptoris hac die repoſita eſt, in qua ipſa Nativitas S. IOHANNIS *Bapt.* ponenda fuiſſet, quæ hic adeo penitus deſideratur. Receptio autem ſeu dormitio S. IOHANNIS *Evang.* ſupra p. 453. in breviario Apoſtolorum ad hanc diem aſſignatur. Inter acta Concilii *Epheſini* an. 431. T. III. Concil. Labb. p. 1021. exſtant duo ſermones, unus S. CYRILLI *Alexandrini*, alter THEODOTI *Ancyrani*, in die S. IOHANNIS *Evang.* dicti in iſto concilio: quod cum X. Kal. *Iul.* inceperit, facile inde eruitur, iam tunc feſtum hoc in *Iunio* ſeu VIII. Kal. *Iul.* celebratum fuiſſe.

(6) Diverſitatem in aſſignando horum Martyrum numero tollit Martyrol. *Hieron.* in quo ad hanc diem legitur: *Romæ natalis SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, & aliorum nongenterum octoginta & ſeptem Martyrum.*

Digitized by Google

Iulius habet Dies XXXI. Luna XXX.

e.		Kl.	Iul.	Paſſio Simonis Cananæi & Thaddæi, (1) & Aaron. *Octava S. Iohannis.*
F.	VI.	Non.	Iul.	Dedicatio baſilicæ S. Otmari. (2)
G.	V.	Non.	Iul.	Translatio Thomæ Apli in Ediſa. (3) Conſtantii M.
h.	IIII.	Non.	Iul.	In Galliis ſci Martini Epi. Udalrici Epi & Conf.
i.	III.	Non.	Iul.	
K.	II.	Non.	Iul.	Octava Apoſtolorum.
L.		Nonas	Iulii.	Williboldi & Winnibaldi Conf. (4)
m.	VIII.	Id.	Iul.	Chiliani, Cholmani, Totmani M.
n.	VII.	Id.	Iul.	
o.	VI.	Id.	Iul.	Nat. VII. Fratrum filiorum S. Felicitatis.
p.	V.	Id.	Iul.	Benedicti Abbatis. Translatio S. Benedicti Abbatis.
q.	IIII.	Id.	Iul.	S. Margaretæ Virg. & M. *Ermachore & Fortunati M.* (5)
R.	III.	Id.	Iul.	Dies Ægypt.
F.	II.	Id.	Iul.	Dies caniculares.
G.		Idus	Iulii	*Diviſio Apoſtolorum.*
A.	XVII.	Kl.	Aug.	
B.	XVI.	Kl.	Aug.	Alexii *Conf.* Obitus Purchardi Abb. (6)
C.	XV.	Kl.	Aug.	Sol in Leonem.
D.	XIIII.	Kl.	Aug.	Chriſtinæ Virg. (7)
E.	XIII.	Kl.	Aug.	
F.	XII.	Kl.	Aug.	Praxedis Virg.
G.	XI.	Kl.	Aug.	Dies Ægypt.
A.	X.	Kl.	Aug.	Apollinari Epi & M.
B.	VIIII.	Kl.	Aug.	Vigilia S. Iacobi Apli.

C.

(1) In laudato Martyrol. aliisque antiquiſſimis HIERONYMO adſcriptis hac ipſa die I. *Iul.* ita notatur hoc feſtum: *In Perſida paſſio SS. Apoſtolorum Simonis Cananæi, & Iudæ Zelotis.* Supra tamen in Apoſtolorum breviario p. 454. uterque V. Kal. *Nov.* ponitur, quo hodieque coluntur.

(2) Facile liquet, feſtum hoc, uti in ſequentibus plura alia, monaſterio S. GALLI fuiſſe particularia.

(3) Hæc S. THOMÆ translatio ex *Calamina* in *Edeſſam* notatur etiam in Martyrol. *Rom.* uti & die ſequente translatio S. MARTINI *Turonenſis.*

(4) WILLIBALDUS in *Rom.* Martyrol. ad hanc diem, *Wunibaldus* vero vel *Winibaldus* eius frater ad d. 18. *Dec.* in martyrol. *Alemannicis* ponitur.

(5) Feſtum hoc in Martyrol. *Rom.* notatur 20. *Iul.* in aliis autem etiam die 13. occurrit: nullibi tamen hac die 12. aſſignatum reperi, qua hic ut in cæteris habetur S. HERMAGORAS cum Socio.

(6) Duos BURCHARDOS monaſterii *San-Gallenſis* abbates exhibet eorum catalogus, primus an. 977. alter ſeu iunior an. 1022. fatis ceſſit. In aſſignando autem obitus die non conveniunt; ſenior iuxta MABILLONUM & *Ioach.* VADIANUM XVI. Kal. *Auguſti*, iuxta Ephemerides autem S. *Galli* die ſecunda ante Nonas *Iunii* obiit, ſecundus vero itidem XVI. Kalendas Auguſti, ab aliis vero V. Idus *Auguſti* mortuus eſſe refertur: ut adeo incertum ſit, cuiusnam obitus hic annotetur. Cum tamen BURCHARDUS II. in veteri codice *San-Gallenſi* vocetur *minor*, quæ nota hic deeſt, de primo BURCHARDO hæc intelligenda eſſe videntur, inter cuius & ſecundi tempora forte hoc ipſum Martyrologium ſcriptum fuerit.

(7) Hoc feſtum, quod alias conſtanter die 24. *Iul.* notatur, forte per incuriam, vel ob vigiliam S. IACOBI ad hanc diem fuit repoſitum.

C.	VIII.	Kl.	Aug.	Nat. S. Iacobi Apoſtoli fratris Iohannis, & Chriſtophori M.
D.	VII.	Kl.	Aug.	
E.	VI.	Kl.	Aug.	
F.	V.	Kl.	Aug.	Pantaleonis M.
G.	IIII.	Kl.	Aug.	Romæ Felicis, Simplicii, Fauſtini & Beatricis.
A.	III.	Kl.	Aug.	Romæ Abdon & Sennen.
B.	II.	Kl.	Aug.	Autiſiodoro Germani Epi & Conf.

Auguſtus habet Dies XXXI. Lunam XXVIIII.

C.		Kl.	Aug.	Statio ad S. Petrum ad Vincula. Eugenii, Floræ, & Lucillæ. (1) Septem Fratrum. Dies Ægypt.
D.	IIII.	Non.	Aug.	Romæ Stephani Papæ. VI. emboliſmus.
E.	III.	Non.	Aug.	Inventio Corporis S. Stephani Protomartyris.
F.	II.	Non.	Aug.	
G.		Nonas	Aug.	*Oſwaldi regis & mart.* (2)
A.	VIII.	Id.	Aug.	Romæ Sixti, Feliciſſimi & Agapiti, cum aliis quatuor diaconis. Autumni initium, habet dies XCV.
B.	VII.	Id.	Aug.	Afræ Mart. & Donati Epi.
C.	VI.	Id.	Aug.	Romæ Cyriaci & Secundi.
D.	V.	Id.	Aug.	Vigilia S. Laurentii.
E.	IIII.	Id.	Aug.	Romæ S. Laurentii.
F.	III.	Id.	Aug.	Tyburtii Mart.
G.	II.	Id.	Aug.	
A.		Idus	Aug.	Romæ Hippolyti M. & Concordiæ cum aliis X. & VIIII.
B.	XVIIII.	Kl.	Sept.	Romæ Euſebii presbyteri. Et vigilia Aſſumtionis S. Mariæ.
C.	XVIII.	Kl.	Sept.	Dormitio S. Mariæ.
D.	XVII.	Kl.	Sept.	
E.	XVI.	Kl.	Sept.	Octava S. Laurentii.
F.	XV.	Kl.	Sept.	Romæ Agapiti Mart. Sol in Virginem.
G.	XIIII.	Kl.	Sept.	In Bobio Bertolfi Abbatis. (3)
A.	XIII.	Kl.	Sept.	
B.	XII.	Kl.	Sept.	
C.	XI.	Kl.	Sept.	Timothei & Symphoriani *M. & Octava S. Mariæ.*
D.	X.	Kl.	Sept.	In Oſtia Archelai Diaconi, & M. Et Vigilia Bartholomæi Apoſtoli.
E.	VIIII.	Kl.	Sept.	In India Bartholomæi Apoſtoli.
F.	VIII.	Kl.	Sept.	
G.	VII.	Kl.	Sept.	Alexandri Mart.
A.	VI.	Kl.	Sept.	
B.	V.	Kl.	Sept.	Romæ Hermetis. Auguſtini Epi. Iuliani, & Pelagii M. (4)
C.	IIII.	Kl.	Sept.	Romæ Sabinæ M, & Decollatio S. Iohannis Baptiſtæ.

D.

(1) In Martyrol. *Rom.* hi tres SS. Martyres notantur ad diem 29. *Iulii.*

(2) Habetur etiam eadem die in Martyrol. *Anglicano.*

(3) Nec in *Rom.* nec in aliis martyrologiis occurrit BERTOLFUS ſeu BERTULPHUS Abbas Bobienſis; notatur tamen ad ipſum hunc diem ex tribus codd. Mſſ. a *Io. B.* SOLLERIO in notis ad Martyrologium USUARDI d. 19. *Aug.*

(4) S. PELAGIUS hinc inde in antiquis martyrologiis *Alemannicis* notatur, qui in *Francicis* rarius occurrit: unde quæ in actis eius leguntur, magis ad *Conſtantiam Alemanniæ*, quam *Normanniæ* urbem referenda ſunt: quod etiam ex WANDALBERTI Martyrologio palam fit, ubi ita canit:

Urbs Alemannorum recolit Conſtantia Sanctum
Hoc quoque Pelagium fuſo pro ſanguine clarum.

In uno codice SOLLERII ad Martyrol. USUARDI omnino in provincia *Acarnaniæ* paſſus fuiſſe dicitur. Cæterum hic & menſibus ſeqq. paſſim ſancti *Conſtantienſi* noſtræ diœceſi proprii annotantur.

D. III. Kl. Sept. Romæ Felicis Epi (1) & Adaucti.
E. II. Kl. Sept.

September habet Dies XXX. Lunam XXX.

In iſto menſe erit celebratio ieiuniorum hebdomada tertia IIII. & VI. feria. Sabbato XII. Lect.

F. Kl. Sept. Verenæ Virg. *Ægidii Conf.*
G. IIII. Non. Sept. *Antonini M.*
A. III. Non. Sept. Remacli Epi. Dies Ægypt.
B. II. Non. Sept.
C. Nonas Sept.
D. VIII. Id. Sept. Nat. S. Magni Conf.
E. VII. Id. Sept.
F. VI. Id. Sept. Nativitas S. Mariæ. Adriani M.
G. V. Id. Sept. Romæ Gorgonii Mart.
A. IIII. Id. Sept.
B. III. Id. Sept. Proti & Hyacinthi. Felicis & Regulæ.
C. II. Id. Sept.
D. Idus Sept. *Octava S. Magni Conf.*
E. XVIII. Kl. Octobr. Hieroſolymis Exaltatio S. Crucis. Romæ Cornelii Epi cum aliis XX. (2)
F. XVII. Kl. Oct. Romæ Nicomedis M.
G. XVI. Kl. Oct. Romæ Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani M.
A. XV. Kl. Oct. Lamperti & Huperti M. (3) Sol in Libram.
B. XIIII. Kl. Oct.
C. XIII. Kl. Oct.
D. XII. Kl. Oct. Vigilia Matthæi Apoſtoli. Æquinoctium ſecundum Græcos.
E. XI. Kl. Oct. Nat. Matthæi Apoſtoli & Evang. Dies Ægypt.
F. X. Kl. Oct. Mauritii Sociorumque eius VI. DC. LXVI. (4) Hemmerammi Epi & M. (5)
G. VIIII. Kl. Oct. *Thecla Virg.*
A. VIII. Kl. Oct.
B. VII. Kl. Oct.
C. VI. Kl. Oct.
D. V. Kl. Oct. Coſmæ & Damiani, cum aliis tribus M.
E. IIII. Kl. Oct.
F. III. Kl. Oct. In monte Gargano Dedicatio baſilicæ S. Michaelis Archangeli.
G. II. Kl. Oct. Hieronymi Presbyteri.

October habet dies XXXI. Lunam XXVIIII.

A. Kl. Oct. Remigii Epi & Conf. B.

(1) FELIX hic ab aliis *presbyter* tantum, non *Epiſcopus* nominatur: forte tamen cum altero cognomine Epiſcopo fuit confuſus; de qua variorum Martyrum confuſione ſub *Felicis* nomine vid. *Io. B.* SOLLERIUS in obſervat. ad Martyrolog. USUARDI, ad d. 14. *Ianuarii* & 30. *Auguſti.*

(2) In cæteris Martyrologiis loco XX. habentur XXI. Cur vero hic S. CYPRIANUS conſtanter alias hac die notatus deſit, divinari non potuimus.

(3) S. HUBERTUS *Leodienſis* pariter Epiſcopus hic ſimul cum S. LAMBERTO ponitur, apud quem etiam ſepultus eſt. Vid. SOLLERIUS ad USUARDI Martyrol. die 30. *Maii*, 30. *Sept.* & 3. *Nov.*

(4) De diverſo horum Martyrum numero vid. cit. SOLLERIUS in notis ad hanc diem.

(5) Notatur S. EMMERAMUS in martyrol. *Rom.* RHABANI, USUARDI, & WANDALBERTI, ac paſſim in *Alemannicis.*

B.	VI.	Non.	Oct.	Nat. Leudegarii Epi M.
C.	V.	Non.	Oct.	
D.	IIII.	Non.	Oct.	Dies Ægyptius.
E.	III.	Non.	Oct.	*Conſtantis & Alexandri M.* (1)
F.	II.	Non.	Oct.	*Fidis V. & M.*
G.		Nonas	Oct.	Romæ Marci Epi, Sergii & Bachi *Mart.*
A.	VIII.	Id.	Oct.	
B.	VII.	Id.	Oct.	Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii Mart.
C.	VI.	Id.	Oct.	
D.	V.	Id.	Oct.	
E.	IIII.	Id.	Oct.	
F.	III.	Id.	Oct.	
G.	II.	Id.	Oct.	Romæ Calliſti Papæ *Mart.*
A.		Idus	Oct.	Vigilia S. Galli.
B.	XVII.	Kl.	Nov.	Depoſitio S. Galli *Conf.*
C.	XVI.	Kl.	Nov.	Dedicatio eccleſiæ ipſius.
D.	XV.	Kl.	Nov.	Lucæ Evangeliſtæ. Sol in Scorpionem.
E.	XIIII.	Kl.	Nov.	Ianuarii, Proculi *Mart.* (2)
F.	XIII.	Kl.	Nov.	
G.	XII.	Kl.	Nov.	*Undecim millium Virginum.*
A.	XI.	Kl.	Nov.	Dies Ægyptius.
B.	X.	Kl.	Nov.	Octava S. Galli *Conf.*
C.	VIIII.	Kl.	Nov.	
D.	VIII.	Kl.	Nov.	Criſpini & Criſpiniani *Mart.*
E.	VII.	Kl.	Nov.	
F.	VI.	Kl.	Nov.	Vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ.
G.	V.	Kl.	Nov.	Nat. Simonis & Iudæ.
A.	IIII.	Kl.	Nov.	*Narciſſi Epi & Mart.*
B.	III.	Kl.	Nov.	
C.	II.	Kl.	Nov.	Quintini Mart. Et Vigilia omnium Sanctorum.

November habet dies XXX. Lunam XXX.

D.	Kalendas	Nov.	Feſtum omnium Sanctorum. Cæſarii. & eſt Nat. Euſtachii cum uxore & duobus filiis. (3) E.

(1) Feſtum hoc nuſpiam alibi occurrit; forte *Sangallenſibus* peculiare fuit, uti alia nonnulla huius menſis, quæ tamen in aliis Martyrologiis paſſim occurrunt, uti S. FIDIS vel FIDEI, & S. GALLI, quod hic cum vigilia & octava notatur, prout etiam ſupra in Sacramentario p. 186.

(2) In Martyrol. *Rom.* habentur die 19. *Sept.*

(3) De feſto omnium Sanctorum plura diximus Diſquiſit. IX. c. 2. p. 909. in Sacramentariis vero antiquis *San-Gall.* & *Rhenaugienſi* ſupra p. 190. relatis nihil de eo occurrit, quamvis ex *Gregorianis* ſec. IX. ibi notetur. In cæteris ſolus S. CÆSARIUS memoratur, & quidem ob Stationem ea die ad eius eccleſiam *Romæ* fieri ſolitam. Vid. THOMAS. T. V. opp. p. 502. A. S. EUSTACHIUS denique occurrit etiam hac ipſa die in Martyr. *Hieron.* ſed in *Rom.* aliisque ponitur die 20. *Sept.*

E.	IIII.	Non.	Nov.	
F.	III.	Non.	Nov.	Pirminii Epi.
G.	II.	Non.	Nov.	
A.		Nonas	Nov.	Dies Ægypt.
B.	VIIII.	Id.	Nov.	*Leonhardi Conf.*
C.	VII.	Id.	Nov.	*Willibrordi Epi.* Hyemis initium, habet dies XCIV.
D.	VI.	Id.	Nov.	Romæ quatuor Coronatorum.
E.	V.	Id.	Nov.	Romæ Theodori Mart.
F.	IIII.	Id.	Nov.	Vigilia S. Martini Epi.
G.	III.	Id.	Nov.	S. Martini Epi. *Menna Mart.*
A.	II.	Id.	Nov.	
B.		Idus	Nov.	Turonis Brictii Epi.
C.	XVIII.	Kl.	Dec.	
D.	XVII.	Kl.	Dec.	Vigilia S. Otmari.
E.	XVI.	Kl.	Dec.	Nat. S. Otmari Abbatis.
F.	XV.	Kl.	Dec.	Aniani & Auguſtini Epiſcoporum (1) Sol in Sagittarium.
G.	XIIII.	Kl.	Dec.	Octava S. Martini.
A.	XIII.	Kl.	Dec.	
B.	XII.	Kl.	Dec.	
C.	XI.	Kl.	Dec.	
D.	X.	Kl.	Dec.	Romæ Cæciliæ Virg.
E.	VIIII.	Kl.	Dec.	Clementis Epi. & S. Felicitatis. S. Columbani Abbatis.
F.	VIII.	Kl.	Dec.	Chryſogoni Mart.
G.	VII.	Kl.	Dec.	*Catharina Virg.* Hic ſaltus ſecundum Græcos.
A.	VI.	Kl.	Dec.	*Cunradi Epi.* (2)
B.	V.	Kl.	Dec.	
C.	IIII.	Kl.	Dec.	Dies Ægyptius.
D.	III.	Kl.	Dec.	Saturnini Mart. & Siſinnii diaconi. Chryſanthi, Mauri & Dariæ. (3) Vigilia S. Andreæ.
E.	II.	Kl.	Dec.	Nat. S. Andreæ Apoſtoli.

December

(1) De S. ANIANO *Aurelianenſi* Epiſcopo nullum ſupereſt dubium, qui in omnibus Martyrologiis hac die notatur; ſed quis ſit AUGUSTINUS epiſcopus hic eidem coniunctus, nullibi deprehendere licuit.

(2) Habetur S. CONRADUS *Conſtantienſis* Epiſcopus in Martyrol. *Rom.* & aliis nonnullis, quæ vid. apud SOLLERIUM in notis ad h. d.

(3) In Martyrol. *Rom.* aſſignantur die 25. *Oct.* ſed in *Hieron.* aliisque in notis ad Mart. USUARDI h. d. citatis, uti hic adnotantur.

December habet dies XXXI. Lunam XXVIIII.

In iſto menſe erit celebratio ieiuniorum IIII. & VI. feria, proxima hebdomada ante Natale Domini.

F.		Kl.	Dec.	Eligii Epi. Dies Ægypt.
G.	IIII.	Non.	Dec.	
A.	III.	Non.	Dec.	Lucii Conf.
B.	II.	Non.	Dec.	S. Barbaræ Virg.
C.		Nonas	Dec.	
D.	VIII.	Id.	Dec.	Miræ Nicolai Epi & Conf. (1)
E.	VII.	Id.	Dec.	Octava S. Andreæ.
F.	VI.	Id.	Dec.	*Conceptio S. Mariæ.*
G.	V.	Id.	Dec.	
A.	IIII.	Id.	Dec.	
B.	III.	Id.	Dec.	Romæ Damaſi Epi & Conf.
C.	II.	Id.	Dec.	
D.		Idus	Dec.	Luciæ Virg. & Otiliæ Virg. (2)
E.	XVIIII.	Kl.	Ian.	
F.	XVIII.	Kl.	Ian.	Dies Ægypt.
G.	XVII.	Kl.	Ian.	
A.	XVI.	Kl.	Ian.	
B.	XV.	Kl.	Ian.	Sol in Capricornum.
C.	XIIII.	Kl.	Ian.	
D.	XIII.	Kl.	Ian.	Vigilia Thomæ Apoſtoli.
E.	XII.	Kl.	Ian.	In India Thomæ Apoſtoli. Solſtitium ſecundum Græcos.
F.	XI.	Kl.	Ian.	
G.	X.	Kl.	Ian.	
A.	VIIII.	Kl.	Ian.	Vigilia Nativitatis Domini.
B.	VIII.	Kl.	Ian.	Bethleem Nativitas Domini noſtri ſecundum carnem. Anaſtaſiæ V. (3)
C.	VII.	Kl.	Ian.	Nat. S. Stephani Protomartyris.
D.	VI.	Kl.	Ian.	Nat. S. Iohannis Evangeliſtæ.
E.	V.	Kl.	Ian.	Nat. S. Innocentum.
F.	IIII.	Kl.	Ian.	
G.	III.	Kl.	Ian.	
A.	II.	Kl.	Ian.	Silveſtri Papæ.

KALEN-

(1) Vid. de hoc & ſequentibus feſtis, quæ diximus Diſquiſit. IX. c. 2. pag. 913. ſeqq.

(2) S. OTTILIA hac die in Martyrol. *Rom.* & ADONIS, ac paſſim in *Alemannicis* notatur.

(3) Dubium eſt, utrum littera hæc initialis V. notet Viduam an Virginem, quo ultimo nomine ſubinde decoratur in martyrologiis & Kalendariis. Sed iam obſervavit BARONIUS in notis ad Martyrol. *Rom.* h. d. & SOLLERIUS in obſervat. ad USUARDUM, duas ANASTASIAS eſſe diſtinguendas, unam Viduam, Virginem alteram, quæ ſubinde invicem fuere a ſcriptoribus confuſæ.

Digitized by Google

KALENDARIUM ECCLESIASTICUM

Ex Codd. *Petershuſano* & *Solodorenſi* ſec. IX. annotatis iis, quæ in vetuſtiſſimo Kalendario *Bucheriano*, *Leonino*, *Gelaſiano*, & antiquo *Gregoriano* apud MURATORIUM congruunt.

Menſis Ianuarius habet dies XXXI. Lunam XXX.

1. *Circumciſio Domini noſtri IESU Chriſti.*

Octava Domini. totum officium. Dies Ægyptius. (1)

2. Octava S. Stephani. Depoſitio Macarii Conf.

3. *Genovefæ Virginis.* Octava S. Iohannis.

4. Octava Innocentium.

5. Vigilia Theophaniæ, & depoſitio Simeonis Iuſti.

6. *Epiphania Domini noſtri.* Theophania D. paſſio S. Iuliani & Baſiliſſæ cum Sociis eius. (2)

7. Luciani Presbyteri. S. Iſidori Ep. A.

8. Ruſtici Timothei.

9. In Africa Epictici, (3) Iocundi, Quinti, Saturnini.

10. S. Pauli Eremitæ Conf. A.

11. *Eductio Chriſti de Ægypto.* Felicitatis, Quinti, Ianuarii. 12.

(1) Hac litterarum forma utimur ad ea exprimenda, quæ in Kalendario, quod Sacramentario *Solodorenſi* præfixum eſt, continentur: & quidem Kal. Ian. *Octava Domini totum officium*, novem nimirum, vel iuxta Regulam S. BENEDICTI, XII. lectionum, quod in ſequentibus paſſim per ſolam vocem *totum* exprimitur. Additur & deinceps non raro, ſicut iam ſupra in *Sangallenſi* Martyrologio, ita & in Kalendario *Solodorenſi* ex uſu Kalendarii profani *dies Ægyptius*. De quibus in Cod. Cæſ. *Vindob.* Theol. carmen Kalendario adnexum legi, quo vana & ſuperſtitioſa dierum obſervatio declaratur, a SS. Patribus perinde damnata ac alia mathematicorum deliria, quæ ab *Aſſyriis Ægyptii* potiſſimum acceperunt: atque ab his aliæ gentes *atros candidosque* notarunt dies; nec apud Chriſtianos ſtatim omnes exploſa ſuperſtitione, *qui*, ut eos S. ZENO lib. I. Tract. 15. arguit, *dies obſervant, qui Ægyptiacos de candidis faciunt.* Unde etiam in Pœnitentiali veteri cavetur: *item non debere ſervari dies Ægyptiacos ad minuendum ſanguinem, vel aliquid faciendum.* Vid. *Du*-CANG. & *Frid.* ALTHANUS *de Calend.* c. 9. *de diebus Ægyptiacis.* Cæterum ſubinde hic per adpoſitam litteram A. citavimus Martyrologium ſeu Kalendarium *Argentoratenſe*, de quo ſupra pag. 455. cum omnia fere feſta contineat, ſec. IX. in *Alemannia* noſtra, *Alſatia* præcipue, celebrari ſolita, atque in pluribus cum *Solodorenſi* conveniunt. Omiſimus vero deinceps Kalendas, Nonas vel Idus, quas in præcedente Martyrologio ſemel notaſſe ſufficiat.

(2) Hac die notantur etiam in Martyrol. *Hieronymi*, quocum *Solodoranum* ſæpius convenit; ſed in *Romano* ad d. 9. *Ian.* Vel hinc vero palam eſt, Kalendarium *Solodorenſe*, licet præfixum Sacramentario, non eſſe purum Kalendarium eccleſiaſticum, quale hic diſtinguimus a martyrologio, ad dies feſtos per annum celebrandos compoſitum. Feſta autem hodieque, uſu antiquiſſimo, per integram Epiphaniæ octavam nulla celebrantur ſingulari privilegio, quo nec ipſum feſtum Natalis Dni gaudet: fuitque aliquando non ſolum in Oriente, ubi ad medium uſque ſeculum IV. eo die ipſa Chriſti nativitas fuit celebrata, ſed etiam in Occidente atque adeo *Romæ* feſtum Epiph. celebrius, ob cumulata myſteria, feſto nativitatis, ut palam fit ex his antiqui ord. *Romani* verbis: *Nec hoc prætereundum, quod ſecunda nativitas Chriſti tot illuſtrata myſteriis, honoratior ſit, quam prima.* Quæ totidem verbis leguntur apud auctorem ſub ALCUINI nomine vulgatum *de divinis officiis*, ubi de baptiſmo hac die, ut in Paſchate & Pentecoſte adminiſtrari ſolito, tractat.

(3) In *Rom.* h. d. *Epicteti &c.*

Digitized by Google

12. Depoſitio Iohannis Papæ Conf.

13. *Octava Epiph. Hilarii Epi.* A. Depoſitio Hilarii Conf. & S. Agarici Epi. (1)

14. Nat. *S. Felicis Conf.* (2) Miſſa & Officium.

15. Depoſitio S. Remedii Conf. (3)

16. *Marcelli Papæ* & Mart. Solemnitas S. Petri apud Græcos, quando in carcere a vinculis abſolutus eſt. (4)

17. Depoſitio Antonii monachi. A.

18. *Priſcæ Virg.* (5) Miſſa & officium. *Sol in Aquarium.*

19. Mariæ & Marthæ. A. (6)

20. *Sebaſtiani & Fabiani Mart.* totum.

21. Nat. S. *Agnetis Virginis.* Mart. totum. A.

22. *Vincentii Mart.* Miſſa & officium. A.

23. *Emerentianæ Virginis.* SS. Emerentianæ Virg. & Macarii Mart. A.

24. S. Timothei Apoſtoli & Babilli Epi.

25. Converſio S. Pauli Apoſt. A. Miſſa. S. Proiecti Mart. Dies Ægyptius.

26. S. Polycarpi Epi & Mart.

27. S. Iohannis Chryſoſtomi. Oct. S. Fabiani & Sebaſtiani.

28. *Octava Agnetis.* (7)

29. Depoſitio Valerii Epi Treviris.

30. S. Adelgundæ Virg. & S. Flaviani Mart.

31. In Alexandria Tarſici, Zotici, Aminomis. (8)

Nox horas XVI. Dies VIII.

Menſis Februarius habet dies XXVIII. Lunam XXVIIII.

1. Depoſitio *Brigidæ Virg.* A. & S. Polycarpi presbyteri. (9)

2. *Suſceptio Domini in templo.* Purificatio S. Mariæ Virg. A. totum. & S. Aproniani.

3. *Nat. Blaſii Mart.* A. (10)

4. Dies Ægyptius.

5. *Nat. Agathæ Virg.* & Mart. totum, (11) & Dorotheæ. 6.

---

(1) Eſt hic AGRITIUS *Trevirenſis* Ep. hac die in Martyrol. deſcriptus.

(2) In *Gelaſ.* & *Greg.* Sæpius deinceps in *Solodorenſi* idipſum notatur, *Miſſa & officium*, prima autem vice proxima hac poſt oct. Epiph. die, per quam octavam ſingulis diebus Sancti occurrunt præter morem: unde etiam Martyrologium conferi poteſt *Solodorenſe* hoc Kalendarium, ſimulque directorium quoddam officii divini, quoad chorum & Miſſam, an nempe totum in vigiliis officium ſit celebrandum, quod S. BENEDICTUS in feſtivitatibus Sanctorum agendum præcipit *ſicut in Dominica* Reg. c. 14. An vero Miſſa cum officio de Sancto dicenda, vel an ſola Miſſa ſine officio ſ. e. ſola commemoratio in officio feriali cum Miſſa de feſto, prout hodieque *Ciſtercienſes* obſervant, vel denique officium ſeu commemoratio ſine Miſſa, hic ſit intelligendum? ex hoc ſaltem Kalendario incertum manet. Cæterum edidit etiam *Sebaſt.* DONATI in appendice *De' dittici degli antichi* Kalendarium antiquiſſimum *Lucenſe* eccleſiæ S. DONATI, in quo quotidie feſta novem vel trium lectionum deſignantur. Quod idem hodie apud nos præſtant voces *duplex* aut *ſimplex*, ad denotandam hanc diſtinctionem adhiberi ſolitæ.

(3) Notatur in nonnullis martyrol. hac die *depoſitio S. Remigii Ep. Remenſis.* qui ſæpius etiam REMEDIUS ſcribitur, prout & infra die I. *Octob.*

(4) Prius eſt in *Gelaſ.* & *Gregor.* poſterius, quod Latini ſub titulo *S. Petri ad vincula* I. die *Aug.* colunt, Græci in ſuis Menologiis die 16. *Ian.* aſſignant cum ſolemni officio.

(5) In ſolo. *Gregor.*

(6) Habentur in ſolo *Gelaſ.* die ſeq. cum S. SEBAST. & FAB. qui etiam in *Bucher.* & *Gregor.* notantur, ſicut S. AGNES, ſed VINCENTIUS in ſolo *Greg.*

(7) In *Gelaſ.* & *Greg.* vid. Diſq. IX. c. 2. p. 890.

(8) Sic & in *Hieronymiano*, in quo legitur *Anaemii*: in *Rom.* hac die *Tarſicii &c.*

(9) Notatur ſub nomine Epiſcopi hac die cum Sociis in *Hieron.* Vid. BARONIUS in notis ad Martyrol. *Rom.* I. *Febr.* Sequens feſtum in *Bucher.* deeſt.

(10) Feſti huius antiquitas ſupra eſt probata, cultus autem in Occidente firmatur ex monaſterio S. BLASIO dicato, inter XII. a S. BENEDICTO fundata.

(11) In *Gelaſ.* & *Greg.*

Digitized by Google

6.

7. *Veris initium habet dies XCI.*

8. Depoſitio Pauli Epi. (1)

9. Octava S. Mariæ.

10. S. Soteris Virg. A. Zotici, Herenei, (2) Hyacinthi, & Scholaſticæ.

11. S. Deſiderii Epi. (3)

12.

13.

14. *Romæ Valentini presbyteri.* A. Mart. Miſſa & officium. S. Vitalis & Felicolæ. Zenonis. (4)

15. *Fauſtini & Iovitæ. Sol in Piſces.*

16. S. Iulianæ Virg. A. (5)

17.

18. *Pimenii Mart.* (6)

19.

20. S. Eucharii Conf. (7)

21. S. Hilarii Papæ. (8)

22. *Cathedra S. Petri.* A. (9) & S. Theclæ Virg. Vernus oritur.

23. Hic muta concurrentes. (10)

24. *Matthiæ Apoſtoli* & inventio capitis S. Iohannis Baptiſtæ. A. *Biſſextus.*

25.

26. S. Fortunati. A. Dies Ægyptius.

27.

28.

Nox horas XIIII. dies X.

Menſis Martius habet dies XXXI. Lunam XXX.

1. A *lbini Conf.* Natal. S. Donati Mar. Albini. A. & Leonis Mar. Dies Ægypt.

2.

3.

4. S. Adriani Mart. cum ſociis ſuis. A.

5. Endecas VII. Emboliſmus.

6. *Fridolini Conf.* (11) Ogdoas III. Emboliſmus. S. Quiriaci presbyteri.

7. *Perpetuæ & Felicitatis.* A. (12) & dedicat. Baſil. S. Iohannis.

8. *Prima incenſio lunæ paſchalis.*

9. SS. Mart. XL. Militum, A. & S. Iuliani Mart.

10. In Attica milvus apparuit. (13)

11.

12. *Gregorii Papæ.*

13. S. Macedonii presbyteri, & Patriciæ uxoris eius, & filiæ Modeſtæ.

14. S. Leonis Papæ & Mart. (14)

15.

16. Paſſio S. Cyriaci Mart. A. & S. Eugeniæ Virg.

17.

---

(1) Scil. *Virdunenſis* in *Gallia.* Vid. BARON. ad h. d.

(2) l. *Irenæi.*

(3) *Lugdunenſis* & Mart.

(4) Sic & in *Gelaſ.* ſed in *Greg.* VALENT. ſolus.

(5) In ſolo *Gelaſ.*

(6) S. hunc Martyrem & presbyterum *Rom.* tantum apud SOLLERIUM in notis ad Martyrol. USUARDI hac die deprehendi.

(7) Eodem fere modo habetur in Argent. *Eucharii Epi.* Notatur hac die in *Rom.* S. EUCHERIUS Ep. *Aurelianenſis.*

(8) HILARUS Papa in pauciſſimis hac die occurrit, ſed d. 10. *Sept.* in plerisque notatur.

(9) In ſolo *Bucher.*

(10) In ſolo *Arg.* notatur hac die vigilia, quod etiam de S. MATTHÆO & ANDREA, non item de aliis Apoſtolis obſervatur.

(11) S. FRIDOLINI feſtum etiam ſupra in Supplem. *San-Gallenſi* cum officio ſeu Miſſa notatur pag. 403.

(12) In *Bucher.* & *Gelaſ.*

(13) Hæc rubro in *Solodorenſi* ſignata quid ſibi velint, aliis divinandum relinquimus; ſæpe enim inſolitum quoddam factum Kalendariis inſerebatur.

(14) Eſt hic error ſcriptoris, nullus enim LEO Papa martyris nomine decoratur, aut hac die annotatur; ſed in duobus ſolum codd. S. LEONIS papæ feſtum die præced. aſſignatum reperi apud SOLLERIUM l. c. In *Arg.* hodie ponitur *Innocentii papæ*, quem nullibi alias reperi.

Digitized by Google

17. Nat. S. Patricii Epi & Conf. (1)
18. *Dies primus ſeculi. Sol in Arietem.*
19.
20. S. Guntberti presbyteri. *Æquinoctium ſecundum Græcos.*
21. *Depoſitio S. Benedicti Abbatis.* A.
22. *Primum Paſcha, & ſedes Epactarum.*
23.
24. *Quota hic feria eſt, tot eodem anno ſunt concurrentiæ.*
Concurrentium locus.
25. *Crucifixio Chriſti. Paſſio Iacobi fratris Domini. Adnuntiatio S. Mariæ. Æquinoctium ſecundum Latinos.* Reſurrectio Dni. (2)
26. Depoſitio S. Leudegarii Epi & Conf. (3)
27. *Reſurrectio Domini.*
28.
29.
30. S. Victoris Mart.
31.
Nox horas XII. & dies ſimiliter.

Menſis Aprilis habet dies XXX.
Lunam XXV'IIII.

1. S. Quirini. Agapitis & Chioniæ Mart. (4)
2.
3. S. Theodoſiæ.
4. *Ambroſii Epi.* & Conf. A.
5. *Ultima incenſio lunæ paſchalis.* Infra numquam incenditur luna paſchalis.
6. S. Cœleſtini Papæ.
7.
8.
9. Nat. ſcarum ſeptem Virginum, quæ in unum meruerunt coronari. A.
10. Ezechiel prophetæ. Dies Ægypt.
11. Romæ S. Leonis Papæ & Conf.
12. S. Zenonis Mart.
13. In Chalcedonia S. Euphemiæ Virg. (5) A.
14. Scorum Mart. *Tiburtii, Valeriani & Maximi* (6) Miſſa & Officium. A.
15.
16.
17. *Sol in Taurum.*
18. S. Eleutherii cum matre ſua. *Hucuſque XIIII. luna paſch.*
19. *Seneſii & Theoponti Mart.* (7)
20.

(1) In *Argent.* habetur hac die *Gertrudis V.* quæ etiam ſupra in Antiquiſſimo Martyrol. *Rhenang.* occurrit.

(2) In eodem *Arg.* hac die notatur *Annuntiatio S. Mariæ Matris Dei, & crucifixio Dni Ieſu.* Quid vero cauſſæ ſit, cur in *Solodorenſi* Reſurrectio Domini hac ipſa die præter omnem aliorum morem notetur, nos latet. Annuntiatio in *Bucher.* deeſt.

(3) Mendum hic ſubeſſe ſuſpicamur, & legendum S. LUIDEGERI ſeu LUDGERI, Epiſcopi ſcilicet *Monaſterienſis*, cuius ſocius prædicationis S. WILLIBRORDUS pariter infra 7. *Nov.* in eodem *Solodorenſi* ponitur: in quo cum d. 2. *Oct.* S. LEODEGARIUS ſeu LEUDEGARIUS *Martyris* titulo decoretur, hic vero *Confeſſor* dicatur, procul dubio ab eo, qui hic notatur, diverſus eſt. Vid. SOLLERIUS ad h. d.

(4) S. QUIRINUS in Martyr. *Rom.* habetur 30. *Mart.* AGAPES vero & CHIONIA tertia *Aprilis*: & THEODOSIA die 2. eiusdem. In *Argent.* hodie notatur *Quintiniani & Anaſtaſii mart.*

(5) Agunt de ea hac die RHABANUS & NOTKERUS, *Gelaſ.* aliique; USUARDUS & Martyrol. *Rom.* die 16. *Sept.* qua etiam in noſtris Kalendariis iterum notatur: quo de vid. SOLLERIUS ad utramque hanc diem.

(6) Habentur in *Leon.* & *Gregor.* Cæterum hic iterum in *Solodorenſi* incipit notari Miſſa & officium de feſto, quod poſt d. 14. *Februarii* forte ob Quadrageſimam fuit omiſſum.

(7) De his iam diximus ſupra pag. 404. n. 5. & in noſtro *Itin. Alem.* ante tit. *Augia divit.* In Martyrol. *Rom.* & in tribus Codd. apud SOLLERIUM notantur d. 21. *Maii.*

Digitized by Google

20. *Dies Ægyptius.*
21.
22. S. Gagi Papæ. (1)
23. *Georgii Mart.* A. Miſſa & officium. Diluvium incipit.
24. Tres pueri liberati ſunt de camino ignis in Bab.
25. *Marci Evang. Letania maior.* A. *Ultimum Paſcha.*
26. Nat. S. Cleti Papæ & Mart. & Marcellini Papæ.
27.
28. *Vitalis Mart.* Miſſa & officium. Egreſſio Noe de Arca. (2)
29.
30. Nat. S. Sophiæ, & S. Quinti Epi. (3)
Nox horas X. dies XIIII.

Menſis Maius habet dies XXXI.
Lunam XXX.

1. *Philippi & Iacobi Apoſtolorum*, totum: *Walburgæ Virginis*, A. & *S. Sigismundi regis.*
2. S. Anaſtaſii Epi. (4)
3. *Alexandri, Eventii & Theodoli. Et Inventio S. Crucis.* A. miſſa & officium. & S. Philippi Conf. Dies Ægypt.
4. S. Floriani Mart. A.
5. *Aſcenſio Domini* ad cœlos. A.
6. S. Johannis Apli ante portam Latinam. A.
7.
8. S. Victoris Mart.
9. S. Beati Conf. (5) *Initium æſtatis, habet dies XCI.*
10. *Gordiani & Epimachi*, miſſa & officium. A. (6)
11.
12. *Nerei, Achillei & Pancratii.* A. (7) Nat. S. Pancratii Mart. miſſa & officium, Nerei & Achillei.
13. *Gangloſi Mart.* (8) S. Servatii Epi. A. & Dedicatio Baſilicæ S. Mariæ. (9)
14. Pachumii. (10)
15. *Primum Pentecoſten.*
16. S. Terentii Epi & Conf. (11)
17.
18. *Sol in Geminos.*
19. *Pudentianæ Virg.* A.
20. Nat. S. Baſillæ Virg.
21. *Valentis Mart.* A. *cum tribus pueris.*
22. *Dedicatio Oratorii Sci Marci Ev.* S. Iuliæ Virg. & S. Fauſti Conf. (12)
23.
24. S. Rogatiani Mart. Æſtas oritur.
25. *Urbani Papæ* (13) & Mart. miſſa & officium. Dies Ægypt.
26.

---

(1) Leg. S. GAII vel CAII, qui cum S. SOTERE habetur hac die in Martyrol.

(2) In *Argent.* ſimul notatur *& Chriſtophori*, qui a ſolo BEDA & RHABANO hac die memoratur, ab illo, qui die 25. *Iulii* colitur, procul dubio diverſus.

(3) Sanctos hic affigmatos fruſtra in aliis quæſivi.

(4) Sic etiam in *Argent.* legitur mendoſe loco ATHANASII.

(5) Legitur S. BEATUS in *Rom.* & USUARDI Martyrol. agitque de eo *Henr.* MURER in *Helvetia ſacra*; unde *Solodorenſi* cod. tum primum inſertus eſſe cenſetur, cum illuc fuit illatus.

(6) In ſolo *Gregor.*

(7) In ſolo Kal. *Geliſ.* & in *Gregor.* tantum S. PANCRATIUS notatur.

(8) S. GANGULPHUS notatur in *Rom.* aliisque die 11. *Maii.*

(9) Nempe *ad Martyres*, vid. Diſquiſ. IX. c. 2. pag. 897. & ſupra p. 405. n. 5. legitur in ſolo Kal. *Gregor.*

(10) Leg. *Pachomii Abb.*

(11) Nuſpiam alias Sanctum hunc adnotatum reperi, niſi in unico codice a SOLLERIO ad h. d. citato, ubi legitur: *Metis civitate translatio corporis beatiſſimi viri Terentii Epiſcopi.*

(12) Hunc Confeſſorem fruſtra in aliis quæſivi.

(13) In ſolo *Gregor.*

26. S. Auguſtini Anglorum Epi, & Bedæ presbyteri. (1)

27.

28. Pariſios Nat. S. Germani Epi & Conf.

29. Treveris S. Maximini Epi.

30.

31. *Petronellæ Virg.* A. *Marcelli & Exuperantii.* (2)

Menſis Iunius habet dies XXX. Lunam XXXVIIII.

1. S. Priſci, & Dedicatio S. Nicomedis Mart. Miſſa & officium. (3)

2. *Marcellini & Petri exorciſtæ, & S. Heraſmi* Miſſa & officium. (4)

3.

4.

5. *Bonifacii Epi* & Mart. & Sociorum eius. (5)

6.

7.

8. 6. *Medardi Epi.* A. & S. Naboris Mart.

9. *Primi & Feliciani.* A.

10. S. Getuli Mart. (6) Dies Ægypt.

11. Nat. S. Barnabæ diſcipuli Apoſtolorum. A.

12. *Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii* Miſſa & Offic. (7)

13.

14. S. Aniani Conf. & SS. Valerii, Rufini Mart. (8)

15. *Viti, Modeſti & Creſcentiæ.* (9)

16. *Aurei & Iuſtinæ.* Cyrici Mart. & Iulittæ matris eius. Arei & Iuſtinæ. (10)

17. S. Aviti presbyteri. *Sol in Cancrum.*

18. *Marci & Marcelliani.* Miſſa & officium (11)

19. *Protaſii & Gervaſii* Mart. Miſſa & officium.

20. *Solſtitium.*

21. *Albani & Geneſii.* (12) Nat. S. Albani Mart. A.

22. S. Iacobi Alphei Apoſtoli, (13) & Paulini Epi.

23. Vigil. S. Iohannis Bapt. Miſſa & officium S. Ediltrudis reginæ. (14)

24. *Iohannis Baptiſtæ* totum Solſtitium.

25.

---

(1) Ita uterque etiam hac die in aliis nonnullis memoratur, quamquam S. BEDA ad diem ſequentem referatur.

(2) Sic in uno cod. apud. SOLLERIUM hac die *commemoratio SS. Marcelli & Exuperantii Martyrum, qui infra III. Kal. Ianuarii ponuntur*; qua etiam die in Martyrol. *Rom.* notantur.

(3) Nullibi alias S. PRISCUM hac die ſignatum reperi. Cæterum, quod hic & in *Argent.* legitur *Dedicatio S. Nicomedis*, ſupra in Sacram. p. 131. diſtinctius ex *San-Gallenſi* habetur: *Dedicatio Baſilicæ S. Nicomedis*; quæ hac ipſa die notatur in Martyrologiis BEDÆ, USUARDI & ADONIS. & Kal. *Gregor.* Vid. SOLLERIUS ad h. d.

(4) Duo priores habentur in *Gelaſ.* & *Gregor.*

(5) Vid. de hoc feſto Diſquiſit. IX. c. 2. p. 898. In *Argentorat.* habetur *Bonifacii & aliorum L.*

(6) Leg. ut in *Rom. Getulli Martyris*, qui etiam cum ſociis paſſim in aliis memoratur.

(7) In ſolo *Gelaſ.*

(8) S. ANIANI *Aurelian.* Epiſcopi translatio paſſim hac die notatur apud SOLLERIUM. Cæteri hic memorati occurrunt in Martyrol. *Rom.* & *Argent.*

(9) Solus VITUS in *Gelaſ.* notatur; in cæteris omnes deſunt.

(10) Vid. de his Diſquiſ. IX. c. 2. p. 898. In *Argent. Aurelii & Iuſtini Mart.* De cæteris vid. ſupra ad Martyrol. *Rhenaug.* pag. 462. n. 3.

(11) Habetur hoc & ſequens feſtum in Kal. *Gelaſ.* ac *Greg.*

(12) Supra ex Sacram. *Greg. San-Blaſiano* p. 138. dedimus de his Miſſam. Conf. pag. 407.

(13) Vid. ſupra ad *Rhenaug.* p. 462. n. 4. PAULINUS Ep. etiam in *Argent.* notatur.

(14) Deeſt vigilia cum feſto in Kal. *Bucheriano*, feſtum vero hoc ſine vigilia notatur in Kal. *Lem. Gelaſ. & Greg.*

zed by Google

25. S. Bodardi Conf. (1)

26. *Iohannis & Pauli.* Totum. (2)

27.

28. *Leonis Papæ.* (3) Vigilia Apoſtolorum. Miſſa & officium S. Leonis Papæ & Conf.

29. *Petri & Pauli Apoſtolorum.* Totum. A.

30. *Depoſitio Martialis Epi & Conf.* S. Pauli Apoſtoli, (4) & Martialis Epi.

Nox horas VI. dies XVIII.

Menſis Iulius habet dies XXXI. Lunam XXX.

1. Oct. *Iohannis Baptiſtæ.* S. Gagi Epi. oct. S. Iohannis Bapt. (5)

2. *Proceſſi & Martiniani* Miſſa & officium. (6)

3. *Oct. Iohannis & Pauli.* Translatio Thomæ Apoſtoli. (7)

4. Turonis translatio S. Martini Conf. & ordinatio epiſcopatus eius. (8)

5.

6. *Octava Apoſtolorum* (9) Miſſa & offic. & *S. Goaris Confeſſoris.*

7. S. Willibaldi Conf. Adventus SS. Baſilidis & Bodardi in Hornbach. (10)

8. *Chiliani & Sociorum eius.* S. Walafridi Conf.

9.

10. *VII. Fratrum Felicis & aliorum.* Miſſa & offic. (11)

11. *Benedicti Abbatis translatio. Placidi monachi, Sigiberti Conf.* (12) S. Benedicti Abbatis, & S. Euſemiæ Virg.

12.

13. Nat. S. Margaretæ Virg. (13) Dies Ægypt.

14. S. Caſſiani & Cyriaci Mart. (14) *Dies caniculares.*

15. *XII. Apoſtoli ad prædicandum miſſi. Reginſindæ* (15), *Margaretæ Virg.* S. Cyriaci & matris eius.

16.

17. 18.

---

(1) S. BODARDUS notatur etiam in Letaniis Sacramentarii *Alemannici*, nunc Biblioth. Cæſ. *Vindob.* Theol. 685. ibidemque in orat. *Libera nos quæſumus &c.* poſt orationem Domin. in Miſſa. Eum inter Sanctos prætermiſſos recenſet SOLLERIUS ad h. d. vid. infra ad d. 7. *Iul.*

(2) Sic & in *Leon.* ac *Gelaſ.*

(3) S. LEO legitur in ſolo *Greg.* vigilia tamen in omnibus deeſt.

(4) Natale S. PAULI hac die in ſolo *Greg.* habetur.

(5) Habetur hac die in cod. *Greven.* apud SOLLERIUM, & in Hieronym. *S. Galli Papæ*, & in Rom. *S. Galli* Epiſcopi *Arvernenſis*: uter horum hic intelligendus, dubitamus. De octava S. IOH. *Bapt.* vid. Diſquiſit. IX. c. 2. p. 901. in *Argent.* utrumque deeſt.

(6) Legitur in ſolo *Gregor.* In *Argent.* ſimul notatur *Mongundæ Virg.* quæ in Martyrol *Rom.* & USUARDI ſub nomine *religioſæ* memoratur. Vid. SOLLERIUS in obſervationibus ad h. d.

(7) Hæc octava peculiaris cuiusdam loci fuerit, unde & recentius adſcripta. S. THOMÆ Ap. translatio ſupra iam in *Rhenaug.* notatur.

(8) Ita & in *Rom.* ac USUARDO. In *Argent.* additur *dormitio S. Vodelrici Confeſſoris*, illius ſcilicet, qui paſſim UDALRICUS dicitur, *Auguſtanus* Epiſcopus.

(9) Hæc octava Apoſtolorum in ſolo *Gelaſ.* legitur.

(10) Similis translatio S. FABIANI Papæ ad *Hornbach* notatur infra die 20. *Nov.* ex quo ſolo, ſi cætera deeſſent, manifeſto liquet, codicem illum ex *Hornbacenſi* monaſterio *Solodorum* perveniſſe.

(11) Habetur hoc feſtum in *Bucher. Leon.* & *Gelaſ.*

(12) Agit de duobus his ſanctis *Henr.* MURER. in *Helvetia ſacra*, in qua regione floruerunt, ſeu in *Rhætia*, ubi PLACIDUS monaſterium *Deſertinenſe*, vulgo *Diſentis*, fundavit, cuius SIGISBERTUS primus Abbas erat, circa an. 628. quorum feſtum a congregatione *Helveto-Benedictina* die 21. *Iulii* celebratur.

(13) Habetur hac ipſa die in obſervationibus SOLLERII, ubi tamen, ut & in Martyrol. *Rom.* notatur die 20. *Iulii.*

(14) Nullibi alias hos Martyres in Martyrologiis deprehendi.

(15) Apud SOLLERIUM ad hanc diem in uno Martyrol. notatur *Reginſwindis Virg. & Mart.* in altero *Reginſwindæ virginis.* De S. CYRIACO vel QUIRICO iam ſupra pag. 462. n. 3.

18. S. Arnulfi Conf. *Sol in Leonem.*
19. S. Arſenii. Ortus caniculæ.
20. S. Sabinæ Virg.
21. *Praxedis Virg.* Offic.
22.
23. *Apollinaris Mart.* Offic. ordinatio S. Perminii Epiſcopi. (1)
24. *Chriſtinæ Virg.* & S. Sigolenæ. (2)
25. *Iacobi Apoſtoli* fratris Iohannis, & S. *Chriſtophori* Mart.
26.
27. In Syria S. Simeonis monachi.
28. *Pantaleontis* (3) Mart. Nazarii & Celſi pueri.
29. *Felicis, Simplicii, Fauſtini, Beatricis* (4), Viatricis. Miſſa & offic. Saltus Lunæ.
30. *Abdon & Sennes.* Miſſa & offic. (5)
31.

Nox horas VIII. dies XVI.

Menſis Auguſtus habet dies XXXI. Lunam XXVIIII.

1. *Ad S. Petrum ad Vincula.* (6) & SS. Macchabæorum.
2. *Stephani Epi* (7) Papæ & Mart. Miſſa & offic. *VI. emboliſmus.*
3. *Hieroſolymæ inventio corporis S. Stephani primi Mart.*
4. S. Iuſtini Conf. (8)
5. S. Oſwaldi Regis & Mart. & S. Mimmi Epi. (9)
6. *Xiſti Epi. Feliciſſimi & Agapiti.* Miſſa & offic. (10)
7. *Afræ Mart.* S. Mart. Donati Epi. & Afræ Virg. (11) *Initium Autumni habet dies XCI.*
8. *Cyriaci Mart.* Miſſa & offic. (12)
9. Vigil. S. Laurentii Mart. Miſſa & offic. (13) SS. Secundiani & Felicitatis Mart.
10. *Laurentii Mart.* totum. (14)
11. *Tiburtii Mart.* Miſſa & offic. (15) *Suſannæ Virg.*
12. S. Eupli Diaconi.
13. *Hippolyti Mart. Wicperti Confeſſ.* (16)
14. *Euſebii Conf.* (17) 15.

(1) De hac S. PERMINII ordinatione, a quo ſcilicet, & ubi, aut quando ſit peracta, nihil habetur in WARMANNO vitæ ſcriptore. Vid. quæ diximus Diſquiſ. I. cap. II. p. 36. ſeqq. Vel inde etiam evincitur, *Bolodorenſem* hunc codicem ad aliquod ex S. PERMINII monaſteriis, *Hornbacenſe* ſcilicet, pertinuiſſe, quum omnia ad eum ſpectantia in eius Kalendario annotentur.

(2) Nuſpiam alibi SIGOLENAM notatam reperi.

(3) Hac die notatur etiam apud USUARDUM; in *Romano* vero die præcedente.

(4) Legitur in ſolo *Gelaſ.*

(5) Habetur in *Bucher.* & *Gelaſ.* deeſt in *Leon.*

(6) In ſolo *Gelaſ.*

(7) In omnibus tribus Kalend. notatur.

(8) Apud SOLLERIUM hac die ex pluribus codicibus occurrit memoria S. IUSTINI presbyteri & Martyris in perſecutione *Decii*; de quo tamen nihil in Martyrol. *Rom.*

(9) In eodem Martyrol. & alibi vocatur MEMMEUS epiſcopus *Catalaunenſis.*

(10) Notantur in omnibus antiquiſſimis Kalendariis.

(11) S. AFRA alias aſſignatur die 5. *Aug.* & ſubinde cum encomio *Virginis*, quo eam iam *Venantius* FORTUNATUS appellat. Vid. SOLLERIUS in obſervat. ad diem 5. & 7. *Auguſti.* S. DONATUS in ſolo *Gelaſ.* legitur.

(12) Notatur cum ſociis in *Bucher.* & ſolus in *Gregor.* in cæteris deeſt.

(13) Vigilia hæc in antiquis Kalendariis deeſt. SECUNDIANUS cum ſociis hodie in *Rom.* Martyrol. habetur, nihil tamen hic aut alibi de S. FELICITATE hac die occurrit.

(14) Notatur in omnibus antiquis.

(15) Habetur in *Gelaſ.* & *Greg.* ſed ſine SUSANNA.

(16) HIPPOLYTUS M. in omnibus antiquis legitur. WICPERTUS apud SOLLERIUM modo Abbas modo Epiſcopus ſcribitur.

(17) Hic in ſolo *Gregor.* occurrit.

Digitized by Google

15. *Aſſumtio S. Mariæ* totum. (1)
16. *Dedicatio eccleſiæ S. Mariæ.* S. Arnulphi Epi & Conf. & S. Euphemiæ Virg.
17. *Octava S. Laurentii* (2) Mart. offic. & S. Iuſtini Conf.
18. *Agapiti Mart.* Miſſa & offic. *Sol in Virginem.* (3)
19. S. Magni Mart. (4) & S. Andreæ Mart. cum Sociis ſuis.
20. In Alexandria S. Athanaſii Epi, & S. Liberti Conf.
21.
22. *Timothei & Symphoriani.* S. Timothei Mart. (5)
23. SS. Mart. Timothei & Apollinaris. Autumnus oritur.
24. *Bartholomæi Apoſtoli in India.*
25. S. Geneſii Mart.
26. S. Alexandri Mart. S. Abundi & Irenei. (6)
27. *Gebehardi Epi & Conf.* (7) S. Rufi Mart. (8)
28. *Hermetis* Mart. Miſſa & offic. (9) *Auguſtini & Pelagii* Mart.
29. *Decollatio Iohannis Baptiſtæ. Sabinæ Virg.* (10) & Adelphi Conf.
30. *Felicis & Adaucti.* (11) Miſſa & offic. Dies Ægypt.
31. Treveris S. Paulini Epi & Conf.

Nox horas X. dies XIIII.

Menſis September habet dies XXX.
Lunam XXX.

1. *Verenæ Virg.* S. Priſci Mart. & S. Verenæ Virg. A. (12)
2. *II. Emboliſmus.*
3. Dies Ægyptius.
4. Romæ S. Bonifacii Epi. (13)
5. S. Quintini Conf. (14)
6. *Magni Conf.*
7. Pariſios Clodowaldi Regis & Conf. (15) S. Madalbertæ Virg. (16)
8. *Nativitas S. Mariæ* (17). Totum, & S. *Adriani Mart.*
9. *Gorgonii Mart.* (18) offic.
10. Romæ depoſitio Hilarii Epi. (19) & DCCC. Mart.

11.

---

(1) Ita & in *Gelaſ.* ac *Gregor.*
(2) In ſolo *Gelaſ.* de S. IUSTINO nihil alibi legi.
(3) In *Gelaſ.* & *Gregor.*
(4) In ſolo *Gelaſ.*
(5) Prior in *Bucher.* & *Gregor.* notatur, in cæteris ambo deſunt.
(6) Leg. *Abundii & Irenæi Mart.*
(7) Eſt hic GEBHARDUS II. Epiſcopus *Conſtantienſis* an. 996. fatis functus fundator monaſterii *Petershuſani*, in cuius codice, ex quo hoc Kalendarium damus, duæ S. GEBHARDI chartæ monaſterium iſtud ſpectantes continentur.
(8) Notatur hic S. Martyr in ſolo *Gelaſ.*
(9) Legitur in *Bucher. Gelaſ.* & *Gregor.*
(10) In ſolo *Gelaſ.* notatur *Paſſio S. Ioannis Baptiſtæ*, & in ſolo *Gregor. S. Sabinæ*, quæ hic ut & a BEDA in martyrol. perperam *virgo* vocatur.
(11) Habentur in *Leon.* & *Greg.*
(12) Sancta hæc virgo tam in *Romano*, quam in aliis Martyrol. hac die notatur ad *Aquas duras*, *id eſt*, *Zurziacum*, ut ex antiquo codice exhibet SOLLERIUS ad hanc diem, & 12. ſeq. cuius amplum encomium ſcribit NOTKERUS in ſuo martyrologio. S. PRISCUS in ſolo *Gelaſ.* legitur.
(13) Apud SOLLERIUM ex uno codice notatur *S. Bonifacii epiſcopi, qui fanum Pantheon eccleſiam Chriſti fecit*; quod de BONIFACIO IV. intelligendum, qui in *Rom.* Martyrol. die 25. *Maii* memoratur.
(14) In *Argent.* vocatur *Epiſcopus*, & apud SOLLERIUM ad hanc diem in *Campania.*
(15) Dicitur alibi *presbyter*, qui quum Regis fuerit filius, eodem hic nomine inſignitus fuit, quod nullibi alias legi.
(16) Apud SOLLERIUM ad hanc diem vocatur etiam *Madelberta* ſeu *Magdalberta*, *filia S. Waldetrudis*; *quæ Leodii quieſcit.*
(17) In *Gelaſ.* & *Gregor.*
(18) In *Bucher.* & *Gelaſ.*
(19) Supra iam d. 21. *Febr.* habetur HILARIUS Papa, qui tamen hodie iterum ponitur, qua die etiam ab USUARDO notatur.

11. *Proti & Hyacinthi* (1) Miſſa & offic. Eunichi S. Eugeniæ, Felicis & *Regulæ.*

12. S. Theclæ Virg.

13.

14. *Cornelii & Cypriani.* (2) *Exaltatio S. Crucis.* (3)

15. *Nicomedis Mart.* (4) Miſſa & offic. S. Apri Conf.

16. *Luciæ, Euphemiæ, & Geminiani.* (5) S. Euphemiæ Mart. Miſſa & offic. & SS. Luciæ & Geminiani.

17. S. Lamberti Epi & Mart. A. *Sol in Libram.*

18.

19. S. Theodori Epi & Ianuarii. A.

20. Vig. S. Matthæi Apoſt. & Evang. offic. *Æquinoctium ſecundum Græcos.* A.

21. *Matthæi Apoſtoli & Evang.* offic. A.

22. *Mauritii & Sociorum eius.* A. *Heimrammi.* (6)

23. S. Soſii Diaconi.

24. *Conceptio Iohannis Baptiſtæ.* (7) *Hic indictiones incipiunt, & finiuntur.*

25. S. Firmini Epi.

26. Romæ depoſitio Euſebii Epi, & Cypriani Epi, & Iuſtinæ. (8)

27. *Coſmæ & Damiani* Miſſa & officium. (9)

28. Vigil. S. Michaelis. Oct. S. Matthæi Apoſtoli.

29. *Feſtivitas S. Michaelis Archangeli.* Dedicatio baſilicæ S. Mich. Arch. (10) totum.

30. *Hieronymi presbyteri,* Urſi & Victor. cum Sociis Mart.

Nox horas XII. dies ſimiliter.

Menſis October habet dies XXXI. Lunam XXVIIII.

1. *Remedii Epi.* A. SS. Confeſſorum Remigii & Germani.

2. *Leodegarii Epi* & Mart. A.

3. Dies Ægyptius.

4. SS. Audacti & Marci.

5.

6. Octava S. Michaelis.

7. *Marci Conf.* (11) Epi. A. Miſſa & offic. SS. Mart. Sergii & Bacchi.

8.

9. *Dionyſii & Sociorum eius.* A. Ruſtici

---

(1) Occurrunt in *Bucher.* & *Greg.* cæterum in *Solodor.* legendum *eunuchi S. Eugeniæ.* Sequitur *Felicis*, qui procul dubio Sanctus ille Thebææ legionis miles fuerit, qui cum ſorore ſua *Regula* ſub *Maximiano* paſſus eſt, & hac die inter Sanctos noſtros diœceſanos colitur, atque etiam apud SOLLERIUM notatur.

(2) Notantur in *Bucher. Leon.* & cæteris.

(3) In *Gelaſ.* & *Gregor.*

(4) In *Gregor.* ſolo.

(5) S. EUPHEMIA habetur in *Leon.* & cum cæteris etiam in *Gregor.*

(6) Leg. *Emmerammi* Epiſcopi *Ratisbon.* & Martyris, qui hac die in *Rom.* & *Uſuardi* martyrologio aſſignatur.

(7) Sic & in *Argent.* & apud USUARDUM, ubi in obſervationibus SOLLERII plura ad hoc feſtum paſſim in antiquis martyrologiis notatum reperire eſt.

(8) EUSEBIUS etiam in *Bucher.* notatur. De epiſcopi titulo S. CYPRIANO perperam tributo vid. BARONIUS in notis ad h. d.

(9) In *Gelaſ.* & *Gregor.* Horum honori, ſicut & S. MICHAELIS ac S. HIERONYMI tria inter duodecim monaſteria dicavit S. BENEDICTUS ante an. 527. unde de horum feſtorum antiquitate conſtat.

(10) Sic & in *Gregor.* ſed in *Gelaſ.* voces *Dedicatio Baſilicæ* deſunt. In *Leon.* die ſeq. ponitur *Natale Baſilicæ Angeli in Salaria*, quod idem eſt ac *dedicatio*, quæ non ſpectat ad eccleſiam in monte *Gargano*, ſed ad aliam in eiusdem S. Angeli honorem diu ante *Romæ* ædificatam. MURATOR. *diſſert. de rebus liturg.*

(11) Notatur in *Bucher.* quod paullo poſt illius mortem ſcriptum putatur. In *Gelaſ.* ſolum habetur *SS. Marcelli & Apulei.*

Digitized by Google

ſtici & Eleutherii. *Gereonis Sociorumque illius.* (1)

10. S. Gereonis & Victoris cum aliis CCCXVII. Mart. A.

11.

12.

13.

14. *Calliſti Papæ* (2) Pontif. & Mart. Miſſa. *Fortunatæ & fratrum eius. Leoniani Conf.*

15. (3)

16. *Galli Conf.* A. Miſſa, & Luciani Mart.

17.

18. *Lucæ Evang.* & Conf. (4) *Sol in Scorpionem.*

19. *Ianuarii & Sociorum eius.* (5)

20.

21. Nat. ſcarum Virginum XI. mil. in Colonia civitate.

22. *Severi Mart.*

23. Depoſitio Severini Epi. A.

24. Nat. S. Columbani Conf. (6)

25. *Criſpini & Criſpiniani.* A. Chryſanthi & Dariæ.

26. S. Amandi Conf. Epi. (7)

27. *Mariniani & Sociorum eius.* Vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ.

28. *Simonis & Iudæ.*

29.

30.

31. Nat. S. Quintini Mart.

Nox horas XIIII. dies X.

Menſis November habet dies XXX.

Lunam XXX.

1. *Feſtivitas omnium Sanctorum.* A. *Cæſarii Mart.* (8) Miſſa & Offic.

2.

3. *Pirminii Epi.* A. Natale S. Perminii Confeſſoris. (9)

4.

5. S. Felicis presbyteri & Euſebii monachi. Reſtitutæ Virg. Dies Ægypt.

6. Willibrordi Epi & Conf. A. (10)

7.

---

(1) Hi ſpectant ad diem ſeq. quo in Martyrol. notantur, & in *Argent.* in quo die XI. ſeq. habetur *Recordatio fratrum*; unde alicuius monaſterii in diœceſi *Argentoratenſi* fuiſſe videtur, *forte Apri-monaſterii.*

(2) In *Bucher.* & *Gregor.*

(3) In *Argent.* notatur hac die *Aureliæ Virg.* quæ una ex ſociabus S. URSULÆ fuiſſe, & *Argentinæ* obiiſſe traditur: cuius feſt. in noſtris Mſſ. paſſim occurrit.

(4) Mendoſe; ſcribendum fuiſſe videtur *Miſſa & off.*

(5) Hac die in pluribus *Alemannicis* Kalend. occurrunt, in Martyrol. tamen die 19. *Sept.* notantur.

(6) Videtur eſſe monachus, qui in unico codice apud SOLLERIUM hac die legitur.

(7) S. AMANDUS epiſcopus *Traiect.* etiam ab ADONE & WANDALBERTO hac die, qua translatus eſt, ponitur, in aliis habetur 6. *Febr.*

(8) S. CÆSARIUS in ſolo *Gregor.* habetur; ſed Feſtum omnium SS. in omnibus quatuor Kal. deeſt.

(9) Feſtum hoc litteris maiuſculis exaratum & cum octava notatum indicat codicis locum, ubi ſcriptus fuit, alibi etiam in hoc Kalendario ad diem 6. *Iulii* & 20. huius menſis deſignatum, monaſterium nempe *Hornbacenſe* ſive *Gamundianum* prope *Bipontum*, in quo obiit ſepultusque eſt S. PIRMINIUS; everſo autem ab Acatholicis dicto monaſterio, eiusdem ſancti Corpus *Oenipontum* ad templum Patrum S. I. translatum fuit. Ex eo nos ſiniſtrum S. PIRMINII brachium ſingulari Auguſtæ MARIÆ THERESIÆ munificentia dono acceptum d. XVI. *Iunii* huius anni 1777. ſolemni pompa S. BLASII monaſterio intulimus: adhibitis in Miſſa ſolemni orationibus, quas pro feſto S. PIRMINII in Sacramentario *Solodor.* aſſignatas hic adponimus. *Oratio.* Protegat nos Domine beati PIRMINII Confeſſoris tui atque Pontificis veneranda ſolemnitas: ut cuius patrocinia ſine intermiſſione recolimus, perpetuam defenſionem ſentiamus. *Secreta.* Sacrandum tibi Domine munus offerimus, quo beati PIRMINII Confeſſoris tui ſolemnia recenſentes, purificationem quoque noſtris mentibus imploramus. *Ad Complendum.* Sumſimus Domine pignus redemtionis æternæ: ſit nobis, quæſumus, interveniente ſancto PIRMINIO Confeſſore tuo atque Pontifice vitæ præſentis auxilium pariter & futuræ.

(10) Notatur alias in Martyrol. die ſeq.

7. S. Rufi Epi & Conf. *Hyemis initium habet dies XCI. Translatio Sanguinis Dni in Augiam.* (1)

8. *Quatuor Coronatorum.* (2) Miſſa & officium.

9. *Theodori Mart.* (3) Miſſa & officium.

10. Octava S. Perminii.

11. *Martini Epi. Mennæ Mart.* Miſſa.

12. S. Cuniberti Epi, & S. Caſtoris Conf. (4)

13. *Briccii Conf.* A. Epi, & S. Felicis Presbyteri.

14.

15.

16. *Othmari Conf.* A.

17. Theclæ Virg. (5) Auguſtini C. *Florini Conf.* (6)

Sol in Sagittarium.

18. Octava S. Martini Epi.

19. *Caſſiani.*

20. S. Maximi presbyteri. (7) Adventus S. Fabiani Papæ ad Hornbach.

21.

22. *Cæciliæ Virg.* Totum. (8)

23. *Clementis. Columbani & Felicitatis.* S. Clementis Papæ & Mart. Totum.

24. *Chryſogoni Mart.* Miſſa. (9)

25. *Hic ſaltus Lunæ.* Hyems oritur.

26.

27. S. Optati Epi. A.

28. Dies Ægypt.

29. *Saturnini Mart.* (10) Chryſanthi, Mauri, Darii, Vigilia S. Andreæ Apoſtoli.

30. *Andreæ Apoſtoli.* (11) Totum. S. Ambroſii Epi.

Nox horas XVI. dies VIII.

Menſis December habet dies XXXI. Lunam XXVIIII.

1. Nat. S. Candidæ.

2. *I. Emboliſmus.*

3.

---

(1) Extat apud MABILLON. Annal. T. III. pag. 699. anonymi *Augienſis* monachi *libellus de ſanguine Domini Augiæ aſſervato*, in quo deſcribitur tota hiſtoria hujus translationis, quæ ibi ad hanc ipſam diem 7. *Nov.* an. 925. facta dicitur, quod quædam HERMANNI *Contracti* exemplaria ad an. 922. factum eſſe notant. De quo MABILLON. l. c. lib. 42. n. 49. p. 371.

(2) Habentur in *Bucher. Leon.* cæterisque.

(3) In ſolo *Gregor.* uti & MARTINI ac MENNÆ.

(4) Notatur in uno cod. apud SOLLERIUM ad h. d. *apud Confluentiam translatio S. Caſtoris presbyteri & Confeſſoris.* S. CUNIBERTUS Epiſcopus *Colonienſis* habetur hac die in Martyrol. *Rom.*

(5) Ita etiam in *Hieronymianis*, quoad utrumque hac die; videtur autem eſſe AUGUSTINUS vel AUGUSTIANUS epiſcopus *Capuanus.*

(6) Videtur hic eſſe ille ipſe, qui apud SOLLERIUM hac die ex unico cod. notatur: *In Curia Curienſi ſancti Florini confeſſoris.*

(7) Forte ille die præced. in Martyrol. *Rom.* poſitus. Cæterum rurſus hic ut ſupra 7. *Iul.* ipſiſſimum *Hornbacenſe* S. PIRMINII monaſterium primæva manu exprimitur.

(8) Hoc & ſequentia duo feſta deſunt in *Bucher.* ſed habentur in *Leon. Gelaſ.* & *Gregor.* & S. COLUMBANUS in *Argent.* Vid. Martyrol. 21. *Nov.*

(9) In *Leon.* & *Gregor.*

(10) Notatur in *Bucher.* & *Gregor.* ſolus, & cum ſociis in *Gelaſ.*

(11) In *Leon. Gelaſ.* & *Gregor.* S. AMBROSIUS *Mediol.* hac die etiam ponitur in Apographis *Hieronym.*

Digitized by Google

3. (1)
4. *IIII. Emboliſmus.*
5.
6. Nat. S. Nicolai Epi & Mart. A. (2)
7. Octava S. Andreæ Apoſtoli.
8.
9.
10.
11. S. Damaſi Papæ.
12. S. Eulaliæ Virg. Dies Ægypt.
13. *Luciæ Virg.* Miſſa & Officium. (3)
14.
15. Dies Ægyptius.
16.
17. Nat. S. Ignatii Mart. A. (4)
18. Sol in Capricornum.
19. *Solſtitium.*
20.
21. *Thomæ Apoſtoli.* (5)
22. S. Gregorii Mart. (6)
23. S. Eugeniæ Virg. (7)
24. Vigilia Natalis Dni.
25. *Nativitas Dni noſtri Ieſu Chriſti. Anaſtaſiæ Virg.* (8) Solſtitium.
26. *Paſſio S. Stephani.* (9)
27. *Nat. Iohannis Apoſtoli & Evang.*
28. *Nat. Innocentum.*
29.
30.
31. *Silveſtri Papæ.* Miſſa & officium. (10)

Nox horas XVIII. dies VI.

---

(1) In *Argent.* hac die habetur *Atalæ Virg.* quæ prima monaſterii S. STEPHANI in civitate *Argentina* abbatiſſa fuit, de qua plura MABILLON. Annal. T. I. In eodem Kalend. die ſeq. notatur *S. Barbara Virg.*

(2) Sic in codice, ſed pro *Mart.* lege *Confeſſ.*

(3) In ſolo *Gregor.* In *Argent.* notatur ſimul S. OTTILIA neptis S. ATTALÆ, de qua die 3. *Dec.* cuius memoria in his regionibus ſat celebris ſemper fuit.

(4) Eſt hic dies translationis eiusdem, natalis vero 1. *Febr.*

(5) In ſolo *Gelaſ.*

(6) In Martyrol. *Rom.* & USUARDI habetur die 24. *Dec.* hodie vero *Coloniam Agrip.* translatus dicitur.

(7) Hæc in Martyrol. *Rom.* die 25. ſeq. memoratur, ubi etiam in *Leon.* cum cæteris notatur.

(8) In ſolo *Leon.* de titulo *Virginis* vide ſupra p. 468.

(9) Deeſt in *Leon.* & cum ſequentibus etiam in *Bucher.*

(10) Habetur in *Bucher.* & *Gregor.* In *Leoniano* notatur die 30. *Sept.*

KALENDARIUM DYPTICHUM

Ex MS. *Augienſi* Biblioth. Cæſ. *Vindobon.* Sec. IX. (1)

Menſis Ianuarius habet dies XXXI.
Lunam XXX.

Kal. Ian. Prima dies Iani, qua circumciditur agnus. (2)

IIII. Non.

III. Non. *Pariſius Genofevæ Virg. Waltheri Diac.*

II. Non.

Nonas. *Sigirich Presb. Condolt. Helinger Presb.*

VIII. Idus. *Octavas idus colitur Theophania Chriſti.*

VII. Id.

VI. Id. *Sindpert Harterat.*

V. Id. *Iſanbart presb. Vvolfdrigi Cant. David Kebehart.*

IIII. Id. *Deſerti quartas primus capit accola Paulum.* (3) *Anſger Humfrid.*

III. Id. *Lanpertus presb.*

II. Id. *Patarich Epiſc.* (4)

Id. Ian. Ord. Domn. Amalrici Epi. (5) *Herirat. Otpert. Teſſilo.*

XVIIII. Kal. Februarias. *In Campania Felicis Conf. Cundoloh.*

XVIIII. K. *Geilo.*

XVII. K. *Romæ Marcelli Papæ.*

XVI. K. *Sedecimas Antonius obtinet æque Kalendas. Sigibertus presb.*

XV. K. *Rom. Priſcæ Virg.* Sol in Aquarium. *Ruaſtein. Uvenilo. Scrutolf.* XIIII.

(1) Quod LAMBECIUS T. II. comment. Biblioth. Cæſ. *Vindob.* p. 320. promiſerat tantum, publici iuris ſe facturum antiquiſſimum hoc Kalendarium ſeu Dyptichum eccleſiaſticum, id præſtitit quidem *Sebaſt.* DONATI in appendice *de Dittici degli Antichi. Lucæ an.* 1753. ſed valde corruptum edidit: unde illud cum ipſo MS. diligentiſſime rurſus collatum & emendatum hic inter monumenta noſtra *Alemannica* denuo exhibemus. Quamquam vero GENTILOTUS in ſuo catalogo omnia fere eadem manu, & ante annum 936. ſcripta eſſe exiſtimet, nos tamen ſubinde diverſitatem tam in charactere quam atramento, atque adeo recentiorem manum deprehendimus: quod quidem charactere *curſivo minimo*, quæ autem in MS. rubro notata ſunt, charactere *antiquo*, cætera, quæ eamdem primævam manum ſapiunt, *curſivo maiore* expreſſimus.

Quod nomina defunctorum hic conſignata ſpectat, noſtram ſubin mentem in ſubiectis notis aperuimus; de reliquis vero nil certi haberi poteſt, cum eadem plane nomina in libro *Societatum Augienſium* modo inter vivos, modo inter defunctos tam fratres, quam amicos & benefactores, aliorumque monaſteriorum confœderatos legantur.

(2) In hocce Kalendario, uti in Martyrologio WANDALBERTI præcipua feſta metrice, ſed ſatis ſubin corrupte, notata ſunt.

(3) Leg. PAULUS.

(4) In cit. libro ſociet. Aug. inter nomina amicorum viventium occurrit *Patarich epiſcopus*, absque ulteriore nota: & inter nomina vivorum fratrum *Inſulanenſium* ſive *Augienſium Batiricbus epiſcopus.*

(5) Forte is eſt AMALRICUS Epiſcopus *Spirenſis*, de quo Trithemius in *Annal. Hirſaug.* ad an. 891. quo electus ex monacho *Weiſſenburgenſi*, mox anno 893. deceſſit. In necrolog. *San-Gallenſi* notatur *Amalrib Epiſcopus vocatus.* Apud UGHELLUM legitur etiam AMALRICUS ſive ALMARICUS Epiſcopus *Comenſis* & Abbas *Bobienſis*, qui an. 874. obiit. & cum FOLCUUINI (de quo infra) ætate optime congruit.

Digitized by Google

XIIII. K. *Cundarth.*
XIII. K. *Tresdecimas Sebaſtianus tenuiſſe refertur,*
XII. K. *Biſſenas meritis mundo fulgentibus Agnes. Vvano presb.*
XI. K. *Vincentii Diac. Martyrio Ximis* (1) *& Anaſtaſius memoratur. Witrat.*
X. K. *Luitpert presb.*
VIIII. K.
VIII. K. *Converſio Pauli Apoſt. Holzman.*
VII. K. *Harman Noti. Wirich Richine Comm.* (2)
VI. K. *Adalbelmus Epiſc.* (3)
V. K. *Romæ Aguetis Virg. nat. Karolus Imp.* (4)
IIII. K.
III. K. *Wolfdrigi. Hugibold.*
II. K.
Nox horas XVI. Dies hor. VIII.

Menſis Februar. habet dies XXVIII. Lun. XXVIIII.

Kal. Febr. *Prima dies Febrii iamq. patitur Polycarpus.* (5) *Deothar. Kerolt.*
IIII. Nonas. Hyppapanti. *Et quarta nonas Chriſtus templo offerebatur.*
III. Non. *Notcrim. Odalrih com.* (6)
II. N. *Iſanbold.*
Nonas. *Nonarumque diem feſtum celebramus Agathæ.*
VIII. Id.
VII. Id. *Waldo Lantbold.* Ortus Veris habet dies XCI.
VI. Id. *Reginolt. Harterat.* Primum initium XLmæ.
V. Id. *Iohannes Epiſ.* (7)
IIII. Id.
III. Id. *Waltheri Presb.*
II. Id.
Idus Febr. *Erlabaldus obiit.* (8)
XVI. Kal. Martias. *Cotpert. Ramfrid. atque Valentini ſedenis ſorte Kalendis.*
XV. K. *Ruadpert.* Sol in Piſces.
XIIII. K. *Ruadpold. Sic Iuliana & bis ſeptenas ornat honore.*
XIII. K.
XII. K.
XI. K.
X. K. *Lantolt Righer.*
VIIII. K. *Petrus Abba.* (9) *Eto.*
VIII. K. *Apud Antiochiam Kathedra S. Petri Ap.*
VII. K. *Eribo.*
VI. K. Hac ſenas. *S. Matbiæ Apoſt. Hic biſſextus.*
V. K. *Woluarn Diac.*
IIII. K. *Irfine Domina.* (10) *Danchrat.*

III.

---

(1) Legendum videtur *XImis*, i. e. undecimis, ſcil. Kalendis.

(2) De hac comitiſſa, ſive Comite nil reperire licuit.

(3) In lib. ſociet. Aug. recenſetur inter nomina amicorum viventium, eiusque mentio fit in viſionibus WETTINI. Vid. MABILLONII analect. p. 427.

(4) Scil. Magnus hac die an. 814. mortuus, qui in cit. libro inter benefactores legitur.

(5) Non memini, me martyrium S. POLYCARPI, quod alias 26. *Ian.* recolitur, hac die legiſſe.

(6) Notantur aliqui huius nominis Comites inter fundatores monaſterii *Augienſis*, ſine aliqua tamen familiæ nota.

(7) IOHANNES Epiſcopus *Conſtantienſis* & abbas *Augienſis* ac *San Gallenſis* obiit an. 781. legiturque hac ipſa die in Necrolog *Aug.* Analect. p. 427. & in libro ſociet. inter defunctos fratres.

(8) Hic abbas *Augienſis*, ſub quo ſcriptus fuit liber ſocietatum, iuxta annales *Weingartenſes* analect. p. 388. anno 847. obiit, poſtquam iam an. 839. abbatia ceſſerat.

(9) Septimus hic *Augiæ* abbas uſque ad an. 786. præfuit: hac vero die obitus eius in cit. necrol. conſignatur, & in libro ſociet. inter defunctos fratres recenſetur.

(10) Nuspiam de ea aliquid reperi.

Digitized by Google

III. K. *Perehtram. Egino Epiſc. Veronenſis.* (1) *Pruninc. Rihmunt.*
II. K.
Nox horas XIIII. Dies horas X.

Menſis Martius habet dies XXX. (2)
Lunam XXX.
Kal. Martias. *Thomas Abbas.* (3)
VI. Non.
V. Non. *Wirih. Liutpold.*
IIII. N. *Hiltim.*
III. N. *Salomon.* VII. embol.
II. N. *Rihmunt.* III. embol.
Nonas. *Dancharat. Eberhart.*
VIII. Id. *Draſaleib. Sindolt Ab.* (4) *Hiltibrant.* Prima incenſio lunæ paſchalis.
VII. Id. *Egilbold Presb.*
VI. Id. *Codeſcalh.*
V. Id.
IIII. Id. *Hinc Idus Martis quartus* (5) *Gregorius aurat.*
III. Id. *Reginhart.*
II. Id. *Leonis PP. & Conf.* (6) *Kiſalhart. Zachariæ PP. Gailo.*
Id Martias. *Wolfleoz Epiſc.* (7) *Crimolt. Kiſalhart.*
XVII. K. Aprilis. Folcuuinus Abb. (8)
XVI. K. *Haito Epiſ.* (9) *Waldber. Hiltila. Ruadſind.*
XV. K. *Crimolt Engilbold.* Prima dies ſeculi. Sol in Arietem. XIIII.

---

(1) Hunc in catalogo Epiſcoporum *Veronenſium* ſub nomine EGINI recenſent UGHELLUS T. V, *Ital.* S, & COINTIUS T. VII. annal. eccleſ. Franc. neuter tamen de eius in *Augiam* ſeceſſu quidquam habet: is vero ex HERMANNO eruitur, qui ad an. 799. hæc ſcribit: *Augiæ S. Petri baſilica ab Eginone Veronenſi epiſcopo conſtructa & dedicata eſt.* Obitum autem eius ad an. 802. his verbis notat: *Egino Veronenſis epiſcopus hac vita deceſſit, & Augiæ in baſilica cellæ ſuæ ſepultus eſt.* Eſt hæc cella inferior, ubi ſepulcrum eius cum epitaphio adhuc viſitur, quod nos cum eiusdem ſandaliorum ectypo in Itinerario noſtro exhibuimus.

(2) Leg. dies XXXI.

(3) Unicum reperio THOMAM Abbatem in libro ſociet. ex monaſterio *Keginbach* ſeu *Gengenbach*, quem tamen, uti & ALFRAMMUM, ADALHELMUM & LIGIDONEM ibi pariter notatos non exhibent *San-Marthani* in Gallia chriſtiana T. V.

(4) Legitur SINDOLTUS abbas in lib. Soc. inter fratres de *Uttinbura.*

(5) Leg. *quartas.*

(6) LEO Papa cur hac die ponatur, incertum, qui alias die II. *Aprilis* occurrit. ZACHARIAS Papa in Martyrol. *Rom.* habetur die ſequente.

(7) Vocatur etiam WOLFOLEUS, WOLFEO vel WOLFER, epiſcopus *Conſtantienſis*, qui iuxta HERMANNUM an. 813. EGINONI ſucceſſit; cuius tamen obitum non memorat, qui ex *Gallia Chriſtiana* T. V. circa an. 831. contigit. cæterum ultimus hic ex Epiſcopis *Conſtantienſibus* in hoc dypticho occurrit, quod exinde ſub eius ſucceſſore SALOMONE I. ſcriptum fuiſſe coniicitur. Quæ epocha optime congruit cum WALTHERIO abbate, uti mox dicetur. In libro ſociet. inter nomina amicorum viventium habetur.

(8) Ex HERMANNO hic an. 849. WALAFRIDO in Augia ſucceſſit, & an. 858. defunctus ſucceſſorem habuit WALTHERIUM, qui an. 864. obiit. Sub hoc ultimo exaratum videtur hoc Kalendarium, partim quod hic WALTHERIUS abbas in eo non notetur, partim quod FOLCUUINI nomen rubro charactere ſit expreſſum, adeoque facile ultimus Abbas fuerit, ante ſcriptum hunc codicem defunctus. Dein in eo non reperitur S. MEGINRADUS vel MEINRADUS, qui tamen iuxta eumdem HERMANNUM ſub WALTHERIO an. 861. 12. *Kal. Febr. a latronibus peremtus, poſt mortem virtutibus claruit, Augiæ ſepultus*; & in libro ſociet. inter fratres viventes legitur, uti & *Folchuin* tum adhuc *diaconus.*

(9) Fors per errorem bis ſcriptus HAITO, aliis HETTO vel HATTO aut AHITO, de quo HERMANNUS ad an. 806. *Waldoni abbas Haito epiſcopus Baſileæ ſucceſſit:* ex quo uti & ex WALAFRIDO adpret, eum prius fuiſſe Epiſcopum *Baſileenſem*, quam *Augiæ* abbas efficeretur. Vid. Gall. Chriſt. T. V. p. 983. COINTIUS tamen annal. eccleſ. T. VII. p. 77. eum primum an. 807. ex abbate *Augienſi* Epiſcopum *Baſileenſem* creatum, ſed ex Bruſchio tantum, probat. Utut ſit, an. 822. iuxta HERMANNUM, vel ſequente iuxta MABILL. (Annal. T. II. p. 485.) abdicatis honoribus in *Augia* ſub ERLEBALDO in abbatia ſucceſſore privatus vixit uſque ad an. 836. quo obiit, & in libro ſociet. inter fratres defunctos nominatur.

Digitized by Google

XIIII. K. *Wolfpreth.*
XIII. K. *Cuthbertus* (1) *denas tenuit ternasque Kalendas. Tatto.*
XII. K. *Biſſenis ſanctus poſt quem ſequitur Benedictus.*
Eſt Æquinoctium. *Gerolf. presb.*
XI. K. Hic primum paſcha, & ſedes Epactarum.
X. K. *Amalvih laicus obiit.*
VIIII. K. Sedes concurrentium.
VIII K. *Octabis merito gaudet conceptio Chriſti.*
VII. K.
VI. K. *Hagaſtolt.* Reſurrectio Dni nri IESU Chriſti.
V. K.
IIII. K. *Helmirich. Waldo Abba.* (2)
III. K. *Werdo Abba* (3) *Iunto.*
II. K. *Winidheri.*
Nox horarum XII. Dies hor. XII.

Menſis Aprilis habet dies XXX.
Lunam XXVIIII.

Kal. Aprilis. *Mano.*

IIII. Non. *Tuato, Cotpreh.*
III. N. *Heribraeh presb.*
II. N. *Righer. Ratgot.*
Nonas. *Drudmunt.* Ultima incenſio lunæ paſchalis.
VI. Id. *Liuphart.*
VII. Id.
VI. Id. *Adam.*
V. Id. *Theothart.*
IIII. Id.
III. Id. *Romæ Leonis Papæ. Ato.*
II. Id. *Sigimar. Cundhart.*
Idus April. *Ruadmunt. Sigibertus.*
XVIII. Kl. Maias. *Dancholf. Romæ Natal. Tiburtii, Valeriani & Maximi. Reginker.*
XVII. K.
XVI. K.
XV. K. *Bernhart rex.* (4) *Tuto. Pernoltus Epiſ.* (5) Sol in Taurum.
XIIII. K. *Iring. Wigo presb. & mon.* Hucuſque XIIII. luna paſchalis.
XIII. K. *Iudit regina.* (6)
XII. K. XI.

(1) S. CUTHBERTUS Epiſcopus *Lindisfarnenſis* hac die ponitur in Martyrologio *Romano.*

(2) WALDO abbas primum *San-Gallenſis* anno uno ex HERMANNO an. 782. vel an. 779. ex HEPIDANNO, deinde *Augienſis* an. 786. vel ſeq. per annos viginti uſque ad an. 806. præfuit, quo, *Waldone ad regendum S. Dionyſii cœnobium* Pariſios *transpoſito, Heyto abbas præfuit*, ut ſcribit HERMANNUS. Annus obitus incertus, dies vero in *Ioach.* VADIANI chronologia notatur 3. Kal. *April.* uti & in necrolog. *San-Gallenſi* apud ECCART. in necrologio autem *Dionyſiano & Germanenſi* 5. Kal. Vid. MABILL. annal. T. II. p. 409. Eum BRUSCHIUS & BUCELINUS Epiſcopum *Ticinenſem*, dein *Baſileenſem* faciunt: de quo altum tamen apud HERMANNUM & in noſtris necrologiis ſilentium. COINTIUS T. VI. p. 255. & 484. ac T. VII. p. 77. & ſeq. eum revera abbatem *San-Dionyſianum* fuiſſe probat, & an. 814. mortuum. In libro ſociet. inter defunctos fratres memoratur *Walto abbas.*

(3) WERDO abbas *San-Gallenſis*, WALDONIS ſub EGINONE epiſcopo ſucceſſor an. 781. Huic regiminis annos 35. tribuit WALAFRIDUS, & iuxta MABILLON. T. II. annal. p. 423. ac COINTIUM T. VII. p. 380. anno 816. obiit: quamquam eius obitum ad an. 813. reponat HEPIDANNUS, cui favere videtur HERMANNUS, qui GOZBERTUM eodem anno abbatem exhibet. Vid. de hoc pluribus COINTIUS T. VI. p. 254. ſeq. & annal. T. II. p. 260.

(4) Eſt is BERNARDUS Rex *Italiæ*, filius PIPINI regis filii CAROLI M. fratruelis LUDOVICI *Pii* Imp. anno 818. excæcatus, & mortuus hac die. COINTIUS T. VII. p. 485. In lib. ſociet. inter defunctos benefactores recenſetur.

(5) PERNOLTUS ſive BERNOLDUS Epiſcopus *Argentinenſis*, qui in cit. lib. ſociet. primo loco legitur inter nomina Canonicorum de civitate *Argentoratenſi*, iuxta COINTIUM an. 842. defunctus.

(6) In lib. ſociet. ita pariter inter amicos viventes notatur *Iudit regina*, ſecunda ſcilicet uxor LUDOVICI *Pii* Imp. GUELFONIS *Bavariæ* ducis filia, quam an. 819. duxerat, an. 843. defuncta.

XI. K. *Waccho. Hamadeo.*
X. K. *Kebeheri.*
VIIII. K.
VIII. Kl. *Waltheri.*
VII. K. *Matharat.* Ultimum Paſcha.
VI. K.
V. K.
IIII. K. *Romæ Vitalis. Kerbart. Nizo.*
III. K. *Madalgoz.*
II. K. *Zozan. Kerolf.*
Nox horarum X. Dies hor. XIIII.

Menſis Maius habet dies XXXI.
Lunam XXVIII.

Kal. Maias. Iacobus *ſervus Domini pius, atque Philippus mirifico Maias venerantur honore Kalendas. Luitheri.*
VI. Non. *Gamanolt.*
V. N. *Romæ natal. Scorum Eventii, Alexandri, Theodoli. Et inventio ſanctæ Crucis. Wolfman. Hacco. Adalung.*
IIII. N.
III. N. Aſcenſio Dni ad cœl. *Chunigund.*
II. N. *Ilo.*
Nonas. *Amalger.*
VIII. Id.
VII. Id. Ortus æſtatis, quæ habet dies XCI. *Regobertus.*
VI. Id. *Rom. Gordiani & Epimachi. Richini. Muntfrid.*
V. Id.
IIII. Id. *Rom. Nerei, Achillei. Bisbinis ſequitur Pancratius idibus inſons. Willibold.*
III. Id. *Rodbertus Com.* (1)
II. Id. *Ricfrid. Zol. Chippo.*
Idus Maii. Primum Pentecoſte.
XVII. Kal. Iun. *Altini Presb. Emmet Presb. Otger.*
XVI. K.
XV. K. *Hartpreh.* Sol in Geminos.
XIIII. K. *Adalhart.*
XIII. K. *Wolfram. Einrich.*
XII. K.
XI. K.
X. K. *Uatili.*
VIIII. K.
VIII. K. *Ruadleih. Werin.*
VII. K.
VI. K. *Lanpertus.*
V. K.
IIII. K.
III. K.
II. K. *Hiltibraht Mogontienſis eccleſiæ Archiep. obiit.* (2)

Menſis Iunius habet dies XXX. Lunam XXVIIII.

Kal. Iun. Nicomedis *Mart.*
IIII. Non. *Rom. Marcellini & Petri.*
III.

---

(1) Occurrunt aliqui cognomines in libro ſocietat. nil tamen de eorum familia.

(2) Ex HERMANNO an. 927. hanc cathedram adeptus eſt, cuius obitum non memorat, qui ex necrolog. *Fuldenſi* an. 937. ex *Gall. Chriſt.* vero & MABILLON. annal. T. II. p. 441. anno ſeq. 938. hac die 31. *Maii.* contigit. Cæterum omnium in hoc Dyptycho occurrentium recentiſſimus eſt hic HILTIBERTUS ſive HILTIBRATH, & recentius, ut videtur, adpoſitus, prout etiam in lib. ſociet. in Catalogo *Fuldenſium* ex viore nonnihil, antiqua tamen manu inſertus eſt *Hiltibertus Archiepiſcopus.*

III. Non. *Hatto Abba obiit.* (1) *Helmmini.*
II. Non. *Rammolf.*
Nonas. *Otger.*
VIII. Id. *Droant. Iſanhart.*
VII. Id. *Adalbold.*
VI. Id.
V. Id. *Rom. Primi & Feliciani. Ratpold presb.*
Huagi abba obiit. (2)
IIII. Id. *Gundalah Diaconus & monachus obiit.*
III. Id.
II. Id.
Idus Iun.
XVIII. Kal. Iul. *Ratbleihe.*
XVII. K. *In Sicilia Viti, Modeſti, & Creſcentiæ.*
XVI. K.
XV. K. *Wenilo.* Sol in Cancrum.
XIIII. K.
XIII. K. *Gervaſius denis patitur terniſque Kalendis.*
Protaſius ſimul in regnumque perenne vocati.
XII. K. *Hatto.* Solſtitium. *Troago.*
XI. K. Hludowicus Imp. Aug. (3)
X. K.
VIIII. K. *Hatto. Odalbart.*
VIII. K. *Eſtque Iohannes bis quadris Baptiſta colendus.*
VII. K. *Hemmo.*
VI. K. *Natalis pulchre ferte plaudente corona,*
Martyrio & Paulus ſenis obat atque Iohannes.
V. K. *Hatto.*
IIII. K.
III. K. *Doctores Petrus & Paulus ternis ſociantur, Maxima quos palma darit ſibi lumina mundus.*
II. K. *Otman.*
Nox horarum VI. Dies hor. XVIII.

Menſis Iulius habet dies XXXI. Lunam XX. (4)
Kal. Iul. Natal. *Proceſſi & Martiniani. Heinrichus Rex.* (5) *Engilmunt.*
VI. Non.
V. N.
IIII. N. *Sidonius Epiſ.* (6)
III. N.
II. N.
Nonas. *Biricho Presb. obiit.*
VIII.

(1) In necrolog. *San-Gallenſi* apud ECCART die præcedente ponitur *obitus Hettonis Abbatis*, ut adeo HETTO ſive HATTO facile unus idemque fuerit. Num vero HATTO abbas *Fabarienſis* an. 832. mortuus? vel HEYTO *Augienſis*, WALTHERII an. 864. ſucceſſor, an. 871. defunctus? certe hunc BUCELINUS HATTONEM II. nominat. Cæterum nec hic, nec ſequens in libro ſocietatum reperitur.

(2) Forte fuerit HUGO *Augienſis* an. 913. aut HUGI abbas *Fuldenſis* circa an. 888. defunctus, alium enim reperire non licuit.

(3) Eſt hic LUDOVICUS *Pius* Imp. an. 840. 20. *Junii* defunctus, qua etiam in necrol. *San-Gallenſi* configuratur: in libro ſociet. inter amicos viventes legitur. Cæterum maioribus hic & rotundis litteris expreſſus eſt.

(4) Leg. XXX.

(5) Cuncta hæc ad diem ſequentem referenda, in qua SS. PROCESSUS & MARTINIANUS coluntur, ac etiam in necrol. *San-Gallenſi* ponitur *Heinrici beatæ memoriæ regis optimi.* Eſt hic HEINRICUS *Auceps* rex *Germaniæ* an. 936. die 5. *Julii* defunctus. Ultimus vero in hoc *Augienſi* Dypticho eſt regum *Germaniæ*, ac unicus poſt LUDOVICUM *Pium* Imp. unde alia forte manu inſertus eſt.

(6) *Conſtantienſis*, & Abbas *Augienſis* an. 760. e vivis ſublatus: habetur etiam in libr. ſociet. inter defunctos fratres.

VIII. Id. *Altric. Pippinus Rex.* (1)
VII. Id. *Anno. Wolfram.*
VI. Id. *Rom. natal. ſeptem fratrum Felicis, Philippi, Vitalis, Martialis, Alexandri, Silani, Ianuarii.*
V. Id.
IIII. Id. *Obiit Gerhart ſubd. & mon.*
III. Id.
II. Id.
Id. Iul. *Ruadpoto.* XII. apoſtoli diviſi ad prædicandum.
XVII. Kal. Aug.
XVI. K. *Reginbreth.*
XV. K. *Odalhart. Ruacheri.* Sol in Leonem.
XIIII. K. *Reuatus.*
XIII. K. *Pertfridus. Harger. Drudheri. Ebarhart. Sahſo.*
XII. K. *Heribertus.*
XI. K. *Riboholt.*
X. K. *Ravenna Apollinaris. Notus.*
VIIII. K. *Ribcholf. Adalpret. Puabo.*
VIII. K. *Iulius in quadris bis gaudet ferre Kalendis Iacobum fratremque Iohannis more colendum.*
Tuto. Tuci.
VII. K.
VI. K.
V. K. *Adalnot.*
IIII. K.
III. K. *Sanctificant Abdo & Sennes ternos venerandos. Adalmam.*
II. K. *Odalgis. Wiacho.* Nox horarum VIII. dies horarum XVI.

Menſis Auguſtus habet dies XXXI. Lunam XX. (2)
Kal. Aug. *Paſſio VII. fratrum Machabæorum, Wigirat, Erchanbreth Epiſ.* (3)
IIII. Non. *Rom. Stephani Epiſ.* VI. Embol. *Fridolt. Otwinus.*
III. N.
II. N.
Nonas.
VIII. Idus Aug. *Sixtum Octavis tenet idibus aptum.* Ortus Autumni, qui habet dies XCI.
VII. Id.
VI. Id. *Cyriaci. Imma Abbatiſſa.* (4)
V. Id. *Chunigund.*
IIII. Id. *Bisbinis victor ſuperat Laurentius hoſtes. Amalprat. Trunſin. Bertoldus. Cottini.*
III. Id. *Rom. Nat. ſancti Tiburtii. Samuel.*
II. Id. *Rihhart. Berhart. Rihram. Iſanhart.*
Idus Aug. *Rom. Hippolyti. Mart.*
XVIIII. Kal. Sept. *Rom. Euſebii presb.*
XVIII. K. *Sancta Dei genitrix ſenas ter conſtat adire angelicos vecta inter cæteros* (l. cœtus) *Virgo Kalendas. Ribpret. Woltfoltus.*
XVII. K.
XVI. K. XV.

(1) *Italiæ*, CAROLI M. filius, hac die 8. *Iul.* an. 810. defunctus. COINTIUS T. VII. p. 143. legitur in lib. ſociet. inter defunctos benefactores.
(2) Leg. XXVIIII.
(3) In libr. ſociet. inter nomina *Fratrum de Friſingensi* primo loco ponitur *Erchanbertus Epiſcopus*, nempe *Friſingenſis*, qui anno adhuc 842. ſedit; a BUCELINO vocatur ERCTENBERTUS. Inter nomina vivorum fratrum *Inſulanenſium* alius legitur ERCHANBERTUS Epiſcopus, absque ulteriore nota.
(4) Leguntur variæ huius nominis moniales in libro ſocietatum: nulla tamen abbatiſſæ titulo inſignis.

Digitized by Google

XV. K. *Rom. Agapiti. Walahfrid abba.* (1) Sol in Virginem. Et commemoratio Abbatum noſtrorum.
XIIII. K. *Puabo.*
XIII. K.
XII. K.
XI. K. *Rom. Timothei. Wito.*
X. K. *Hartwin laicus obiit. Chinibreth. Wito cæcus.*
VIIII. K. *Barth. Fricho. Sieger.*
VIII. K. *Octonas ſanctus ſortitur Bartholomæus. Egino Epiſ.* (2) *Paldman.*
VII. K. *Theotingus.*
VI. K. *Atſuab.*
V. K. *Rom. Ermetis. Alibi Auguſtin. Epiſ. Lantrih.*
IIII. K. *Bisbinis paſſus colitur Baptiſta Iohannes. Wiſirih. Rinolf. Sinduni.*
III. K.
II. K. *Thegammarus. Witagavo.* Nox horarum X. dies hor. XIIII.

Menſis September habet dies XXX. Lun. XXX.

Kal. Sept. Keroldus *comes.* (3) *Simon.*

IIII. Non. II. embol. *Irfinh.*

III. N. *Wicbertus.*
II. N. *Theopreth.*
Nonas.
VIII. Id. *Perahtol.*
VII. Id. *Ato abba.* (4) *Antuuant.*
VI. Id. *Idus Septembris ſenas dedicabat honore, quis* (quibus) *meruit naſci felix iam Virgo Maria. Radriani.* (5)
V. Id. *Adalrih.*
IIII. Id. *Obiit Eberin diac. & mon.*
III. Id. *Rom. Proti & Racincti* (6) *Alibi Felicis & Regulæ.*
II. Id.
Idus Sept. *Ratoltus Epiſ.* (7)
XVIII. K. Octobr. *Octavas decimas Cornelius inde Kalendas conſecravit & Cyprianus ordine digno. Exaltatio S. Crucis.*
XVII. K.
XVI. K. *Euphemia hac ſex decimas tenet intemerata. Albarih.*
XV. K. *Danihel.* Sol in Libram.
XIIII. K.
XIII. K. *Hadabret.* Eſt æquinoctium.
XII. K. XI.

(1) Walafridus *Strabo* dictus, ſcriptis ſuis notiſſimus, abbas *Augienſis* obiit an. 849. hac die, qua etiam in necrol. *San-Gallenſi* occurrit. In lib. ſociet. inter fratres viventes maioribus, quam cæteri, litteris notatur *Walahfrid monachus*: & inter defunctos recentiore paullulum manu *Walacfred abbas.*

(2) *Conſtantienſis*, qui iuxta Hermannum an. 813. obiit: in libro ſocietat. occurrit inter *Canonicos de Conſtantia*, ubi recentiore manu adſcriptum *dec. Sept. obiit* 813.

(3) Keroldus ſive Geroldus frater germanus Hildegardis reginæ Caroli M. coniugis, ut ſcribit Hermannus, præfectus *Baioariæ*, ſignifer & conſiliarius Caroli pius & religioſus, contra *Hunnos* pugnans occubuit an. 799. 1. *Sept. Augiæque*, quam multis auxerat donis & prædiis, ſepultus eſt. Mabillon. T. II. annal. p. 260. & 341. Notatur etiam hac die in necrol. *San-Gallenſi*, & in libr. ſociet. inter benefactores; eiusque etiam mentio fit in viſionibus Wettini.

(4) Diverſos reperio Attones in libro ſocietatum, ex diverſorum monaſteriorum catalogis, nullum tamen abbatem.

(5) Lege Adriani hac die in martyrol. notati.

(6) Leg. Hyacinthi.

(7) Haud dubie *Veronenſis* & monachus *Augienſis*, qui cellam a ſe dictam condidit, & hac die 13. *Sept.* an. 874. obiit. In libro ſociet. legitur inter amicos viventes. Quæ vero de uno, aut duobus eiusdem nominis Epiſcopis *Veronenſibus* inter ſe confuſis movent Eruditi, hic non moramur.

Digitized by Google

XI. K. *Undecimas capit & Matthæus Doctor amœnus. Nanzo.*
X. K. *Mauritius decimas tenet martyr cum millibus.*
VIIII. K. *Tuto.* Hic indictiones incipiunt, & hic finiuntur.
VIII. K. *Waſger.*
VII. K. *Cuudachar.*
VI. K.
V. K. *Quintanas ſortitur Coſmas cum Damiano.*
IIII. K. *Cotmar. Mitbertus.*
III. K. *Michaelis ternas templi dedicatio ſacra. Othart.*
II. K. *At bonus pridias micat interpres Hieronymus. Reginolt. Lantfrid.*
Nox hor. XII. dies hor. XII.

Menſis October habet dies XXXI.
Lun. XXVIIII.

Kal. Oct. S. *Remedii Epiſc. Wolferim. Ello, Rantwig.*
VI. Non.
V. N.
IIII. N.
III. N.
II. N.
Nonas. *Rom. Marci Epiſ. Iſanbertus.*
VIII. Id. *Otfrid. Ruadhelm Abb.* (1)
VII. Id. *Paſſio Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii.*
VI. Id.
V. Id.
IIII. Id.
III. Id.
II. Id. *Rom. Calliſti Papæ.*
Idus Oct.

XVII. K. Nov. *Depoſitio S. Galli Conf. Erfram. Heimo. Ruadrob.*
XVI. K.
XV. K. *Doctor terquinis Lucas ſuccurre Kalendis.* Sol in Scorpionem.
XIIII. K.
XIII. K.
XII. K. *Nuno. Megihhilt.*
XI. K. *Reginheri.*
X. K.
VIIII. K. *Gralob. Ello.*
VIII. K. *Swidger. Luto.*
VII. K.
VI. K. *Wiching.*
V. K. *Simonis quinis & Iudas vota feramus Coldini.*
IIII. K.
III. K. *Harpreth.*
II. K. *Wallinc. Chadolt.*
Nox hor. XIIII. Dies hor. X.

Menſis November habet dies XXX.
Lun. XXX.

Kal. Nov. Memoria omnium Sanctorum. *Romæ Cæſarii. Liutpret. Altman.*
IIII. N. V. Emboliſmus.
III. N. *Walaicho. S. Pirminii Epiſ.* (2)
II. N. *Wecti. Reginfrid.*
Nonas.
VIII. Id. *Paldmunt. Landpreth.*
VII. Id. *Embricho.* Ortus hyemis, quæ habet dies XCI.
VI. Id. *Romæ quatuor Coronatorum, Simproniani, Claudii, Nicoſtrati, Simplicii, Caſtorii. Thaſtbold.*

V.

(1) RUADHELM vel RUDHELMUS abbas *Augienſis* & ERLEBALDI proximus anteceſſor an. 842. obiit, & in libr. ſociet. inter fratres defunctos, quamvis alia manu, nominatur.

(2) Hic ceu primus monaſterii conditor & abbas primo loco inter fratres defunctos ponitur.

Digitized by Google

V. Id. *Hagano.*
IIII. Id. *Nidker. Ruadolf. Williſcalc.*
III. Id. *Cunctorum fulget Sanctorum laude decorus Martinus,* (1) *Turonis ſcandit ſuper idibus aſtra.*
II. Id. *Hemma.*
Id. Nov. *Matthæus. Commemoratio defunctorum noſtrorum.*
XVIII. Kal. Dec.
XVII. K. *Adal. Turpinus.*
XVI. K. *Reginbold.*
XV. K. *Quindecimas vitam finivit Teda* (2) *Kalendas.* Sol in Sagittarium.
XIIII. K. *Waldheri. Waldker Epiſ.* (3)
XIII. K.
XII. K.
XI. K.
X. K. *Cæcilia aſtra merito decimas cum laude migrabat.*
VIIII. K. *Clementis læti veneramur feſta novenis.*
VIII. K. *Octavis Chryſogonus ovat vitalibus armis. Ribbart.*
VII. K. Hic ſaltus Lunæ.
VI. K.
V. K. *Hartrih. Hiltimar. Witbold. Mano. Luitpoto.*
IIII. K. *Odalger. Drudmunt.*
III. K. *Romæ Saturnini.*
II. K. *Andreas pridias iuſte veneratur ab orbe. Dultinc. Hilterat. Cudachar.*

Menſis December habet dies XXXI. Lunam XXVIII.

Kal. Dec.
IIII. Non. *Altrih. Perhtram. Iacob.* I. Embol.
III. N.
II. N. *Luitolt.* IIII. Embol.
Nonas. *Karolus. Waltheri.*
VIII. Idus.
VII. Id. *Framminus.*
VI. Id. *Bernwig. Teoto.*
V. Id. *Adam.*
IIII. Id. *Tatto.*
III. Id. *Coldini. Adalgot.*
II. Id. *Wituchin. Perigher, Sicger.*
Idus Dec. *In Sicilia Luciæ Virg. Sigiwirid.*
XVIIII. K. Ian.
XVIII. K. *Willehelm.*
XVII. K.
XVI. K. *Luitram.*
XV. K. *Altrich. Sigimar.* Sol in Capricornum.
XIIII. K. *Monahus Wito.* (4) Solſtitium.
XIII. K. *Tresdecimas adiit Iani Ignatius* (5) *æque Kalendas. Felici Trunfind.*
XII. K. *Biſſenis cœlum cepit conſcendere Thomas. Engilbreth. Hiltigart.* (6)
XI. K. *Regimbold. Albini.* X.

(1) Loco *Turonis* videtur legendum *ternis*, ut & metrum conſtet, & Kalendæ exprimantur.

(2) Leg. TECLA, quæ ſacra Virgo hac die notatur in aliquibus Martyrologiis.

(3) Inter nomina amicorum viventium occurrit *Waldker epiſcopus*, primæva manu infertus: quis vero fuerit, non notatur.

(4) WITO legitur etiam inter defunctos fratres in libro ſociet. ſuſpicor eſſe WETINUM monachum viſionibus ſuis celebrem, hoc menſe defunctum an. 824. MABILLON. Annal. T. II. p. 492. & ſec. IV. Benedict. P. I. p. 263.

(5) Eius natalis in Martyrol. habetur 1. *Febr.* translatio vero 17. *Dec.* nullibi autem hac die notatum reperio.

(6) Forte HILDIGARDIS filia LUDOVICI *Pii* Imp. prima abbatiſſa *Turicenſis*, 10. Kal. *Ian.* an. 858. defuncta Conf. MABILLON. annal. T. III. ad an. 857. In libro ſociet. inter nomina *ſororum de Thurego* primo loco ponitur *Hiltigart abbatiſſa.*

Digitized by Google

X. K. *Heribreth.*
VIIII. K. *Keridolfus. Wolvini.*
VIII. K. *Octavis Dominus natus de Virgine caſta.* Nat. Chriſti ſecundum carnem. *Ratfrid. Erhart.*
VII. K. *Martyrio Stephanus ſeptenis alma petivit. Hovaman.*
VI. K. *Angelico conectus* (1) *tutamine Virgo Iohannes. Troago. Ratfrid.*
V. K. *Martyrio tenera proſtrantur millia quinis. Egino.*
IIII. K. *Anawiduch.*
III. K.
II. K. *Silveſtri pridias celebramus ab orbe venerandum.*
Nox hor. XVIII. Dies hor. VI.

KALENDARIUM MONASTICO-NECROLOGICUM.

Ex MS. *Murenſi* Sec. circ. XI. (2)

Iani prima dies & ſeptima a fine timetur.
Ianuarius habet dies XXXI. Lun. XXX.
Kal. Ian. Circumciſio Domini. Baſilii Conf. (3) *Abbatiſſa Cbunigundis.* (4) *Adalbart preſbyter & monachus obiit.*
IIII. Non. Octava S. Stephani proto-martyris. *Merito diaconus.*
III. Non. Octava S. Iohannis apoſtoli. Genovefæ Virg. IIII. emboliſmus incipit. *Eribman preſbyter obiit.*
II. Non. In Africa Aquilini. Martiani. (5)
Nonas. Vigilia Epiphaniæ Domini. Simeonis monachi, qui in columna ſtetit.
VIII. Id. Epiphania Domini. S. Melani Epi. (6)
VII. Id. *Valentini Diaconi.* (7) *Berna monacha & converſa obiit.*
VI. Id. Herhardi Epi & Confeſſ. (8) Iuliani. *Ocbwin comm. obiit.* (9)
V. Id. In Africa Epicteti.
IIII. Id. Natal. S. Pauli primi Eremitæ.
III. Id. Eductio Ieſu de Ægypto. & S. Salvi. (10)
II. Id. Sanctorum Quiriaci, Moſcenti, Saturi. (11)
Idus.

(1) Videtur legendum *vectus.*

(2) Kalendarium hoc necrologicum ad monaſterium inferius *Ratisbonenſe* pertinuiſſe, ſupra iam in obſervationibus præviis monuimus. Unde etiam plerique defuncti in eo nominati de illo monaſterio, eius confœderatis aut benefactoribus fuere ab anno 900. quo fundatum fuit, uſque ad ſec. XIII. prout in ſubiectis ſubin notis apparebit, & ex catalogis abbatiſſarum illius monaſterii apud HUNDIUM in *Metrop. Salisburg.* & BUCELINUM in *Germania ſacra.* Facile autem liquet, non omnia eadem manu eſſe ſcripta, ſed quædam etiam poſterius inſerta, quæ quidem charactere *curſivo minimo* indicavimus. Ipſum vero Kalendarium ut plurimum convenit cum Martyrologio *Hieronymiano* a MARTENIO T. III. Theſ. Anecdot. p. 1547. vulgato.

(3) S. BASILIUS Magnus hac die obiit.

(4) Incertum cuius monaſterii.

(5) Habentur hac die in Martyrol. *Rom.* uti & ſequentes per plures decurſum huius Kalendarii.

(6) MELANIUS notatur in cit. martyrol.

(7) Nullibi hunc invenio, licet apud SOLLERIUM in notis ad martyrol. USUARDI hac die ponatur: *Patavii beatiſſimi Valentini Epiſcopi Rhætiarum.*

(8) In honorem ſancti huius Epiſcopi exſtructum eſt inferius monaſterium *Ratisbonenſe*, cuius corpus ibi requieſcit, unde etiam eius octava notatur. MABILLON. annal. T. III. pag. 619. De huius Sancti patria, ætate & Epiſcopatu ſpecialem diſſertationem edidit Cl. P. *Iob. Bapt.* ENHUEBER *Ratisbonæ* an. 1770. S. IULIANUS in Martyrol. notatur die ſeq.

(9) Tam hunc, quam ſequentes Comites *Bavarei* quidem, ſed ignotæ familiæ eſſe cenſemus.

(10) *Relatio pueri Ieſu de Ægypto* in martyrol. habetur die 7. huius, & S. SALVIUS hac die.

(11) Habentur in martyrol. *Hieron.*

Idus. Octava Epiphaniæ. Hilarii. Remigii. (1)
XVIIII. K. Febr. Felicis Epi (2) & Mart. in Pincis. *Cumpire monacha, Chunigunt com. obiit.*
XVIII. K. In Antiochia Liceri Diac. (3) *Octava S. Herbardi. Adala monacha obiit.*
XVII. K. Marcelli Papæ. Honorati Epi. *Hiltigart abbatiſſa Herrenſtein.* (4)
XVI. K. Sol in Aquarium. S. Antonii monachi.
XV. K. Natal. S. Priſcæ Virg.
XIIII. K. Sanctorum Mart. Marii & Marthæ.
XIII. K. Sanctorum Mart. Fabiani & Sebaſtiani.
XII. K. Natalis S. Agnetis Virg. *Wicburc Abbatiſſa obiit.*
XI. K. S. Vincentii Mart.
X. K. S. Emerentianæ V. Macarii Mart. *Otto Imperator* (5) *& Fridericus Comes.*
VIIII. K. Papilli Epi (6), & trium puerorum. *Timothei apoſtoli. Ita monacha. Friderun abbatiſſa obiit.* (7)
VIII. K. Converſio S. Pauli apoſtoli. Proiecti martyris. *Beatrix obiit.*
VII. K. S. Polycarpii Epi.
VI. K. Iohannis Chryſoſtomi.
V. K. Nativitas S. Agnetis V. *Gerbirc comitiſſa obiit.*
IIII. K. Treviris depoſitio S. Valerii Epi & Conf. *Dietſuint monacha obiit.*
III. K. *Serena Virg.* (8)
II. K. *Aldegundæ V. Hemma obiit.*

In iſto menſe nox habet horas XVI. dies VIII.

Aſt Februi quarta eſt, præcedit tertia finem.
Kal. Febr. Brigidæ Virg. *Fridericus clericus obiit.*
Finit IIII. emboliſmus.
IIII. N. Hypapanti Domini.
III. N. *Blaſii. Tuota obiit.* (9)
II. N. *Deſiderii. Liubila monacha obiit.*
Non. Paſſio S. Agathæ Virg.
VIII. Id. Vedaſti Epi. *Ita monacha obiit.*
VII. Id. Auguli Epi & M. Veris initium.
VI. Id. *Auguli. Wiſentina parva obiit.*
V. Id. *Altonis Conf.* (10)
IIII. Id. S. Scholaſticæ Virg. *Ribkart monacha obiit.*
III. Id. Deſiderii Epi.
II. Id. *Euppii.*
Idus. Paſſio S. Damiani. *Aribo Com. obiit.* (11)
XVI. K. Mart. S. Valentini Mart. *Sigifrit. Willa monachæ obierunt.*
XV. K. Sol in Piſces. Fauſtini & Iovitæ Mart.
XIIII. K. S. Iulianæ Virg. *Ordinatio Dominæ Eilicæ abbatiſſæ.* (12) *Purchart advocatus obiit.*
XIII. K. S. Polychronii Epi.
XII. K. *Machabæi.*
XI. K. *Dedicatio baſilicæ S. Margaretæ.*
X. K. *Peregrini. Gebehart Ravennæ Epiſcopus obiit.* (13)
VIIII. K. S. Hilarii Papæ.

VII.

(1) REMIGIUS hodie notatur apud USUARDUM.

(2) Epiſcopi titulus ſubinde S. FELICI tribuitur, licet eam dignitatem ſibi oblatam numquam acceptarit.

(3) In *Hieron.* die præcedente ponitur.

(4) Monaſterium hoc videtur eſſe *Ereſtein* ſive *Hereſtenſe* in *Alſatia* an. 840. ab Irmingarda LOTHARII Imp. coninge conditum: de quo Vid. *Gallia Chriſt.* T. V. p. 846. ubi tamen nullæ abbatiſſæ notantur.

(5) OTTO III. Imp. an. 1002. hac die, iuxta DITTMARUM die ſeq. & ex Necrol. *Fuld.* 14. huius obiit. De FRIDERICO comite nihil certi.

(6) Leg. BABYLÆ.

(7) FRIDERUN, FRIDUNA reperitur octava in catalogo abbatiſſarum inferioris monaſterii *Ratisbonenſis* apud BUCELINUM & HUNDIUM poſt an. 1120. apud quos, uti & in Necrol. *Sun-Emmer.* vocatur *Comitiſſa e Rittenburg.*

(8) Hanc nuſpiam reperio. S. ALDEGUNDIS in Martyrologiis die præced. notatur.

(9) Forte TUTA quinta abbatiſſa, comitiſſa de *Falchenſtein.*

(10) S. ALTO hic abbas fuit monaſterii in *Bavaria* a ſe conditi & denominati an. 755. De quo vid. RADERUS in *Bavaria ſancta.*

(11) Haud dubie ille, qui apud MABILLON. T. III. annal. p. 89. præſens fuit funeri S. WOLFGANGI, & an. 894. monaſterium *Stronenſe* in territorio *Salisburgenſi* fundavit.

(12) Duæ apud HUNDIUM & BUCELINUM memorantur huius nominis abbatiſſæ, quarum prima HEILKA ſive HEILICA *comitiſſa Palatina de Wittelſpach* ſexta ponitur; altera HELICKA vel HEILICA comitiſſa de *Kirchberg* decima numeratur, ſub qua forte Kalendarium hoc ſcriptum, cum eius ordinatio hic recenſeatur, quæ etiam in *Sun-Emmer.* legitur. Sub priore translatum eſt corpus S. ERHARDI a LEONE IX. P.

(13) Iuxta UGHELLUM T. II. *Italiæ S.* GEBEHARDUS archiepiſcopus *Ravennæ* ab an. 1027. uſque ad an. 1044. quo XIV. Kal. *Mart.* obiit. In Necrolog. *Sun-Gallenſi* apud ECCART ad VII. Kal. *Martii* notatur obitus *Kebehardi Ravennatis Archiepiſcopi.*

VIII. K. Cathedra S. Petri A.
VII. K. *Eucharii C.*
VI. K. Electio S. Mathiæ Apoſtoli. *Inventio capitis S. Iohannis Bapt.*
V. K. *Waltpurgæ V. Altaſint Comitiſſa. Bruno obiit.*
IIII. K. Felicis cum ſociis ſuis. *Hiltipurc monacha obiit.*
III. K. Leandri & Dionyſii.
II. K. Sanctorum Publii & Theophili.
In iſto menſe nox habet horas XIIII. dies X.

Martis prima necat, cuius ſic cuſpide quarta eſt. Martius habet dies XXXI. L. XXX.
Kal. Martii. Leonis Papæ (1) & Mart. Albani Conf.
VI. N. S. Lucæ Epi. Primitivæ, Secundulæ.
V. N. *Florini. Chunigunt imperatrix obiit.* (2)
IIII. N. Lucii Papæ. Adriani Mart. *Ita monacha obiit.*
III. N. S. Phocæ Mart. *Papo comes.* VII. emboliſmus incipit. *Meginbart obiit.*
II. N. *Victoris.* III. emboliſmus incipit.
Non. Sanctarum Virg. Perpetuæ & Felicitatis. *Dicmar Comes & Converſus. Hadauic abbatiſſa* (3) *obiit.*
VIII. Id. Quintoli Epi. Prima incenſio lunæ paſchalis.
VII. Id. Sanctorum Felicis, Rogati.
VI. Id. Paſſio XL. Militum.
V. Id. Heraclii & Zoſimi. *Meginbilt obiit.*
IIII. Id. Depoſitio S. Gregorii Papæ.
III. Id. S. Macedoni presbyteri.
II. Id. Leonis Papæ. Felicis & Daviti. *Chunigunt monacha obiit.*
Idus. Sanctorum Longini & Lucii Mart. *Adala monacha Albun. obiit.*
XVII. K. Apr. S. Cyriaci Mart. *Heripertus Archiepiſcopus obiit.* (4)
XVI. K. Patricii M. (5) Gerdrudæ V. *Gebehardus Epiſcopus. Adalpertus Abbas.* (6)
XV. K. Sol in Arietem. Alexandri Epi.
XIIII. K. S. Theodori Epi. Apollonius. *Hartuincus comes obiit.*
XIII. K. Hucperti Epi. *Guntiperti Epi.* S. Hadalouch obiit. (7)
XII. K. Depoſitio S. Benedicti A. Æquinoctium. *Wentilpurc monacha obiit.*
XI. K. S. Pauli Confeſſ. Primum paſcha. Sedes Epactarum.
X. K. Fidelis & Theodori.
VIIII. K. Paſſio S. Quirini Mart. Concurrentium locus.
VIII. K. Adnuntiatio S. Mariæ V. *Willa monacha. Tiemo comes obiit.* (8)
VII. K. Caſtuli.
VI. K. Reſurrectio Domini. (*Ruotperti C.* (9) *Gebehardus epiſcopus obiit.* (10)
V. K. Sanctorum Rogati & Dorothei.
IIII. K. Gregorii Nazianzeni Epi.
III. K. Domnini. Paulini.
II. K. Felicis, Diodoli, Balbinæ V.
In iſto menſe nox habet horas XII. dies XII.

Aprilis decima & undena a fine minatur. Aprilis habet dies XXX. Lunam XXVIIII. Kal.

---

(1) Per errorem LEONI Martyri vox *Papæ* addita: & loco ALBANI legendum ALBINI.

(2) Coniux ſcilicet S. HENRICI Imp. quæ an. 1038. hac die, iuxta HERMANNUM autem 17. Kal. Aug. defuncta eſt, nondum, cum Necrologium hoc ſcribebatur, in Sanctorum numerum relata, quod ab INNOCENTIO III. factum. Eius mentio fit in diplomate S. HEINRICI an. 1002. pro illo monaſterio dato, apud HUNDIUM.

(3) Hæc legitur etiam in Necrolog. *San-Emmer.*

(4) HERIBERTUS Archiepiſcopus *Colonienſis*, & monaſterii *Tuitienſis* fundator, iuxta MABILLON. T. IV. annal. p. 278. defunctus eſt an. 1021. hac die, qua etiam in *Fuldenſi* necrol. ad dictum annum notatur.

(5) Ex errore S. PATRITIUS Ep. hic Martyr vocatur.

(6) Uterque in Necrol. *San-Emmer.* occurrit, ubi GEBEHARDUS II. dicitur, Epiſcopus *Ratisbonenſis* qui an. 1036. obiit, & in necrol. *San-Gall.* die præc. notatur. ADALBERTUS abbas monaſterii *Emmeramenſis* an. 1177. defunctus. Putat quidem L. B. de ZURLAUBEN in notis ſuis MSS. ætatem codicis ſec. XI. repugnare, ne iſte Abbas hic ſit intelligendus: ſed ſuperius iam FRIDERUN abbatiſſa ex ſec. XII. ponitur; & alias nil obſtat, quo minus poſtea necrologio quædam inſerta fuerint, quin aliqua diverſitas notetur.

(7) De hac nihil reperi.

(8) In diplomatibus S. HENRICI Imp. de an. 1005. & 1009. legitur *Thiemo comes*, forte *Hallenſis.* Vid. BUATUS T. II. *Originum Boicæ domus*, ubi de THIEMONIBUS comitibus *Hallenſibus* agit.

(9) Eſt hic S. RUPERTUS epiſcopus *Salisburgenſis*, Apoſtolus *Bavariæ.*

(10) Quis inter quatuor cognomines epiſcopos *Ratisbonenſes* hic ſit accipiendus, incertum eſt; de GEBEHARDO II. ſupra diximus, Primus an. 1023. Tertius an. 1060. obiit.

Kal. Apr. S. Agapiti M. Walerici. *Hugo presbyter obiit.*
IIII. N. Nicetii Epi. Burgundofaræ V. *Hitta monacha obiit.*
III. N. Evagrii. Pancratii. VII. embolismus finit.
II. N. S. Ambrosii Epi & Confess. III. embolismus finit. *Hitta monacha. Reginoldus episcopus.* (1) *Eberhardus comes obiit.* (2)
Non. *Evagrii.* Ultima incensio lunæ paschalis.
VIII. Id. S. Xysti Papæ & Mart.
VII. Id. Cœlestini Papæ & Mart. (3)
VI. Id. Macharii & Perpetui.
V. Id. Scarum VII. Virginum. *Purchardus Abbas.* (4) *Adalheid monialis obiit.*
IIII. Id. *Ezechielis Prophetæ. Beatus Geroldus obiit.* (5)
III. Id. Siagrii. Leonis Papæ.
II. Id. Carpi, Iulii, Cypriani Episcoporum.
Idus. Natalis S. Euphemiæ Virg. *Liutolt monachus.*
XVIII. K. Maii. Sanctorum Tiburtii & Valeriani. *Ribsrit obiit.*
XVII. K. Dormitio S. Helenæ reginæ.
XVI. K. Sanctorum Calisti & Earilli. (6)
XV. K. Sol in Taurum. Petri Diaconi.
XIIII. K. Eleutherii Epi. Apollonii Senatoris.
XIII. K. Rufi, Antonici. *Biligrim Archidiaconus obiit.*
XII. K. S. Victoris Epi. Senesii Mart.
XI. K. Valeriani, Tiburtii, Maximi. (7)
X. K. Depositio S. Gagii Papæ. (8)
VIIII. K. Ananiæ, Azariæ, Misaelis.
VIII. K. S. Georgii M. Adalperti Epi & Mart. (9)
VII. K. Letania maior. Marci Ev. ultimum Pascha. *Willipirc. mon. obiit.*
VI. K. Sanctorum Cleti, Marcellini.
V. K. Anastasii Papæ.
IIII. K. Vitalis Mart. Hermogenis *Megingoz episcopus obiit.* (10)
III. K. S. Germani presbyteri.
II. K. Dorothei, Viatoris, Terentii.
In isto mense nox habet horas X. dies XIIII.

Maio tertius est lupus, est & septimus anguis. Maius habet dies XXXI. Lunam XXX.
K. Maii. Apostolorum Philippi & Iacobi. Depositio S. Waltpurgæ V. *Diemot mon. obiit.*
VI. N. S. Athanasii Epi.
V. N. Inventio S. Crucis. Sanctorum Alexandri, Eventii & Theodoli.
IIII. N. S. Floriani M. *Ata. Chunigunt comitissa & post mon. obiit.* (11)
III. N. Ascensio Domini. Hilarii. Nicetii. *Aiethalm obiit.*
II. N. Iohannis Apostoli ante portam latinam. *Gotescbalcb episcopus obiit.* (12)
Non. S. Iuvenalis Mart.
VIII. Id. Victoris M. *Puobo mon. obiit.*
VII. Id. Quirilli. Macharii Abb. Æstas oritur.
VI. Id. Sanctorum Gordiani & Epimachi.
V. Id. Antimi. Mamerti Epi.
IIII. Id. Nerei, Achillei & Pancratii M. *Otto. Chunradus. Riblint comit. obierunt.*
III. Id. Dedicatio ecclesiæ S. Mariæ ad Martyres. Gengolfi M. (13) *Geroldus abba.* (14)
II. Id. S. Pachomii monachi.
Idus Isidori. Timothei M.
XVII. K. Iunii. Aquilini. Peregrini M.
XVI. K. S. Torpetis Mart.

XV.

---

(1) Episcopus *Eichstetensis* ab an. 965. usque 989. quo hac die obiit. Vid. BRUSCHIUS T. I. de *Episcopis Germaniæ.*

(2) B. de ZURLAUBEN putat, hunc esse EBERHARDUM comitem *Ebersbergensem* an. 949. mortuum; vel potius illum, cuius obitum ad an. 966. consignat *Annalista Saxo.*

(3) Vox *Martyris* perperam adiecta.

(4) *San-Emmeramensis* ex *Augia* assumtus, obiit circa an. 1036. & in necrologio *San-Emmer.* notatur die seq. In eodem etiam legitur ADALHEID, forte comitissa de *Hochenkoven*, quæ ab ipsa fundabrice IUDITHA in monasterium assumta est.

(5) Hic multo recentius adscriptus videtur esse monachus *Einsidlensis* an. 978. defunctus, ubi festum eius die XIX. *Aprilis* celebratur.

(6) l. EVARISTI scil. Papæ.

(7) In Martyrol. *Rom.* habentur die 14. præc.

(8) Leg. CAII.

(9) Festum S. GEORGII hodieque in *Bavaria* celebratur 24. *Aprilis.*

(10) Apud BUCELINUM T. I. inter Episcopos *Eichstetenses* legitur MEGENGOSUS comes de *Lechsgmundt*, S. HENRICI Imp. cognatus, qui an. 1014. 22. *April.* obiit.

(11) Hæc etiam in necrol. *San-Emmer.* notatur.

(12) Apud HUNDIUM inter *Frisingenses* Episcopos occurrit GOTTSCALCUS, qui 1005. obiit hac die.

(13) Leg. GANGOLFI.

(14) Hunc multo recentius adscriptum abbatem nuspiam reperio, nec inter *Ratisbonenses*, nec inter *Murenses.*

XV. K. Sol in Geminos. Dioſcori.
XIIII. K. Potentianæ Virg. & M. *Lantrat mon. Timo advocatus obiit.* (1)
XIII. K. S. Timothei Diac. *Pligrimus epiſcopus.* (2) *Aribo obiit.*
XII. K. Baſillæ Virg. & Mart.
XI. K. Fauſtini. S. Iuliæ.
X. K. Sanctorum Quinti, Lucii.
VIIII. K. Donatiani, Rogatiani. *Berſuint incluſa obiit.*
VIII. K. Natal. S. Urbani Papæ. *Landelob comes obiit.* (3)
VII. K. In Cantia Auguſtini Epi.
VI. K. Sanctorum Iulii, Eſitii Mart.
V. K. Germani Epi. Iohannis Papæ.
IIII. K. Depoſitio S. Maximini Epi.
III. K. S. Felicis Epi.
II. K. Petronellæ Virg. *Ernuſt dux obiit.* (4)
In iſto menſe nox habet horas VIII. dies XVI.

Iunius in decimo quindeno a fine ſalutat.
Menſis Iunius habet dies XXX. L. XXVIIII.
Kal. Iunii. Nicomedis M.
IIII. N. Sanctorum Marcellini & Petri M.
III. N. Guduali Conf.
II. N. S. Quirini Epi. Picti. Daciani. *Nortpebt comes. Engilkart mon. obiit.*
Non. Natl. S. Bonifacii Epi & M.
VIII. Id. Saturnini Epi.
VII. Id. Luciani M. Macharii mon. *Columbi C. Ordinatio Ribbildæ abbatiſſæ.* (5) *Hemma mon. obiit.*
VI. Id. Medardi Epi. Sanctorum Naboris. Nazarii.
V. Id. Sanctorum Primi & Feliciani. Columbæ Abb.
IIII. Id. S. Barnabæ apoſtoli.
III. Id. Criſpini.
II. Id. Baſilidis, Cyrini, Naboris, Nazarii. *Henricus ebreus obiit.*
Idus. Luciani. Fortunati.
XVIII. K. Iulii. Rufini. Valerii.
XVII. K. Sanctorum Viti, Modeſti.
XVI. K. Ferreoli presbyteri.
XV. K. Sol in Cancrum. Quiriaci. Aviti.
XIIII. K. Sanctorum Marci & Marcelliani. *Ramfoldus abbas obiit.* (6)
XIII. K. Sanctorum Gervaſii & Protaſii.
XII. K. Pauli, Cyriaci.
XI. K. Albini M. Euſebii.
X. K. S. Albani M. *Ratpoto comes obiit.* (7)
VIIII. K. Aviti Conf. Vigilia S. Iohannis Bapt. *Fritilo. Hadauert obiit.*
VIII. K. Nativitas S. Iohannis Baptiſtæ.
VII. K. Soſipatris diſcipuli S. Pauli apoſtoli.
VI. K. Sanctorum Iohannis & Pauli. *Ellis m. obiit.*
V. K. Criſpini & Criſpiniani.
IIII. K. Vigilia apoſtolorum Petri & Pauli.
III. K. Paſſio Eorumdem. *Domna Iudita obiit.* (8)
II. K. Celebr. S. Pauli apoſtoli. *Luitkart mon. obiit.*
In iſto menſe nox habet horas VI. dies XVIII.

Tredecimus Iuli decimo innuit ante Kalendas.
Iulius habet dies XXXI. Lunam XXX.
Kal. Iulii. Gagii Epi. Aaron ob. *Megingob comes obiit.*
VI. N. Sanctorum Proceſſi & Martiniani.
V. N. Cyrilli, Iuliani.
IIII. N. S. Vodalrici Epi. Translatio S. Martini. *Willipire mon. obiit.*

III.

(1) Apud BUATUM de *origine Boicæ domus* T. II. extat charta an. 1028. pro Monaſterio S. EMMERAMI, Epiſcopo *Ratisponenſi* GEBEHARDO II. Abbate RIHCHOLFO, advocato eiusdem diœceſis TIMONE de *Formbach*-data.

(2) Epiſcopus *Paſſavienſis*, qui an. 991. 2. Kal. *Iunii* deceſſit, ex HUNDIO.

(3) Incertum, an comes *Bavariæ* fuerit, vel qui in *Act. Murenſ. Kanzelinus* pater RADEBOTONIS fundatoris *Murenſis* monaſterii, aliàs etiam *Lancelinus* dicitur.

(4) Iuxta DITMARUM fuit Dux *Suevie*, LUITPOLDI *Auſtriæ* Marchionis filius, in venatione occiſus hac die an. 1015.

(5) Notatur etiam in necrol. *Sun-Emmer.* cætera de ea incerta ſunt, in nullo enim catalogo apud HUNDIUM occurrit.

(6) Videtur eſſe B. RAMUOLDUS abbas *Sun-Emmeramenſis*, qui an. 1001. 17. vel 18. *Iunii* deceſſit, de quo agunt *Bollandiani* ad die 17. *Iun.* In necrol. *Sun-Emmer.* die præced. notatur, qua obiit. HUNDIUS T. II. p. 251.

(7) Cenſetur eſſe RADEBOTO comes, qui unacum WERNHERO Epiſcopo *Argentinenſi* & ITA comitiſſa cœnobium *Murenſe* fundarunt: qui omnes poſterius huic necrologio inſerti ſunt, cum iam ad dictum monaſterium devenit.

(8) IUDITH ARNOLDI *Muli Boioariæ* ducis filia, HENRICO Duci OTTONIS M. Imp. fratri nupta, quam S. HENRICUS Imp. in diplomate an. 1002. *sororem* ſuam dicit, circa an. 960. Monaſterium inferius *Ratisbonæ* fundavit. Annum obitus eius non reperi. Vid. *Ratisbona monaſtica* T. I.

Digitized by Google

III. N. Maximi, Secundi.
II. N. Octava Apoſtolorum. Goaris Confeſſ.
Non. Natl. S. Wilibaldi Epi.
VIII. Id. Kiliani Sociorumque eius.
VII. Id. Florianæ, Fauſtinæ Virg.
VI. Id. Sanctorum VII. Fratrum filiorum Felicitatis. *Regindrut mon. obiit.*
V. Id. Celebr. S. Benedicti Abbatis. *Regindrut obiit.*
IIII. Id. S. Margaretæ V. Primitivi.
III. Id. *Serapionis. Heinricus Pius Imperator obiit.* (1)
II. Id. Iuſti. Amarii. *Fridericus diaconus obiit.*
Idus. Dedicatio S. Mariæ. *Diſperſio Apoſtolorum. Hauuart obiit.*
XVII. K. Aug. *Hilarini. Alarunn. Chunigunt. monac. obiit.*
XVI. K. Sperati Epi & M.
XV. K. Sol in Leonem. *Emiliani. Chunibilt regina.* (2) *Meginbilt obiit.*
XIIII. K. *Criſpinæ Virg.*
XIII. K. Luciani. Petri.
XII. K. S. Praxedis V. Victoris M.
XI. K. S. Mariæ Magdalenæ. Cyrilli.
X. K. Apollinaris Epi & M.
VIIII. K. *Vigilia S. Iacobi Apoſtoli. Mahtilt mon. obiit. Heripertus Epiſcopus obiit.* (3)
VIII. K. S. Iacobi Apoſtoli. Chriſtophori M.
VII. K. Hyacinthi, Ioviani.
VI. K. Simeonis M. Ætherii Epi & M.
V. K. Auguſtæ V. Pantaleonis M.
IIII. K. Sanctorum Felicis, Simplicii, Fauſtini & Beatricis.
III. K. Sanctorum Abdon & Sennes. Hic ſaltus Lunæ.
II. K. *Tertullini M. Erminbilt mon. Hiltipure comitiſſa obiit.* (4)
In iſto menſe nox habet horas VIII. dies XVI.

Auguſti nepa prima fugat de fine ſecundo.
Auguſtus habet dies XXXI. Lunam XXVIIII.

Kal. Aug. Ad vincula S. Petri Ap. SS. Maccabæorum. *Heriman dux obiit.* (5)
IIII. N. Natl. S. Stephani Epi & M. VI. Emboliſmus incipit.
III. N. Inventio Corporis S. Stephani protomartyris, & Gamalielis, Nicodemi & Abibæ.
II. N. Chiſentionis. Iuſti.
Non. S. Oſwaldi regis. *Arnolt obiit.*
VIII. Id. Sanctorum Sixti Epi, Feliciſſimi, Agapiti. *Riblint. Sigifrit obiit.*
VII. Id. Donati Epi. S. Afræ M. Autumnus oritur. *Ellis mon. obiit.*
VI. Id. S. Cyriaci M. Severi Conf. *Purchart, Berhtolt comites obierunt.*
V. Id. Romani militis. Vigilia S. Laurentii M. *Secundiani, Feriani M.*
IIII. Id. Natl. S. Laurentii M.
III. Id. Tiburtii M. Suſannæ V. *Radagundæ V. Egina pia mon. obiit.* (6)
II. Id. S. Eupli diaconi & M. *Eppo epiſcopus.* (7) *Adalheid comitiſſa obiit.*
Id. Sanctorum Hyppoliti M. cum ſociis ſuis. Wicperti Conf.
XVIIII. K. Sept. S. Euſebii Conf. Gregorii presbyteri. *Anno obiit.*
XVIII. K. Aſſumtio S. Mariæ Virg. *Ellis obiit.*
XVII. K. S. Arnulfi Conf. Tyrſi ſociorumque eius.
XVI. K. Octava S. Laurentii M. *Chunigunt. Mathilt monachæ obierunt.*
XV. Sol in Virginem. S. Agapiti M. *Ribkart obiit*
XIIII. K. Romæ S. Iulii M. Magni M.
XIII. K. Philiberti Conf. Leontii. *Brigida abbatiſſa obiit.* (8)
XII. K. Theodoti Epi. Privati. *Uta mon. obiit.*
XI. K. Sanctorum Timothei & Symphoriani. *Gerbire obiit.*
X. K. RemisCyriaci, Apollinaris. *Luitkart mon. obiit.*
VIIII. K. Titi diſcipuli Pauli Apoſtoli. *Werinberi interfectus cum multis.* (9)
VIII.

(1) Scil. S. HENRICUS II. Imp. an. 1024. hac die defunctus, & an. 1146. ab EUGENIO III. ſanctis adſcriptus, ante quem annum ſcriptus fuit hic Codex, cum in eo obitus tantum memoretur.

(2) Eſt hæc CHUNEHILDIS CANUTI regis *Daniæ* filia, HENRICO III. regi filio CONRADI II. Imp. nupta, quæ an. 1038. hac die obiit teſte WIPONE in vita CONRADI, vel XVII. Kl. *Aug.* ex HERMANNO.

(3) Ex BUCELINO T. I. *Germ. ſacr.* fuit Epiſcopus *Eichſtetenſis*, & an. 1042. hac die *Friſingæ* obiit.

(4) Hæc notatur etiam in necrol. *San-Emmer.*

(5) An Dux *Sueviæ*, qui an. 1038. peſte in *Italia* in exercitu Imperatoris extinctus eſt V. Kal. *Aug.* qua die in necrologio *San-Gallenſi* apud ECCART ita legitur: *obitus Heremanni ducis Alamannorum.*

(6) Habetur etiam in necrol. *San-Emmer.*

(7) Forte *Auguſtanus*, alio nomine EBERHARDUS, qui iuxta BUCELINUM an. 1048. in vigil. Aſcenſ. obiit. ADALHEID comitiſſa etiam in *San-Emmer.* necrolog. notatur.

(8) Hæc & ſeq. in necrol. *San-Emmer.* quoque ponuntur.

(9) Iuxta LAMBERTUM *Schafnaburg.* ad an. 1040. *Heinricus Rex in Bohemiam duxit exercitum, ibique Werinberus comes, & Reginhard ſignifer Fuldenſis cum aliis multis occiſi ſunt.* Vid. HERMANNUS in chron. ad an. cit. In necrologio *Fuldenſi* apud LEIBNITIUM hæc leguntur: *MXL. Werinberus, Reginhardus comites occiſi ſunt XI. Kalendar. Sept.*

VIII. K. S. Bartholomæi Ap. Geneſii M.
VII. K. Sanctorum Habundi & Herenei. (1) *Berhtolt. Gebehart cum plurimis peremtis.* (2)
VI. K. Rufi M. Siagrii Confeſſ.
V. K. S. Hermetis M. Auguſtini Epi. *Heinricus dux obiit.* (3)
IIII. K. Paſſio S. Iohannis Bapt. Sabinæ V. *Adalgob præpoſitus & mon. Waltpurc mon. obiit.*
III. K. Sanctorum Felicis & Adaucti.
II. K. Treviris depoſitio S. Paulini Epi. Finit VI. Emboliſmus.
In iſto menſe nox habet horas X. dies XIIII.

Tertia Septembris vulpis ferit a pede denam.
Menſis September habet dies XXX. L. XXX.
Kal. Sept. S. Priſci M. *Verena Virg.* (4) *Adalbeid. Chunigunt, Wirdiga monachæ obierunt.*
IIII. N. Mammæ M. & Iuſti. *Riblint mon. obiit.* II. Emboliſmus incipit.
III. N. Feliciani. *Adalbeit mon. obiit.*
II. N. Quintini Conf.
Nonas. Marcelli & Bonifacii Epiſcoporum.
VIII. Id. S. Eleutherii Epi.
VII. Id. Synoti M. Reginæ V. *Adala comitiſſa obiit.*
VI. Id. Nativitas S. Mariæ Virg. Adriani Mart. *Perenger comes obiit.*
V. Id. S. Gorgonii M.
IIII. Id. Sanctorum Ammonis, Victoris.
III. Id. Proti & Hyacinthi. *Felicis & Regulæ. Chuonradus comes & Meginhardus obierunt.*
II. Id. Sacerdotis Epi.
Idus. *Servacii.*
XVIII. K. Oct. Exaltatio S. Crucis. Sanctorum Epiſcoporum Cornelii & Cypriani. *Ditſuint mon. obiit.*
XVII. K. Nicomedis M. Apri Epi.
XVI. K. S. Euphemiæ, Luciæ & Geminiani.
XV. K. Sol in Libram. S. Lamperti Epi.
XIIII. K. *Donati. Sca Ribkart. Truſunt & Luitpurc mon. obierunt.*
XIII. K. S. Ianuarii. *Uota Imboſ. abbatiſſa,* (5) *Heinricus Oudalſchach.*
XII. K. Fauſtæ V. Vigilia S. Matthæi Ap. Æquinoctium. *Chriſtianus Epiſcopus.* (6)
XI. K. Natalis eiusdem. *Engila monacha obiit.*
X. K. Emmerami Epi & M. (7) Sanctorum Mauritii, Exuperii, ſociorumque illorum. *Liouuibrana obiit.*
VIIII. K. Liberii Epi. S. Teclæ V. *Eilika Patavienſis abbatiſſa obiit.* (8)
VIII. K. Concept. S. Iohan. *Hemma abbatiſ. obiit.* (9)
VII. K. Scorum Sergii & Bacchi. *Iuſtina V.*
VI. K. Cypriani. Euſebii Epi. *Sigibart comes obiit.* (10)
V. K. Sanctorum Coſmæ & Damiani. *Hadauuih comitiſſa obiit.*
IIII. K. Iuſtini presbyteri. Liobæ V. *Chunigunt abbatiſſa, Wicburc abbatiſſa obierunt.* (11)

III.

---

(1) Leg. ABUNDII & IRENÆI.

(2) Ex eodem LAMBERTO, & DITMARO L. III. hi omnes ſub Ottone III. in bello contra Saracenos in *Calabria* peremti ſunt, cum aliis multis, de quibus etiam in necrol. apud LEIBNITIUM (T. III. ſcript. rer. Brunſv.) III. Kal. *Nov.*

(3) Scilicet *Bavariæ*, filius HENRICI & IUDITÆ fundatricis inferioris monaſterii, qui an. 995. hâc die ex DITMARO obiit.

(4) Hæc ſancta diœceſi *Conſtantienſi* propria poſterius fuit inſerta, uti & infra SS. FELIX & REGULA. Cæterum de monialibus aut Comitibus hic notatis omnia incerta ſunt.

(5) In BUCELINI *Germ.* ſacr. P. II. hæc leguntur: *Inzhofen* S. AUGUSTINI *Virginum Canoniſſarum cœnobium eſt, etiam hodie ab inſigni Dominarum religione & diſciplina* celebratum, in *Suevia.* Inde forte fuerit hæc VOTA vel UTA abbatiſſa.

(6) Apud HUNDIUM T. I. p. 202. eſt CHRISTANUS vel CHRISTIANUS Epiſcopus Paſſavienſis, an. 1012. hac ipſa die mortuus.

(7) Sanctus hic Epiſcopus regionarius nomen dedit celeberrimo Principali monaſterio in eiusdem honorem exſtructo *Ratisbonæ*, Martyrium ſubiit an. 652.

(8) Apud eundem HUNDIUM T. II. p. 405. in Catalogo Abbatiſſarum S. Crucis in *Nidernburg Paſſavii* occurrit HEILIKA eiusdem monaſterii abbatiſſa, S. HENRICI Imp. neptis vel amita, an. 1020. hac die defuncta.

(9) Habetur etiam in necrolog. *San-Emmeram.* ſed in catalogo Abbatiſſarum non reperio.

(10) In diplomate OTTONIS M. *Roræ* an. 959. mentio fit SIGHARDI comitis apud HUNDIUM T. II. p. 255. In BUATI *origg. dom. Boic.* T. I. de pluribus SIGEHARDIS comitibus *Salisburgenſibus* agitur.

(11) Ambæ etiam in necrol. *San-Emmer.* habentur, nil tamen de iis certum. Inter priores duodecim moniales a IUDITHA fundatrice receptas memoratur WIBURC comitiſſa de *Waſſerburg*, quæ forte poſtea abbatiſſa fuit, licet in catalogo non occurrat. Niſi forte ſit WILPURGA ſuperioris monaſterii abbatiſſa, de qua in diplomate S. HENRICI Imp. an. 1010. MABILLON. annal. T. IV. p. 219. ubi fatetur, raram deinceps de utroque hoc monaſterio occurrere mentionem.

III. K. Memoria S. Michaelis Arch. Wenzezlai Mart. (1) *Irmingart abbatiſſa obiit.* (2)
II. K. Depoſitio S. Hieronymi presbyteri. *Eva mon.*
In iſto menſe nox habet horas XII. dies XII.

Tertius Octobris gladium decimo ordine nectit. October habet dies XXXI. Lunam XXVIIII.
Kal. Oct. Remigii, Germani & Vedaſti. Finit II. emboliſmus. *Waltrat mon. obiit.*
VI. N. S. Leudegarii M. Nicecii Epi.
V. N. Sanctorum Sulpitii & Serviliani. *Engilfrit mon. Gerolt obierunt.*
IIII. N. Sanctorum Marci & Martiani.
III. N. Sanctorum Placidi, Eutichii. *Heinricus Imperator obiit.* (3)
II. Marcelli. *Albrat M. Hiltiſint. Liuba mon. ob.*
Non. Marci Epi. *Lini Papæ.*
VIII. Id. *Reparatæ V. Tranſlat. S. Herbardi Epi.* (4)
VII. Id. *Dionyſii cum ſociis ſuis.*
VI. Id. Gereonis M. (5) *Purchardi Epi.* (6) *Imma mon. obiit.*
V. Id. Venantii, Martialis.
IIII. *Maximiliani* C. (7) *Domna Uota abbatiſſa Deo hominibusque digna migravit. Arnolt nepos eius obiit.* (8)
III. Id. Fauſti, Anaſtaſii.
II. Id. S. Calliſti Papæ. Lupi Epi.
Idus S. Fortunati Epi.
XVII. K. Nov. Depoſitio S. Galli Abbatis. Lulli Conf. *Ita comitiſſa,* (9) *Hadawib, Rielint obierunt.*
XVI. K. Victorini, Silvani.
XV. K. Sol in Scorpionem. S. Lucæ Evang. *Luitpurc mon. obiit.*
XIIII. K. Proculi & aliorum XLIIII.
XIII. K. S. Caprafii M.
XII. K. Iuſti. Hilarionis monachi.
XI. K. Severi, Philippi Epi.
X. K. Dorothei. Severini Conf. *Votker, Adala obierunt.*
VIIII. K. Flaviani, Vitalis. *Ita mon. obiit.*
VIII. K. Sanctorum Criſpini & Criſpiniani M.
VII. K. S. Luciani. Amandi Epi.
VI. K. Vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ.
V. K. Nat. Eorum. S. Narciſſi Epi. *Ernuſt præpoſitus. Werinberi Ep.* (10) *Alta com. obierunt.*
IIII. K. Quinti. Terrentii Conf. *Mebtilt. com. obiit,*
III. K. Saturni M. Marcelli conf.
II. K. Quintini M. Vigilia omnium Sanctorum. *S. Wolfgangus Epiſcopus.*
In iſto menſe nox habet horas XIIII. dies X.

Quinta Novembris acus vix tertia manſit in urna. November habet dies XXX. Lunam XXX.
Kal. Nov. Feſtivitas omnium Sanctorum. Cæſarii M. *Pirminii abbatis.* (11) *Adala mon.*
IIII. N. Poliani M. Georgii Ep. V. emboliſmus incipit.
III. N. Germani. Hucperti Epi.
II. N. S. Amati Epi. *Tuta Abbatiſſa* (12) *Eilika parva. Egilpertus Epus. Arnolt mon. obierunt.*
Non.

(1) S. Wenceslaus dux *Bohemiæ.*
(2) Legitur item in necrol. *San-Emmer.* In catalogo abbatiſſ. huius monaſterii Irmgardis de *Leuen.*
(3) Henricus III. Imp. an. 1056. hac die 5. *Octob.* deceſſit, iuxta antiqua necrologia & ſcriptores coævos.
(4) Facta ſub Heilica abbatiſſa a Leone IX. P. an. 1052.
(5) S. hic Martyr *Colonienſis* paſſim in antiquis liturgiis *Alemannicis* notatur. In elegantiſſimo codice ſec. circ. X. monaſterii *Gengenbacenſis* legitur etiam in Canone Miſſæ his verbis: *Gereonis, nec non & omnium Sanctorum tuorum, quorum bodie per univerſum mundum in conſpectu gloriæ tuæ celebratur triumphus . . quorum meritis &c.*
(6) Videtur eſſe S. Burchardus primus Epiſcopus *Herbipolenſis*, de quo in Martyrol. ad diem 14. *Oct.*
(7) Epiſcopus *Laureacenſis* & Mart. an. 284. vid. Raderi *Bavar. S.*
(8) Uterque in necrol. *San-Emmer.* habetur. Uta ſive Oda, ut in diplomate S. Henrici Imp. an. 1002. nominatur, comitiſſa de *Moſpurg*, quarta recenſetur abbatiſſa inferioris monaſterii.
(9) Hæc videtur eſſe Ita comitiſſa de *Habsburg* cum Wernhero epiſcopo *Argentinenſi*, de quo mox infra, cœnobii *Murenſis* fundatrix.
(10) De cæteris nil certi occurrit. Werinherus vero videtur eſſe epiſcopus *Argentoratenſis* Comes de *Habsburg*, al. Wernherus præcipuus monaſterii *Murenſis* inſtaurator; cuius obitum an. 1027. ad hanc ipſam diem 28. *Oct.* conſignat necrol. *Murenſe T. II. Geneal. diplom. Habsburg.* & *Fuldenſe* apud Leibnitium.
(11) S. Pirminius Epiſcopus & Abbas notatur in Martyrol. die 3. ſeq.
(12) Omnes hi in necrol. *San-Emmer.* etiam occurrunt. Tuta comitiſſa de Falckenstein quinta recenſetur abbatiſſa. Alii legunt Iuta vel Gutta de *Talmeſing*, quam Hundius etiam Tutam nominat, quæ nona erat. De Eilica vid. ſupra ad XIIII. K. *Mart.* dubium vero, quænam ex his dicatur *parva.* Egilpertus denique ſive Engelbertus Epiſcopus fuit *Paſſavienſis* ab an. 1045. uſque ad an. 1064. circ. apud Hundium.

Non. Sanctorum Domnini & Quarti.
VIII. Id. *Florentii C. Truta monial. Vodalricus comes obierunt.* (1)
VII. Id. *Wilibrordi Epi. Ribkart monacha obiit.* Hiems oritur.
VI. Id. Natal. Sanctorum IIII. Coronatorum.
V. Id. S. Theodori M.
IIII. Id. Demetrii Epi.
III. Id. S. Martini Epi. Mennæ M.
II. Id. Sanctorum Mauruli, Arſacii C. *Imia mon. Willipirc obierunt.*
Idus S. Brictii Epi. *Lantrat mon. Reget obierunt.*
XVIII. K. Dec. Clementini. Theodotæ V.
XVII. K. Secundini, Fructuoſi.
XVI. K. S. Othmari Confeſſ. Eucharii Epi.
XV. K. Sol in Sagittarium. Aniani Epi. *Florini.*
XIIII. K. Platonis M. Romani. Iſicii.
XIII. K. Maximi. Simplicii Epi.
XII. K. Baſſi. Dionyſii.
XI. K. Sci.
X. K. S. Cæciliæ V. Longini militis. *Hitta mon. obiit.*
VIIII. K. Sanctorum Clementis Epi. Columbani Abb.
VIII. K. Natl. S. Chryſogoni M. *Dietrat. mon. obiit.*
VII. K. S. Petri Epi.
VI. K. Nicandri. Caſſiani.
V. K. Optati Epi. Valeriani Conf.
IIII. K. Theodoli. Rufi M. *Tuta mon. obiit.*
III. K. Sanctorum Saturnini. Chryſanthi, Mauri, Dariæ V. Vigilia S. Andreæ Apoſtoli *Ego obiit.*
II. K. Paſſio S. Andreæ Apoſtoli. In iſto menſe nox habet horas XVI. dies VIII.

Dat duodena cohors ſeptem inde decemque Decembris.
December habet dies XXXI. Lunam. XXVIIII.
Kal. Dec. Candidi. Eligii Epi. Finit V. emboliſmus. I. emboliſmus incipit.

IIII. N. Pontiani, Vivianí. *Luitpirc mon. obiit.*
III. N. Agricolæ. Siſimi. *Lucii Conf.*
II. N. *Barbara V. Adalpurc mon. obiit.* IIII. emboliſmus incipit.
Non. S. Nicetii Epi & Conf.
VIII. Id. *Zoſimi. Nicolai Epi. Hartuuicus Epi.* (2)
VII. Id. Sabini. Eutationi Epi.
VI. Id. Sanctorum Euſebii, Iurani. *Zenonis Epi. Houzo obiit. Libia obiit.*
V. Id. Succeſſi. Geronti.
IIII. Id Melciadis Papæ. Eulaliæ V.
III. Id. S. Damaſi Papæ. Fuſciani.
II. Id. Victorici. Donati.
Idus S. Luciæ. Autperti Epi.
XVIIII. K. Ian. *Nicaſii.*
XVIII. K. Fauſti. Cæciliani.
XVII. K. Valentini. Concordii M.
XVI. K. Ignatii M. Victoris. *Heilituich. Amona. S. Adalheid imperatrix obierunt.* (3)
XV. K. Sol in Capricornum. *Wunebaldi abbatis.* (4) *Cbunigunt obiit.*
XIIII. K. Pauli. Secundi.
XIII. K. Ammonis. Zenonis. Vigilia S. Thomæ Apoſtoli. *Ratila mon. obiit.*
XII. K. Natl. S. Thomæ Ap. Solſtitium hyemale.
XI. K. Natl. Sanctorum XXX. Mart.
X. K. Iohannis. Felicis. Victoriæ V. *Sabina mon. obiit.*
VIIII. K. Vig. Nativitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti.
VIII. K. Nativitas Dni. S. Anaſtaſiæ.
VII. K. Paſſio S. Stephani Protomart.
VI. K. Aſſumtio S. Iohannis Evang.
V. K. Paſſio Sanctorum Innocentum.
IIII. K. S. Trophimi Epi. Obitus David regis. *Engilgart mon. obiit.*
III. K. Florentis. Perpetui Epi.
II. K. S. Silveſtri Papæ. Columbæ V.

(1) Forte hic eſt UDALRICUS comes de *Lenzburg.* de quo in actis *Murenſibus.*

(2) Duo apud HUNDIUM recenſentur huius nominis Epiſcopi *Ratisbonenſes*, quorum primus an. 1126. V. Non. *Mart.* alter an. 1164. XI. Kal. *Sept.* obiit, quibus diebus etiam in necrol. *San-Emmer.* notantur.

(3) Coniux OTTONIS S. Imp. quæ 16. *Dec.* an. 999. obiit.

(4) S. WUNIBALDUS abbas *Heidenheimenſis*, frater S. WILIBALDI epiſcopi *Eichſtetenſis.* Cæterum moniales per decurſum huius necrologii notatæ, aut *Ratisbonenſes* ſunt, aut *Hermetis-villanæ*, forte etiam nonnullæ *Berovienſes* noſtræ, cum iuxta Acta *Murenſia* circa an. 1084. GISELBERTUS *S. Blaſii* Abbas *Muri* miſerit *ſuos exteriores fratres cum ſororibus*, haud dubie ex monaſterio noſtro *Beraugenſi*, uti legitur in litteris fundationis monaſterii *Vabrenſis* an. 1130., quod fundatum eſt *pro religioſis feminis monaſticæ profeſſionis, ſecundum regulam ſcilicet & ordinem ſanctimonialium*, in Murenſi *vel* Peraugenſi (i. e. Berovienſi) *cœnobio Deo ſervientium.* Certe pleraque hæc nomina recentiore nonnihil manu addita ſunt, ſive demum factum id fuerit ante, quam codex iſte ad *Murenſes* pervenerit, ſive poſtea primum. Cum enim, ut ſupra vidimus, *Murenſes* fundatorum ſuorum nomina inſeruerint, non dubium, quin & illa ſororum, aliqua ſaltem, adpoſuerint.

FINIS PARTIS PRIMÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

APR 2 9 1938

Digitized by Google

Digitized by Google